8.h.o. cc. 6

R. BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE V. E. II ROMA
8
46 C
6

Ris. 26, C. 25

8.46.2.6

Digitized by Google

SVMMA

PHILOSOPHIAE QVADRIPARTITA,

DE REBVS DIALECTICIS, Moralibus, Physicis, & Metaphysicis,

AVTHORE
FR. EVSTACHIO à SANCTO
PAVLO, ex congregatione Fulienſi, ordinis Ciſtercienſis.

TOMVS PRIOR.

Duas priores partes hujus Summæ continens:
Cum duplici INDICE *locupletiſſimo.*

Generalem totius operis partitionem ſequens pagina indicabit.

BIBLIOTECA NAZ ROMA VITTORIO EMANUELE

GENEVÆ,
Typis IACOBI STOER.
M. DC. XLVII.

Digitized by Google

Hujus Summæ Philosophicæ partes quatuor.

Prima quæ est Logica, *De optimo disserendi usu.*

Secunda quæ est Ethica, *De ijs quæ spectant ad Mores.*

Tertia quæ est Physica, *De natura & ijs quæ Natura constant.*

Quarta quæ est Metaphysica, *De ente & substantijs separatis.*

Digitized by Google

ILLVSTRISSIMO SAPIENTISSIMOQVE VIRO, DOMINO

NICOLAO DE VERDVN Equiti Regio, Augustioris Consistorij Consiliario, Supremíque apud Parisios Senatus Principi integerrimo,

Fr. Eustachius à Sancto Paulo ex Congregatione Fulienſi S. D.

DIligite lumen Sapientiæ omnes qui præestis populis (*inquit Sapiens*) Est enim (*vt idem ait*) conditor lucis æternæ, speculum sine macula Maiestatis Dei, & imago bonitatis illius. Sap. 6. Sap. 7. *Præclarum sanè & appositũ istud veræ germanæque Sapientiæ elogium* (*Præses illustrissime*) *quo præter originis nobilitatem, duplicis quoq; partis ipsius dignitas commendatur. Origo quidem ab æterna luce: pars verò altera in contemplatione veritatis posita, quà in diuinæ maiestatis speculationem assurgimus, altera in actione virtutis, qua*

summam ipsius bonitatem possumus imitari, eleganter exprimitur. Vtrumque istud sapientiæ munus in vnum aptè composuit Plato in Epinomide, cùm ait eos sapere qui heroica virtute præditi cæteris rebus posthabitis diuina ac cœlestia quærunt, eaque non modo contemplantur, verùm etiam agendo conantur imitari.

Ex quo intelligimus Sapiētiæ opus esse iuxta vetus Hieroclis dictum, θεὸν ποιεῖν ἐξ ἀνθρώπου κατὰ τὸ δύνατον, *Deum facere ex homine quoad fieri potest. Vt enim nobilissimum diuinæ mentis opus est seipsam perpetuò contemplari, sempiternoq; amore complecti: ita huius nostræ sapientiæ, imò totius pietatis ac religionis summa est, Deum nosse, Deū amare. Quo fit vt reuelata veluti facie gloriam tantæ maiestatis speculantes in eandem imaginem (vt Apostoli verbis vtar) amore quodā castissimo transformentur. Et quid quæso aliud adumbrabat duplex istud insigne quod summus Pontifex in antiqua Lege non sine mysterio gestare consuerat, alterū quidem in fronte in modū laminæ aureæ cui inscriptum erat ineffabile Dei nomen tetragrammaton, alterum verò in pectore quod rationale dicebatur 12. pretiosis lapidibus ornatum, nisi totius nostri spiritualis sacerdotij, hoc est Christianæ pietatis ac genuinæ Sapientiæ biceps*

biceps fastigium, agnitionem, inquam, Dei & amorem: Cognitioni enim sedes in capite, amori in pectore meritò deputatur.

Est autem ad istam veram ac genuinam Sapientiã, quæ partim in suprema Veritatis agnitione, partim in eiusdem immensa bonitatis dilectione consistit, via, lux, & quasi manu ductrix Philosophia: nõ illa fallax & fucata, quam posthabita Dei scientia neglectoq. verò ipsius cultu veteres illi, quos philosophos vulgus vocitabat, aucupandæ popularis auræ gratiâ consectabantur: qui quidem externo quodã austeræ grauitatis apparatu Sapientiæ studium simulantes id proficiebãt, non vt saperent, se vt tristiùs insanirent, hos propterea vanos appellat Sapiens, Vani sunt omnes homines (*inquit*) in quibus non subest scientia Dei, & de his quę videntur bona non potuerunt intelligere eum qui est, neque operibus attendentes agnouerunt quis esset artifex: *Quod si quidam ex ipsis agnouerunt, non tamen* (*vt inquit Apostolus*) sicut Deum glorificauerunt, sed a- Rom. gnitam Dei veritatem in iniustitia detinuerunt. *Verùm, vt missam faciamus laruatam hanc Philosophiam, ea demum vera est Philosophia, quæ Deum docet ex operibus intelligere, docet amare.* Sap. 13.

Nec tamen statim sui studiosos in sacrum

Digitized by Google

hoc naturæ templum & diuinioris cõtemplationis adytum ac penetrale rapit, sed prius hominem ad seipsum reuocat, atque ad aliud cæleste γνῶθι σεαυτὸν retrahit: dum statim in ipso philosophandi exordio tum artis Dialecticæ cùm Moralis disciplinæ præceptionibus animum ad suiipsius notitiã ac moderationẽ abundè satis instruit. Tũ præluente hac philosophiæ veluti face ad rimanda naturæ penetralia in Physicis, tandémque ad contemplanda rerũ omnium principia in Metaphysicis progredimur. Rectus quippe ordo est, ab ijs quæ intra sunt ad ea quæ circa sunt progredientem ad cœlestia & diuina quæ supra sunt cõtendere: nõ enim ad alta & sublimia euadit qui ima negligit: periculosa sanè temeritas & vicina lapsui nõ ascensis gradib. cereis veluti pennis ad diuina euolare. Primus itaque gradus ad diuinam Sapientiam, suiipsius cognitio est, alter gradus omniũ rerũ quæ in hac mundana scena & natura veluti theatro cernuntur, contemplatio est.

Qui Philosophiã sequitur ducẽ, rectà per hos gradus pergit ad Sapientiam, id est, Dei
Ad Ro. 8. *cognitionem & amorẽ. Siquidem* Inuisibilia Dei, per ea quæ facta sunt, à creatura mũdi intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque eius virtus & diuinitas, *vt inquit Apostolus. Cum enim natura diuinitatis in-*

strumen-

ſtrumentum ſit, réſque naturales diuinarum quaſi cauſarum effectus ſint, aut prototyporum imagines eam vim habent vt contemplantium animos ad diuina impellant. Et certè cùm totius huius vniuerſi diſpoſitionem ac ſitum, elegantiam ac pulchritudinem intuemur aptamq; in ipſo cauſarum & effectuum ſeriem, necnon periucundam corporum naturalium cum animatorum tùm inanimatorum varietatem: adde cœlorum nitorem, cœleſtiumq; conuerſionum incredibilem celeritatem, deinde elementorum ſub ipſis inter ſe ordinem & admirabilem nexum: præterea quemadmodum terra in medio mundi ad vniuerſum cœli complexum æquabiliter ſita ſit, in qua tanquam in media mundi ſede viuentem ipſius Dei imaginem, hominem videlicet liceat intueri terrenorum imperatorem, cœleſtium contemplatorem, ac diuinorum cultorem: ter maximum, inquam, Regem nempe, philoſophum, & Sacerdotem: denique ſtupendam rerum omnium epitomen, vt qui capite intellectualem, pectore cœleſtem, ventre ac ſtomacho elementarem, mundum referat: qui corpore cum elementis, vita cum plantis, ſenſu cum animantibus, ratione cum hominibus, intellectu cũ angelis, ſpiritu cum Deo conſentiat. Hæc, inquam, & alia cùm in Philoſophia cernimus, poſſumus dubitare

Digitized by Google

quin præsit aliquis potentissimus conditor & sapientissimus moderator tãti operis, cuius & potentiã reuereri, & sapientiam admirari, & bonitatem pro amore prosequi debeamus?

Est igitur (vt ex his liquet) Philosoph. veræ sapientiæ, simúlque pietatis ac religionis parẽs: hæc in cælo nata, è cælo delapsa egregium Dei munus est mortalib. concessum, hæc æternæ sapiẽtiæ radius, prudẽtiæ oculus, veritatis lumen, vitæ ordo, morũ disciplina, mortis mediatio, diuinarum humanarumq; rerum certa comprehensio, hæc non priuatæ modò vitæ præsidium, verum etiam publicæ auctoritatis ornamentum, ad quod proinde non immeritò tanquam ad lumen sapientiæ præuium sapientissimus Rex potentissimos quosque reges, principes, & magistratus supra allatis verbis hortabatur, Diligite, *inquit,* lumen sapientiæ omnes qui præestis populis.

Neque enim existimandum est sacrã hanc summi Magistratus personam quam geris à Philosophi persona penitus alienam esse, imò quàm benè apteq; vtrumque & gubernandi & Philosophandi munus consentiat docet Plato, qui beatas Respublicas fore dicebat, si eas aut philosophi regerent, aut qui regerent philosophiæ studium colerent. Porrò quàm præclarè, quàm egregiè, vt tandem de te aliquid loquar (Vir illustrissimè) vtramque & sa-

& ſapientiſſimi phyloſophi & iudicis integerrimi perſonam ſuſtineas nor̃ut omnes qui te tenorunt. Namque vt Philoſophus verum à falſo diſcernis : vt iudex iuxta veritatis & æquitatis regulam quod ſuum cuique eſt tribuis. Vt Philoſophus mente ac cogitatione latiſſimum totius naturæ campum perluſtras, diuinamque in omnibus virtutem, ſapientiam, benignitatem altè inſpicis ac demiraris, vt Iudex diuinam illam vim in exequendo, ſapientiam in decernendo, benignitatem omnibus conſulendo pia fœliciq; imitatione proſequeris. Vt Philoſophus immenſam illam & à maximis ad minima, à ſummis ad ima quæque excurrentem ac diffuſam Dei prouidentiam, paternamque ſollicitudinem contemplaris : vt Iudex omnium qui tuæ curæ commiſſi ſunt, ſaluti & commodis paterno quodam affectu inuigilas. Quid plura? Vt Philoſophus miſericordiam & iudicium à Deo exerceri alta ſapientique meditatione intueris : vt iudex id eſt iuſtitiæ vindex & ſacri illius Areopagi fortiſſimus, inuictiſſimuſque Princeps teipſum erga oppreſſos, egenos, pupillos, pietatis ac miſericordiæ tutum ſalutareque perfugium præbes : Contra verò in ſceleratos quoſque & profligatæ vitæ homines authoritatis tuæ neruos & aculeos exeris : ſcelerumque conuictos abſque vlla perſonarum acceptione capitalis ſententiæ

Digitized by Google

fulmin percutis, diuini illius Oraculi memor quo Beati *prædicantur* qui custodiunt judicium, & faciunt justitiam in omni tempore. *Ad tantarum virtutum gloriam quasi cumulus accedit singularis ille quem semper in sinu fouisti Catholicæ fidei propagandæ ac tuendæ Zelus, pia in sacros religiosorum ordines animi propensio, denique in omnes pios ac literatos benignitas fauórq; incredibilis.*

Quis igitur mihi iure succenseat, si tibi viro pio & Catholico, Philosopho sapientissimo, iustitiæ Principi de Rep. meritissimo, ego professione Religiosus opus istud de Philosophia in publicæ vtilitatis gratiam conscriptũ non temerario quodam ausu, sed superiorum iussu dicaui, tuóque nomini nuncupaui?

Interim dum tu pro ea qua es in omnes qui te colunt singulari humanitate manusculum istud quantulumcunq; est, pio fauore complecteris, tuaque authoritatis præsidio aduersus Aristarchorũ morsus tueberis: nos Deum immortalẽ creberrimis votis ac precib. sollicitabimus, vt te Principi nostro Christianissimo totíq; Galliarũ regno diu seruet incolumem: tandémq; pro tot tãtísq; tuis in Rempublicã collatis laboribus, repositã tibi coronã iustitiæ reddat tibi iusto iudici iustus Iudex. Vale.

E nostro monasterio D. Bernardi Parisijs anno Dom. 1609.

INDEX

INDEX PER ORDINEM EORVM QVÆ IN HAC PRIma Summæ Philosophicæ parte de rebus Dialecticis continentur, vbi numerus paginam indicat.

Præfatio in vniuersum opus ad lectorem. 1

Quæstiones proœmiales in Dialecticam seu Logicam.

Præfatio. 3

Quid sit Dialectica, ars ne vel scientia. 4 quæst.1.

Quodnam sit subiectum circa quod versatur Dialectica. 6 quæst.2.

Qualis sit Dialectica, Theoretica ne an practica. 8 quæst.3.

An Dialectica ad reliquas scientias necessaria. 10 quæst.4.

Quomodo seu quot in partes diuidenda sit Dialectica. 12 quæst.5.

Prima pars Dialecticæ seu Logicæ. De iis quæ ad primam mentis operationem spectant.

Præfatio in qua de operationibus mentis, deque instrumentis differendi generatim. 13

Primus Tractatus huius partis, de terminis Dialecticis.

Quid sint termini apud Dialecticos, & de multiplici eorum diuisione. 16 quæst.1.

Quinam sint termini ex parte materia. 17 quæst.2.

Quomodo distinguantur termini apud Dialecticos ratione rei significatæ. 18 quæst.3.

De diuisione termini vniuersalis in vniuocum, æquiuocum & analogum. 19 quæst.5.

De diuisione termini vniuersalis in categoricum, transcendentem & supertranscendentem. 23 quæst.5.

Quinam sint termini ex parte modi significandi. ibid.

Secundus Tractatus huius partis, de quinque vniuersalibus. 26

Prior huius tractatus disputatio, de quinque vniuersalibus generatim.

Quid sint vniuersalia. 26 quæst.1.

An res sint vniuersales ante omnem operationem intellectus, 29 quæst.2.

Quomodo definiatur vniuersale. 33 quæst.3.

Quotuplex sit vniuersale. 34 quæst.4.

Digitized by Google

Posterior huius tractatus disputatio, de quinque vniuersalibus speciatim
Quid sit Genus & an rectè definiri soleat 36
quæst.1. Prima Sectio, de Genere.
quæst.2. *Quonam modo se habeat Genus ad species & indiuidua* 38
quæst.3. *An Genus in vnica specie, & species in vnico individuo conseruari possit.* ibid.
quæst.4. *Quomodo Genus dicatur contine subiectas species, itemque differentias inferiores.* 39
Secunda Sectio, de Specie.
quæst.1. *Quid sit species & quotuplex.* 41
quæst.2. *Quomodo se habeat species infima tùm ad genus cùm ad individua.* 42
quæst.3. *Quid, & quotuplex sit individuum.* 43
Tertia Sectio, de Differentia.
quæst.1. *Quid sit, & quomodo definiatur Differentia.* 44
quæst.2. *Quomodo se habeat Differentia respectu generis, speciei & aliarum differentiarum.* 46
Quarta Sectio de Accidente.
quæst.1. *Quid sit Proprium, quomodo definiatur.* 49
quæst.2. *An proprietas intensionis & remissionis sint capaces, & an à subiectis suis sint separabiles.* 51
Quinta Sectio de accidente.
quæst.1. *Quid sit Accidens, & an rectè definiatur.* 51
quæst.2. *Quid differat Accidens præsertim inseparabile à proprio.* 53
Tertius Tractatus huius partis, de Categoriis. 54
Prior huius Tractatus disputatio, de Categoriis generatim.
quæst.1. *Quid sit Categoria.* 55
quæst.2. *Quot sunt Categoria.* 57
quæst.3. *Quanam per se ac directè in categoriis reponantur.* 61
quæst.4. *Quanam dicantur antepradicamenta.* 62
Posterior huius tractatus disputatio, de categoriis sigillatim
Prima sectio, de Substantia.
quæst.1. *Quid sit substantia.* 64
quæst.2. *De diuisione substantia in primam & secundam.* 65
quæst.3. *Quanam reponantur in directa serie huius Categoria, & quanam ab ea excludantur.* 66
quæst.4. *Quanam sint proprietates substantia.* 67
quæst.5. *Quanam sit series seu coordinatio substantia categorica.* 69
Secunda Sectio de Quantitate.

Quid

Digitized by Google

Quid ſit Quantitas. 71 quæſt.1.
Quænam in iſta categoria quantitatis reponantur, ſeu quænam ſint propriæ ſpecies quantitatis. 73 quæſt.2.
Quænam ſint proprietates quantitatis. 76 quæſt.3.
Quænam ſit ſeries ſeu coordinatio huius categoriæ. *ibid.* quæſt.4.
Tertia Sectio de Qualitate.
Quid ſit qualitas. 77 quæſt.1.
An legitima ſit qualitatis diuiſio in quatuor vulgares ſpecies. 78 quæſt.2.
De habitu ſeu diſpoſitione. 79 quæſt.3.
De naturali facultate & imbecillitate. 80 quæſt.4.
De patibili qualitate & paſſione. 81 quæſt.5.
De forma & figura. 83 quæſt.6.
Quænam ſint proprietates huius prædicamenti. *ibid.* quæſt.7.
Quarta Sectio De Relatione.
Quid ſit Relatio præſertim categorica. 84 quæſt.1.
Quænam ſint, aut eſſe poſſint fundamenta relationum. 86 quæſt.2.
Quomodo ſe habent relationes ad terminos. 87 quæſt.3.
Quænam ſint proprietates relatorum. 90 quæſt.4.
Quænam ſit huius prædicamenti ſeries. 91 quæſt.5.
Quinta & Sexta Sectio: de actione & Paſſione. 93
Septima Sectio: de Categoria Quando. 94
Octaua Sectio de Categoria Vbi. 97
Nona Sectio de Categoria Situm eſſe. 99
Decima Sectio de Categoria Habere. 101
Vltima Sectio de Poſtprædicamentis. 102
Quartus tractatus huius partis de Definitione. 104
Quid & quotuplex ſit definitio. *ibid.* quæſt.1.
Vndenam petantur, & quî differãt inter ſe partes eſſentiales definitionis, & qua ratione inueſtigari debeant. 105 quæſt.2.
Quænam accurata ſeu eſſentiali definitione poſſint explicari. 107 quæſt.3.
Quænam ſint proprietates, itemque canones ſeu regulæ legitimæ definitionis. 108 quæſt.4.
Secunda Pars Dialecticæ. De iis quæ ſpectant ad ſecundam mentis operationem.
Præfatio, 109
Prior Tractatus huius partis, de enunciatione ſeu propoſitione. 110
Prima diſputatio huius tractatus, de principiis enunciationis. ibid.

Digitized by Google

quæſt.1. *Quanam ſint enunciationis principia.* 110
quæſt.2. *Quid ſint nomen & verbum apud Logicos.* 112
quæſt.3. *Quid & quotuplex ſit oratio & quod genus orationis ſit enunciatio.* *ibid.*
quæſt.4. *Quomodo ſe habeant veritas & falſitas propoſitionum.* 114
Secunda diſputatio huius tractatus, de partibus ſubiectiuis ſeu variis enunciationum ſpeciebus.
quæſt.1. *Vndenam petatur varia & multiplex enunciationum diuiſio.* 116
quæſt.2. *Quotuplex ſit enunciatio ex parte materiæ.* 117
quæſt.3. *Quotuplex ſit enunciatio ex parte formæ.* 119
Tertia diſputatio huius tractatus, de proprietatibus enunciationis.
quæſt.1. *Quanam ſint proprietates enunciationum.* 121
quæſt.2. *Quæ & quotuplex enunciationum oppoſitio.* 122
quæſt.3. *Quid ſit in propoſitionibus conuerſio, & æquipollentia propoſitionis.* 124
Poſterior tractatus huius partis, de Methodo, vbi de optima componendi,& diuidendi ratione, 125
quæſt.1. *Quid ſit Methodus & quænam eius vtilitates.* *ibid.*
quæſt.2. *Quanam ſit generalis ſcientiarum methodus.* 126
quæſt.3. *Quanam ſit peculiaris cuiuſque difficultatis enodandæ methodus.* 129
quæſt.4. *Quanam ſit legitima rei propoſitæ diuiſio & partitio.* 130
Tertia pars Dialecticæ, de iis quæ ſpectant ad tertiam mentis operationem. 131
Præfatio. ibid.
Primus tractatus huius partis,de Syllogiſmo in genere. 132.
Prior diſputatio huius tractatus, de natura & principiis Syllogiſmi.
quæſt.1. *Quid ſit Syllogiſmus, vbi de conſecutione & argumentatione.* *ibid.*
quæſt.2. *Quænam ſint elementa ſeu principia Syllogiſmi.* 135
quæſt.3, *Quomodo ſe habeat terminus medius ad extremos.* 137
Poſterior diſputatio huius tractatus, de proprietatibus ſyllogiſmi.
quæſt.1. *Quænam ſint regulæ generales, ſeu canones legitimi ſyllogiſmi.* 138.

Quænam

Digitized by Google

Quanam ſint regulæ generales conſequentiarum. 140 quæſt.2.
Secundus tractatus hujus partis, de figuris & modis Syllogiſinorum. 142
Prior diſputatio: de figuris & modis Syllogiſmorum ſimplicium. 143
Quid & quotuplex ſit figura ſyllogiſmi. *ibid.* quæſt.1.
Quanam ſint proprietates ſeu ſpeciales regulæ ſingularum figurarum. quæſt.2. 143
Quid & quotuplex ſit Syllogizandi modus. 144 quæſt.3.
Quinam ſint modi primæ figuræ. 145 quæſt.4.
Quinam ſint modi ſecundæ figuræ. 146 quæſt.5.
Quinam ſint modi tertiæ figuræ. 147 quæſt.6.
Poſterior diſputatio hujus tractatus, de figuris & modis Syllogiſmi hypothetici.
Quanam ſit argumentandi ratio in Syllogiſmis hypotheticis conditionalibus. quæſt.1. 149 quæſt.2.
Quanam ſit argumentandi ratio in Syllogiſmis hypotheticis tum copulatiuis cum diſiunctiuis. 150
Tertius tractatus hujus partis de tribus præcipuis Syllogiſmi ſpeciebus. 112
Prima diſputatio hujus tractatus, de Syllogiſmo demonſtratiuo.
Quid & quotuplex ſit Demonſtratio. 152 quæſt.1.
Quid ſint prænotiones & præcognita. 153 quæſt.2.
Qualia eſſe debeant legitimæ demonſtrationis principia. quæſt.3. 155
Quid ſentiendum de præcipuo demonſtrationis effectu. quæſt.4. 158
Quid tenendum de ſcienti a poſteriori modo ſumpta. 161 quæſt.5.
Secunda diſputatio hujus tractatus, de Syllogiſmo theoretico.
Quid ſit Syllogiſmus topicus, & quid ſit argumentum topicum ſeu dialecticum, & quid locus communis ſeu Dialecticus. quæſt.1. 166
Quinam ſint loci ipſius rei ex qua deſumitur argumentum. quæſt.2. 168
Quinam ſint loci coniunctorum. 169 quæſt.3.
Quinam ſint loci diſiunctorum. 172 quæſt.4.
Tertia diſputatio hujus tractatus. De Syllogiſmo ſophiſtico.

Digitized by Google

quæſt.1. *Quid & quotuplex ſit Syllogiſmus ſophiſticus* 175
quæſt.2. *Quinam ſint loci Syllogiſmi ſophiſtici in verbis* 176
quæſt.3. *Quinam ſint loci Sophiſtarum communes in rebus.* 178
quæſt.4. *Quinam ſint fines Sophiſtarrum.* 181
quæſt.5. *Quonam pacto occurrendum ſit Sophiſtarum captionibus.* 182

PRÆ-

Digitized by Google

PRÆFATIO
IN VNIVERSVM HOC OPVS PHILOSOPHICVM.
AD LECTOREM.

NE omnino futuræ nauigationis ignarus oram soluere (Amice Lector) operæ pretium visum est, te in portu adhuc commorantem de ipsa Philosophia, quam trajicere meditaris, déque nostro instituto paucis præmonere.

Philosophia, si vocis etymologiam spectes, sapientiæ studium; si verò communem & vulgarem eius acceptionem (vt cæteras minus vsitatas prætermittam) considéres, certa eorum, quæ naturali lumine sciri possunt, comprehensio definiri potest. Cuius origo non aliunde quàm à Deo patre luminum, à quo omne bonum & donum perfectum est, repetenda: qui illam Adamo primùm infudit: potuit autem ab Adamo per Mathusalem ad Noachum peruenire: à Noacho verò eiusque filiis ad Chaldæos, & Hebræos; à Chaldæis & Hebræis ad Ægyptios, ab Ægyptiis ad Græcos, à Græcis ad Latinos, à quibus ad nos & reliquos Septentrionales & Occidentales populos temporum successu delata est. Verùm cum priscis illis temporibus hominum nequitiâ partim in pernicioſas artes conuersa, partim per incuriam obliuioni tradita esset: ab antiquis illis philosophandi magistris Thalete, Anaxagora, Pythagora, Socrate, Platone, & aliis, sed præcipuè ab authore Peripateticæ sectæ Aristot. reparata est.

Quid sit Philosophia.

Vnde orta.

A quibus.

Huius pars duplex, altera nempe theoretica seu contemplatrix: altera practica seu operatrix colligitur ex Aristotele 2. Metaph. cap. 1. text. 3. quo loco finē theoreti-

Eius partes.

Digitized by Google

cæ ait esse veritatem, practicæ verò opus: Vnde illa definitur, quæ in sui subiecti sola contemplatione conquiescit; hæc verò quæ sui subiecti contemplationem ad praxim, seu opus refert.

Porrò contemplatrix triplex est (vt idem Arist. docet 6.Metap.ca.1. nempe Physica, quæ res naturales considerat, earúmque initia, causas, & proprietates perquirit; Mathematica quæ res mathematicas certis ac indubitatis rationibus demonstrat; Metaphysica quæ res altiores & à communi hominum sensu abstractas, spirituales ac diuinas contemplatur. Practica verò duplex est; Altera rationalis, quam vulgò Dialecticam seu Logicam vocant: altera Moralis, seu Ethica, quarum illa humanæ mentis actiones ad verum germanúmque cognoscendi modum dirigit: hæc verò appetitionis humanæ motus ad rectæ rationis normam temperare, ac moderari docet: illa ad rationem dirigendam, hæc ad mores informandos tota refertur: vtraque purgat, Naturalis illustrat, Theologia perficit.

Quo ordine tractanda. Quoniam igitur homo priùs repurgandus est, quàm illustrandus, aut perficiẽdus, nostrum hoc opus ab eis Philosophiæ partibus auspicabimur, quæ in repurgãdis duabus animæ præcipuis partibus intellectu & affectu positę sunt, rationali nempe seu Dialectica, & morali seu Ethica: Tùm prætermissis Mathematicis, quoniã ad nostrum propositum non multùm conferunt, Naturalem Philosophiam aggrediemur: demũ hac Philosophiæ parte perlustrata supremã Philosophiam, quæ ab Arist. Theologia, à nobis vulgò Metaphysica appellatur, éstque scholasticæ nostræ affinis & cõtermina, accuratè pertractabimus: Ita vt cãdidatis Theologiæ (in quorũ maximè gratiam totũ hoc opus contexuimus) non mediocriter sit profutura.

Eum autem vbique modum tenebimus, vt superfluis quæstionibus prætermissis, eæ tantùm quæ magis necessariæ videbuntur, quantâ fieri poterit breuitate simul & facilitate explicentur.

Methodus huius operis. Quod ad methodum siue ordinem spectat, eum sequemur ordinem quem naturæ magis congruere iudicabimus: sic enim fiet vt suo quæque res loco tractetur, nisi forte aliud doctrinæ ac facilitatis ratio nonnunquam postulauerit: vt, quoniam Vniuersalium & Categoriarum expositio (licet ad Metaphysicum propriè pertineat) ad

vni-

Digitized by Google

vniuersas Philosophiæ partes est necessaria: idcirco hanc ipsam cogimur iuxta consuetum docendi morem in ipso pene Dialecticæ limine tradere.

Et quoniam illud semper alienum à Philosopho duximus aliorum decretis astrictum, in philosophando miseram seruire seruitutem, vt faciunt ij qui in sectis quibusdam quasi militari authoramento deuincti, ita fidem suam obstrinxerunt, vt ab eorum placitis ne latum quidem vnguem desciscere audeant. Lectorem monitum esse velim, nos quidem Arist. Peripateticæ sectæ authorem tanquam Philosophorum principem suspicere, atque ambabus vlnis amplecti vtpote naturæ, quam hîc ducem sequimur, fidelissimum interpretem: nulli tamen Peripateticorum siue Thomistarum, quos vocant, siue Scotistarum, siue eorum qui Nominales dicuntur sectæ addictos esse, tantúmque fidei illis, imò & ipsi Aristoteli habituros quantum ratio suaserit.

Cæterùm, sicut delicata illa & nimium affectata verborum elegantia non magnopere in Philosopho rerum non verborum contemplatore desideranda, ita barbaries ipsi Philosopho, quantum rerum natura & philosophandi vsus patitur, fugienda est. Quare dabimus operam, vt verbis artis non prætermissis latinè ac disertè res quæq; explicetur. Sed hæc de hùius operis partitione, ordine, & stylo Præfationis loco dicta sufficiant.

PRIMA PARS HVIVS SVMMÆ PHILOSOPHIÆ.

De rebus Dialecticis.

DIALECTICÆ SEV LOGICÆ Prolegomena,

SIVE

Quæstiones Proœmiales in Logicam.

PRAEFATIO.

PRiusquam de rebus Dialecticis quidquam dicatur, non fuerit inutile pauca de ipsamet Dialectica prælibasse: verbi gratia, quid sit Dialectica, arsne vel scientia; tùm quæ sit illi subiecta materies in

qua versatur; deinde sitne Theoretica vel Practica, & an sit ad reliquas artes necessaria; denique quomodo seu quot in partes diuidenda sit: quas quidem quæstiones Græco vocabulo προλεγόμενα vulgo nuncupant, nos latinè Præfationes possumus appellare.

Quid sit Dialectica, ársne, vel scientia.

QVAESTIO I.

Huius artis appellatio duplex.

PRim a hæc Philosophię pars duplici præsertim nomine est insignita, vulgo enim Dialectica & Logica indiscriminatim appellatur: Dialectica quidē à verbo Græco διαλέγεσθαι, quod est differere, disceptare, sermocinari, quod Dialecticæ vocabulum ferè pro sola parte huius artis Topica, quæ docet rationē differendi ex probabilibus Aristoteles vsurpauit, licet idem nomen nonnunquā pro integra arte Analytica & Topica inueniatur accepisse. Logica verò appellatur à nomine Græco λόγος quod rationem, definitionē significat; quod quidem Logicę vocabulum nunquā substantivè, sed tantum adjectivè apud Arist. legitur vsurpatum; sed ab eius interpretibus ad hanc

Propositæ q. solutio.

significationem in qua nunc vsurpatur traductum est. De hac igitur nostra Dialectica siue Logica quęritur, an sit ars vel scientia? alij enim artem, alij scientiā esse contendunt: Nos verò & artem & scientiam appellari posse, verè tamen ac propriè esse scientiam, proindéque philosophię partem arbitramur: cuius nostræ assertionis veritas ex varia & multiplici tùm artis cùm scientię acceptione facile patet: ac simul omnis, quæ de ea re habetur controuersia dirimitur. Ars igitur tribus modis accipitur: primò

Artis acceptio triplex.

quidem strictè pro habitu seu recta ratione efficiendi aliquod opus, quod post operationē maneat subjectū sensibus, vt est ars ędificādi, pingendi, &c. Secūdò paulò latiùs ars accepta extēditur etiā ad eas actiones corporeas, quæ nullū relinquūt opus post se sensu perceptibile: quo sēsu ratione bene saltandi, cytharisandi, &c. Ars appellatur. Tertiò deniq; latissimè accepta ars nō tantū ad actiones externas, quę nullū post se opus relinquunt, sed etiam ad actiones internas & immanētes, vt sunt actiones intellectus, & volūtatis se extēdit; quomodo ars generatim definitur, Habitus multis constans præceptis, certa quadam methodo cōprehensis, ad aliquem finem vitę vtilem tendenti-

dentibus; quomodo tum rationalis tum moralis Philosophia artes dici poterunt, licet minùs propriè quàm eæ quæ circa externas & corporeas operationes versantur.

Scientia triplicter accipitur.

Scientiæ quoque triplex est acceptio. Prima impropria & latissima pro quacunque rei vera cognitione, quomodo Arist. c. 2. Anteprædicamentorum, Grammaticam, quæ est ars proprie, appellat scientiam. Secunda propria & minus confusa, pro cognitione rei vera & euidenti per quãlibet causam, siue propriã, à qua res verè & à natura pendeat; siue impropriam à qua res tantum dependeat vt cognoscatur, quæ dicitur causa cognitionis. Tertia maximè propria & adhuc minùs latè patens, pro cognitione certa & euidenti rei necessariæ, per propriam causam, & necessariam à quã res verè & secundùm naturam depẽdeat.

Probatur.

Et quidem in hac postrema & maximè propriã acceptione Dialecticam dici, & esse scientiam patet: primùm quia cùm constet Dialecticam quendam esse mentis habitum per experientiam reflexum, aut per disciplinam comparatum, & omnis mentis habitus aut falsus sit, aut incertus, aut verus, ac certus, nemo dixit Dialecticam esse falsum habitum, seu errorem, neque etiam incertum, seu opinionem, cùm certissimæ in ea præceptiones tradantur. Restat igitur vt sit certus ac verus mentis habitus, ac proinde vnus ex illis quinque quos tradidit Aristoteles lib. 5. Ethicorum ad Nicomachum cap. 3. videlicet vel sapientia, vel intelligentia, vel prudentia, vel ars, vel scientia. Atqui fatentur omnes non esse sapientiam, quæ altissimas rerum causas contemplatur: nec intelligentiam, quæ est euidens notia primorum principiorum: multò minùs prudentiam, quæ ad mores spectat. Constat etiam ex supradictis non esse artem proprè dictam, quæ circa actiones & externas & corpores tantùm versatur: Quare concludendum illam esse verè & propriè scientiam.

Assertio prima.

Secunda.

Deinde cognitio certa & euidens rei, seu propositiones necessariæ per propriam causam, id est, per verum ac necessarium principium ad scientiam maximè propriè dictam pertinet: Atqui in Dialecticam permultæ sunt eiusmodi cognitiones, sic enim certò cognoscit Dialecticus quod demonstratio pariat scientiam, quia nempe omnis ratiocinatio constans primis, veris ac necessariis, causisque conclusionis parit scientiam: Demonstratio autem est eiusmodi ratiocinatio,

De Dialectica Docente & Vtente.

Cæterùm, vt intelligas qua ratione Arist. Dialecticam nonnunquam negauerit esse artem & scientiam, sed tantùm facultatem esse dixerit. Notâ hîc tritam apud Philosophos Dialecticæ diuisionem in Docentem, & Vtentem. Dialectica docens seu à rebus, auulsa dicitur, quæ tota in tractandis præceptionibus Dialecticis posita modum rectè definiendi, diuidendi, argumentandi &c. considerat: Res autem quæ definiuntur, diuiduntur, concluduntur, non magnopere curat: vtens verò seu rebus coniuncta, quæ tota in vsu seu praxi præceptionum earundem posita est, & cum aliis scientiis coniuncta. Videtur autem idem reipsa Habitus, qui pro diuersa ratione modò docens modò vtens appellatur: Docens quidem, quatenus inclinat intellectum ad veram & certam rerum Dialecticarum actualem notitiam: Vtens verò quatenus intellectus per ipsam seu eius beneficio, rectè definit, diuidit, ratiocinatur. Cùm igitur Aristoteles Dialecticam appellat facultatem, de Dialectica Vtente loquitur, quatenus ad quamlibet materiam potest applicari, & per eam de re qualibet in vtramque partem probabiliter possumus disputare. Ex his autem quæ diximus facilè est ea diluere, quæ opponi possent.

Quodnam sit subiectum circa quod versatur Dialectica.

QVAESTIO II.

Sensus quæstionis aperitur.

Constat quidem ex præcedenti quæstione Dialecticã esse scientiã: iam verò cuius rei dicatur scientia quærimus, vt præcognito ipsius genere, eiusdem differẽtiam (quæ in hac sicut & in aliis scientiis pro obiecto petitur) compertam habeamus. Cæterùm vel ex ipso titulo quæstionis patet, non hîc de subiecto inhæsionis, in quo nẽpe residet habitus Dialecticæ sermonẽ fieri: sed de subiecto attributionis circa quod versatur Dialectic. & cui omnia quæ in illa traduntur attribui possunt tanquã principia, partes, aut proprietates, quod vulgo, licet minùs latinè, obiectũ appellant. Est autem illud obiectum de quo quæritur, totale seu adequatum, quòd nec scientiam excedat, nec ab ea excedatur: non verò partiale seu inadequatum, quod alicui parti scientiæ duntaxat respõdeat. Præterea cùm in obiecto cuiusque scientiæ duo spectari possint, vnum instar materiæ & veluti generale: Alterũ instar formæ ac magis speciale, quæ est conditio siue ratio sub qua talis

talis res consideratur ; verbi gratia,ens naturale,quod est obiectum Physicæ, duo habet, nempe quod sit ens, & sic non tantùm ad Physicum,sed etiam ad Metaphysicum,& præterea ad Theologũ potest pertinere & præterea quod sit naturale & sub ea ratione ad solũ Physicum pertinet: hoc loco quæstio est de subiecto attributionis seu de obiecto Dialecticæ adæquato cum sua formali ratione considerato de quo variæ sunt ac multiplices sententię. Nonnullis visum, nullum esse determinatò Dialecticæ subiectum, sed eam per omnia reliquarũ scientiarum subiecta liberrimè diuagari,quod non semel videtur innuere Aristoteles:Sed hoc verũ est de Dialectica quoad vsum, non verò quoad doctrinam: vsus enim Dialecticæ communis est,sed doctrina peculiaris,ac proinde peculiare sibi subiectũ vendicat Aliis placuit subiectũ Dialect. esse voces. Sed immeritò; neq; enim voces primò per se considerat Logicus,sed per accidẽs quatenus animi sensa exprimũt. Multũ etiã inualuit apud scholas eorũ opinio , qui Dialecticæ obiectum esse Ens rationis voluerũt. Quæ tamen opinio nobis nunquã probari potuit:Etsi enim definitio, diuisio , argumentatio, quæ sunt præcipuę partes obiecti dici possint entia rationis in ipsis reb. definitis,diuisis,aut ratione conclusis , tamẽ verè & propriè sunt actiones intellectus definientis. diuidentis argumẽtantis. Cũ igitur ea & similia optimè cõsiderari possint à Logico,quatenus sũt entia vera & realia,nẽpe actiones mẽtis, quid necesse est entia rationis pro subie. verę & realis scię. cõminisci?

Varię de quæst. proposita sententia.

Prima sententia.

Refellitur.

Secunda sententia.

Refutatur.

Probabilior sane est aliorum sententia asserentium Dialecticæ obiectum esse argumentationem , imò vera est, si de obiecto Dialecticæ præcipuo , licet inadęquato sermo sit : vel etiam dę obiecto totali Dialecticæ prout Arist. conscripta est:non tamen si de obiecto totali Dialecticę per se consideratę , cum in ea non tantùm de argumentatione , sed etiam de aliis sciendi instrumentis, definitione nempe,ac diuisione agatur.

Tertia sententia.

Quare omniũ probabilissima videtur eorum sententia, qui dicunt actiones mentis,quatenus iuxta optimum cognoscẽdi modũ,ad cognitionẽ veri sunt dirigibiles , esse subiectum Dialecticæ:quemadmodũ actiones voluntatis quatenus iuxta iudiciũ rectę rationis ad optimum vitæ finẽ sunt dirigibiles dicuntur subiectũ Ethicę. Quo loco nota actiones mẽtis esse matetiale obiectũ, quod sub va-

Quarta sententia probabilissima.

Nota.

Digitized by Google

riis consideratione bus, ad varios artifices, verbi gratia ad Dialecticum, Physicum, Theologum pertinere potest, at verò rationem formalem seu conditionem, sub qua considerantur illæ actiones à Logico, nõ itẽ ab aliis, esse quatenus iuxta rectum cognoscendi modum sunt dirigibiles. Vt verò intelligãs cur actiones mentis dirigibiles, seu rectificandas, potiùs quàm actiones rectas aut actiones rectificatas subiectum esse Dialecticæ dixerimus. Aduerte actionẽ mentis à Dialectico considerari posse vt rectam, rectificandam, & rectificatam: & quidem actionem mẽtis rectam considerari vt prototypum & exemplar actionis dirigendæ: Actionem verò rectificandam seu dirigibilem tanquam subiectum in genere cognosci, ac in particulari dirigi. Denique rectificata tanquã finem intendi. Et quã rectitudinem in actione recta veluti speculatur Dialecticus, hanc in actione rectificanda seruandã præcipit, eandémque in actione rectificata obtinet: Sicque obiectum Dialecticæ formatũ (vt ita loquar) quod valdè impropriè dicitur obiectum, erit actio mentis rectificata: obiectum verò formale duplex cõstitui poterit, vnum instar exemplaris considerandum: duntaxat, quod est actio mẽtis recta: Alterum considerandum simul ac dirigendum, quod est actio mentis dirigenda seu dirigibilis. Et quoniã Dialectica est scientia practica (vt fatentur hi qui arbitrãtur actiones mentis esse eius obiectũ, & ex proximè sequenti quæstione constabit) idcirco meritò dicimus absolutè & simpliciter actionem rectificandam seu dirigibilem, non verò actionem rectam esse obiectum propriũ & formale Dialecticæ: quod quidem intelligi debet de actione dirigibili in genere, seu quatenus de illa generales ac sempiternæ veritatis propositiones seu præceptiones traduntur in Logica. Ex quibus & aliarum sentẽtiarum refutatione satis supérque probata videtur esse nostra hæc assertio, simúlq; facile erit respondere ad ea quæ obiici poterunt.

Nota. De actione mentis recta & rectificanda.

Actio mentis rectificanda cur dicatur obiectum.

Qualis sit Dialectica, Theoretica ne an practica.

QVAESTIO III.

QVi entia rationis Dialecticę subiectum esse contendunt, eandem in sola ciusmodi figmentorum contemplatione collocant, proindéque Theoreticam esse definiunt. Alij organicam esse contendunt; eo quòd sit commune quoddam organum, seu instrumentum reliquarum Philoso-

Philosophiæ partium, non tamen practicam.

Nos verò & organicam simul, & practicã esse contendimus: organicam quidẽ, quatenus omnibus aliis scientiis inseruit: vt enim Metaphysica cæteris omnibus scientiis tanquam regina imperat: sic eisdem Dialectica tanquam famula subministrat: Practicam verò, quatenus in sola sui subiecti contemplatione nõ quiescit, sed eam ad praxim siue vsum reuocat. Et quia constat fermè apud omnes esse organicam (nemo enim negauerit eam ad reliquas scientias aut comparandas, aut exercendas, si non omninò necessariam, saltem valde vtilem esse: quod etiam sequenti quæst. probabitur.) Reliquum est vt ostendamus etiã esse practicam, quòd vel ex eo patet, quod omnis scientia naturali lumine parta, Theoretica sit vel practica: Atqui cõstat ex prima quæst. Dialecticam esse scientiam, nec tamẽ esse Theoreticam vel ex conditione sui obiecti (de quo in præcedenti quæst.) intelligitur, & satis experientia cõpertum est nos nõ scire quomodo sit definiendum, argumentandum, &c. vt sciamus, sed vt operemur, id est vt rectè definiamus, ratiocinemur, &c. restat igitur vt sit practica. Repete ea quę præmonuimus in generali præfatione de vtraque parte Philosophiæ Theoretica & Practica. Et quidem quod difficultatẽ maximè parit, est vocabulũ ipsum πρᾶξις, quod dicitur scientia practica, quod quidem apud Aristotelẽ pro solis actionibus moralibus, quatum principiũ est electio, nõ verò pro actionibus mentis quatenus ad Logicũ pertinent vsurpatur: quo fit vt sola moralis Philosophia dicatur apud Arist. propriè Practica. Verùm etsi concedamus solas actiones humanas, quatenus humanas seu liberas ab Aristotele πρᾶξις appellari, nihil tamen impedit actiones mentis quatenus dirigibiles eodem nomine insigniri ac proinde Dialecticam, quę in iis dirigendis versatur, verè dici & esse Practicam.

Esse practicam probatur.

πρᾶξις apud Aristotelem quid.

Ex his facilè est intelligere propter quid sit Dialectica: seu qui sint fines ad quos ex natura sua ordinatur, vt eos prętermittamus quos ipse Dialecticus sibi pro libito possit proponere, verbi gratia, lucrum, inanem gloriam, &c. Primus igitur & immediatus, qui est actus ipsius Dialecticæ, est actiones mentis dirigibiles contemplari, déque illis dirigẽdis iudicia ferre practica, quæ sunt præceptiones Dialecticæ: secundus proximo vicinus, est actiones ipsas mentis dirigere seu rectificare, quod præsertim fit

Corolarium de fine Dialectica.

Finis primus.

Secundus.

per instrumenta sciendi, quatenus sunt actiones rectæ secundùm se, & in vniuersum spectatæ ac veluti exemplaria, iuxta quorum rectitudinem, animo præconceptam, mentis operationes diriguntur, sicut obiter meminimus

Tertius. quæstione secunda præcedenti: tertius vlterior seu remotior, isque præcipuus, seu primò & per se intentus, dici possunt actiones mentis rectificatæ, non secus ac domus rectè ædificata finis est potissimus artis ædificandi: quartus denique remotissimus, non tamen præcipuus, nec

Quartus. adeò per se intentus à Dialecticâ, est iuuare cæteras scientias vt facilius, breuius, certius & ordinatius acquirantur, qui finis est potiùs ipsarum actionum rectificatarum, quàm ipsius artis Dialecticæ, quemadmodum habitatio, non tam est finis artis ædificatoriæ quàm ipsius domus arte constructæ. An verò cæteræ scientiæ nullo modo comparari possint absque hac nostra artificiali Dialecticâ proximè sequenti quæstione explicabitur.

An Dialectica sit ad reliquas scientias necessaria.

QVAESTIO IV.

Notandum primò. VT sensum propositæ quæstionis aperiam, duo hìc præmoneo. Alterum est, cùm Dialectica sit duplex, altera naturalis, quæ est ipsa vis rationis, vnicuique à natura congenita, quaque præditus homo, absque vllo præceptorum adminiculo res definit partitur, componit, déque illis pro ingenij bonitate optimè ratiocinatur: altera artificialis, quæ non à natura in hominum animis ingeneratur, sed ex multorum collectione præceptorum, aut ab aliis addiscitur, aut longâ experientiâ comparatur: non hìc de Dialectica naturali, quam prorsus necessariam esse omnes fatentur, sed de artificiali quæstionem institui. Alterum est, cùm scientiæ duobus modis considerari possint, nempe in esse perfecto, cùm quis per veram & propriam causam omnes quæ de subiecto haberi possunt conclusiones non solùm cognoscit, sed præterea scit se illas optimè cognoscere, & præterea in esse imperfecto, cùm quis vel non omnes quæ de subiecto haberi possunt conclusiones, aut non illas tenet perfectè, quia aut non per veram causam illas nouit, aut nescit eam veram esse causam rei demonstratæ; non hìc quæstionem esse de scientiis in esse imperfecto, sic enim haberi posse sine Logica artificiali nemini dubium est; sed de scientiis in esse perfecto,

Digitized by Google

perfecto, vt sensus propositæ quæstionis sit: An Logica artificialis sit necessaria absolutè ad reliquas scientias in esse perfecto comparandas. Quid autem de proposita quæst. tenendum sit, duab. sequentib. conclusionib. declaratur.

Prima conclusio. Probatur.

Prima conclusio, Dialectica artificialis non est absolutè necessaria vt cæteræ scientiæ habeantur in esse perfecto: Probatur, quia ad scientias comparandas duo tantum sunt necessaria; Vnum est, vt is qui scientiam consecuturus est, inueniat illius principia, eisque assentiatur; Alterum vt certò sciat, se vti aptis & minimè fallacibus differendi formulis ad demonstrandas ex eiusmodi principiis conclusiones quibus scientia continetur: At verò potest quis naturali ingenij bonitate & principiis per se notis assentiri, & aptis differendi formulis vti, potestque solo lumine naturali optimè iudicare eas formulas ratiocinandi quibus vtitur, legitimas esse, ac minimè fallaces. Quare non opus est propter illud recurrere ad Dialecticam artificialem, & multò minùs vt sciat causam per quam demonstrat esse veram causam, cùm id sciri possit vel naturali lumine, vel experientia, vel rationibus dictis ab ipsa re de qua agitur.

Secunda conclusio. Probatur. Locus Aristotelis explicatur.

Secunda conclusio. Dialectica artificialis est necessaria ad reliquas scientias facilè, absque erroris periculo, breuiter atque ordinatè comparandas. Probatur quia quemadmodum nullus opifex facilè & sine errore, aut saltem breuiter & ordinatè opus aliquod potest absoluere, nisi conquisita priùs habuerit instrumenta, quibus in conficiendo opere vtatur: ita nec ratio vnquam facilè, absque errore, breui tempore, & ordinatè totam aliquam scientiam comparabit, nisi examinatas atque in promptu habeat omnes differendi formulas quæ ad comparandam scientiam sunt necessariæ: Quare cùm hæ formulæ à solo Dialectico habeantur examinatæ, atque in promptu, efficitur, vt nemo absque Dialectica facilè absque errore, itémque breuiter & ordinatè vllam aliam scientiam sibi comparare possit. Atque in eam sententiam scitè Aristoteles 2. Metaph. c. 3. textu 15. Quapropter (inquit) institutus esse quisque debet quo pacto singula probanda sint, quoniam absurdum est scientiam simul & sciendi modum quærere, præsertim cùm neutrum assequi facilè sit.

Digitized by Google

Quomodo seu quot in partes diuidenda sit Logica.

QVÆSTIO V.

Partitio Dialectica multiplex.

POsset quidem Logica fusissimè sumpta diuidi in naturalem & artificialem, deinde artificialis in docentem & vtentem: tum docens, idque maximè iuxta Arist. institutum, in analyticam seu resolutoriam, & Topicam, quæ docet modum ex probabilibus differendi: sed prætermissis illis diuisionibus, ea in primis arridet quam adfert D. Thomas initio libri de Interpretatione, vbi vniuersam hanc nostram Logicam docentem partitur iuxta triplicem mentis operationem quam ex officio dirigit; adeò vt prima pars sit de prima mentis operatione, videlicet simplici mentis apprehensione: altera de secunda, videlicet iudicio seu enunciatione: tertia de tertia mentis operatione, videlicet discursu seu ratiocinatione. Nec longè abest ab hac diuisione tripartita quoque Dialecticæ diuisio iuxta tria præcipua differendi instrumenta, nempe definitionem, diuisionem, & argumentationem, cùm definitio ad primam mentis operationem, diuisio ad secundam, argumentatio ad tertiam pertineat. Est autem hæc nostra Dialecticæ in tres partes distributio legitima, quia nempe est ad naturam subiecti proprij accommodatissima, vtpote quæ in tot partes fiat quot sunt præcipuæ mentis operationes, circa quas tanquam circa proprium subiectum, versatur. Et quidem de ipsa Dialectica hactenus, deinceps de iis quæ in ipsa continentur agendum est.

Logica docens tripartita.

Alia Logica diuisio.

PRI-

Digitized by Google

Schema

Summa
hui⁹ phi
losophi

cundam verò esse magis compositam, repete quæ

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ
ROMA
VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

PRIMA PARS DIALECTICÆ.

DE IIS QVÆ AD PRIMAM mentis operationem spectant.

PRÆFATIO.

In qua de operationibus mentis, déque instrumentis differendi generatim.

CVM vniuersam hanc differendi artem in tres præcipuas partes, iuxta tres mentis operationes, diuiserimus, doctrinæ ratio postulat, vt antequam ad singulas accedamus, de illis ac de differendi instrumento aliquid generatim præfationis loco prætermittamus.

Quid sit mentis operatio.

Constat igitur mentis operationem in genere esse cognitionem elicitam ab intellectu: iam verò humanus animus triplici cognitionis gradu in perfectam rerum notitiam consurgit. Nam in primis res sibi obiectas simplici quodam visu intuetur absque vllo assensu aut dissensu: post hæc easdem inter se confert ac dijudicat, eísque vel assentitur affirmando, aut ab eis dissentit negando: tandem ex multis rebus inter se collatis diuersum quid ab eis ratiocinando seu argumentando colligit. Ex his tribus mentis operationibus prima dicitur simplex apprehensio, secunda verò iudicium seu enunciato, tertia discursus siue argumentatio. Quod ad methodum attinet, aut non est actio mentis, sed tantùm series siue ordo rerum tractandarum; aut si dicatur actio, cùm tota sit iudicij, ad secundam mentis operationem pertinebit, sicut & ipsa diuisio seu partitio, quæ est primum differendi instrumentum.

Colligitur eam esse triplicem.

Notandum.

Notandum est autem inter illas mentis operationes primam esse simplicissimam: vtpotè quæ possit vnico vocabulo, aut pluribus sine copula exprimi: secundam verò esse magis compositam, vtpotè quæ non

nisi pluribus terminis seu vocabulis, & copula exprimatur; tertiam denique valde compositam, vtpote quæ non nisi ex pluribus enunciationibus constet. Quæ omnia in hoc exemplo facilè declarantur; verbi causa, audito nomine hominis, efformamus conceptum quendam simplicem in animo: sic audito nomine animalis conceptum quoque simplicem animali conformem effingimus, quod primæ operationis munus est: tum apprehensa hominis & animalis naturâ quandam esse inter illas conuenientiam animaduertimus: quare animal homini attribuimus affirmando, sic (homo est animal,) similiter cognitâ animalis & viuentis natura quandam agnoscimus inter illa naturæ conformitatem, quam affirmando sic exprimimus, Animal viuit: sicque per secundam mentis operationem duæ istæ propositiones habentur, nempe:

Exemplum.

Animal viuit.
Homo est animal.

Ex quibus per tertiam mentis operationem tertia hæc propositio elicitur (homo viuit) ad hunc modum,

Animal viuit,
Homo est animal,
Ergo homo viuit.

Tria differendi instrumenta.

Cæterùm ad has tres mentis operationes referuntur tria instrumenta differendi, nempe diuisio, definitio, argumentatio: quæ nihil aliud sunt quàm species quædam operationum mentis: appellantur autem instrumenta differendi quatenus per illas ex quibusdam præcognitis peruenitur ad notitiam earum rerum quæ antea ignorabantur. Sic enim per diuisionem, quæ ad secundam mentis operationem pertinet ex præcognitione confusa totius, deuenitur ad notitiam partium: per definitionem verò, quæ ad primam mentis operationem spectat ex præcognitione partium essentialium totius natura declaratur. Denique per argumentationem, quæ tertia mentis operatio est, ex præcognita causa effectus colligitur. Vbi aduerte diuisionem, quatenus est instrumentum cognoscendi, præcedere definitionem, quia prius necesse est diuidere genus in suas differentias, quàm ex genere & differentia definitionem rei exprimere: sic etiam definitio argumentationem & maximè nobilissimam argumentationis speciem, nempe demonstrationem antecedit, cùm in demonstratione definitio adhibeatur. Vbi aduerte omnem quidem

Digitized by Google

quidem argumentationem posse dici instrumentum differendi & cognoscendi, non tamen instrumentum scienti propriè: sed solam demonstrationem, quia per illam scientia propriè dicta comparatur. Et quia ad eiusmodi scientiam comparandam non mediocriter conferunt diuisio & definitio, hinc fit vt etiam instrumenta sciendi possint appellari, sicut & ipsa demonstratio. Sed hæc satis de actionibus mentis, ac de differendi instrumentis in genere. Supereſt vna difficultas explicanda de prima seu simplici mentis operatione, quam in hac prima parte aggredimur, nempe quomodo dirigi possit à Logico hæc operatio, cùm nulli errori videatur obnoxia, vtpote quæ sit veritatis & falsitatis expers ex capite primo lib. de Interpretatione. Cui respondetur primùm quidem multùm iuuari simplicem hanc apprehensionem rerum ab ipsa prima parte Dialecticæ ratione ipsarum rerum obiectarum, quarum multitudo, permistio & obscuritas non mediocrem illi difficultatem parit: Rerum enim multitudinem vniuersalia, permistionem categoriarum series & obscuritatem definitio tollit: in hac autem prima parte agitur de Vniuersalibus, categoriis, ac definitione. Deinde licet prima mentis operatio sit expers veritatis & falsitatis complexæ, quæ in solo iudicio, nempe assensu aut dissensu propriè reperitur, est tamen capax veritatis aut falsitatis incomplexæ: si enim simplex notitia sit conformis obiecto apprehenso erit vera; si secus, falsa: vt autem fiat conformis rei obiectæ multùm iuuat explicatio terminorum quæ initio huius primæ partis traditur. Itaque huius primæ partis Dialecticæ quatuor erunt tractatus: Primus de terminis Dialecticis, Secundus de vniuersalibus, Tertius de categoriis, Quartus de definitione.

Sola demonstratio instrumentum sciendi.

Difficultas de prima mentis operatione.

Solutio.

Huius primæ partis tractatus quatuor.

PRIMVS TRACTATVS HVIVS Partis, De terminis Dialecticis.

Disputatio vnica.

Simplex apprehensio duplex, confusa, Distincta.

SImplex mentis apprehensio duplex est, altera confusa, altera distincta: illa dicitur, cùm quid vocabulum significet, duntaxat intelligitur; hæc verò cum nõ tantùm

quid vox significet, sed etiam quid sit res significata clarè & distinctè concipitur: illa termini seu vocis, hæc naturæ & essentiæ apprehensio dicitur. Illa omnibus qui voces norunt, vt plebeis & rusticis communis est, hæc in sapientibus duntaxat, qui exploratas rerum naturas habent, reperitur. Et quidem ad confusam mentis apprehensionem pertinet hæc terminorum Dialecticorum expositio, ad quam etiam reuocari possunt tractatus de vniuersalibus & categoriis: ad distinctam verò spectabit quartus, & postremus tractatus de definitione.

Quid sint termini apud Dialecticos, & de multiplici eorum diuisione.

QVAESTIO I.

Quid terminus apud Dialecticos.

QVas Grammatici voces, dictiones, atque orationis elementa, Dialectici terminos vocant, quoniam iis quasi terminis omnis propositio solet circunscribi. Est enim terminus in enunciatione, subiectum vel attributum, quibus quasi extremis ipsa enunciatio constat; vt in hac propositione (homo est animal) homo est subiectum, animal verò attributum, quæ sunt duo extrema siue termini quibus hæc propositio constat. Cùm autem propositio solo animo possit concipi, hinc sit, vt Logicus terminos non tantùm in voce vel scripto (vt sua vocabula Grammatici) sed etiam in mente consideret. Et licet non tantum mentales, sed etiam vocales & scriptos terminos consideret Dialecticus, non tamen eo fine, nec eo modo quam Grammaticus. Eo enim fine illos considerat vt sic primæ mentis operationi opituletur, nec adhuc in particulari, sed in vniuersum sub iis rationibus secundùm quas ad Philosophicum vsum sunt aptiores.

Aliud est materiale, aliud formale termini.

Horum terminorum non vna est eademque partitio, sed varia pro diuersa consideratione: aliter enim ratione materiæ seu rei significantis, aliter ratione formæ seu significationis: & quidem aliter habita ratione rei significatæ, aliter habita ratione modi significandi solent distingui. Quod vt intelligas, nota in vnoquoque termino duo posse considerari, vnum instar materiæ, nempe rem in qua ineſt vis significandi. vt est mens, vox, seu sonus articulatus, & scriptura; alterum instar formæ, quæ est ipsa vis significandi, siue significatio. Rursus in ipsa si-

gnifi-

Digitized by Google

gnificatione duo considerari possunt, nempe res significata,& modus significandi. Hinc igitur nascuntur variæ terminorum diuisiones, de quibus sequentibus quæstionibus dicetur.

Quinam sint termini ex parte materiæ.

QVAESTIO II.

RES in qua significandi vis aliqua reperitur, triplex vulgò assignatur, nempe mens, vox, & scriptura. Quare Dialectici non immerito terminum ratione materiæ distinguunt in mentalem, vocalem, & scriptum. Mentalis est, qui animo duntaxat concipitur, vocalis, qui voce exprimitur; scriptus, qui scriptura pingitur. Et quidem hic de mentali termino quatenus voce exprimitur aut potiùs de vocali, quatenus mentalis termini, simúlque rei animo conceptæ signum est, agitur: nam de scripto nihil necesse est hîc dicere. Vt verò intelligas qua ratione vocales termini sint signa, sciendum est significare, nihil aliud esse quàm facultati cognoscendi quidpiam à se diuersum repræsentare. Id verò quod vim significandi habet; signum dici. Iam verò signorum duo sunt genera: alia enim formalia dicuntur, quæ quidem in ipsa facultate cognoscente per modum formæ insident, nec tamen ab ipsa facultate percipiuntur, vt sunt species intentionales, quæ in sensuum organis receptæ, licet ignotæ, accidentia rerum etiam distantium sensibus referunt; alia verò instrumentalia, quæ ab ipsis sensibus dissita, priùs se ingerunt in cognitionem sensuum quàm in alterius rei notitiam nos inducant. At quidem prioris generis sunt mentales termini, cùm sint expressæ in animo rerum similitudines: posterioris verò voces & scripta. Prius enim illæ audiuntur, & hæc visu percipiuntur quam res, quarum sunt signa, intelligantur.

Triplex terminorum materiæ.

Significare quid.

Signum quid & quotuplex.

Cæterùm cùm mentalis terminus, vt sit verus, idem debeat esse apud omnes, nunquam ex hominum instituto, sed à natura, rem, cuius est imago, eodem modo repræsentat: scripta autem nunquam nisi ex hominum instituto significant, cùm varia linguarum idiomata imitentur. At verò voces quædam à natura significant, vt gemitus, suspiria, risus; quædam verò ex hominum in-

stituto, vt sunt voces articulatæ quibus vtimur in formocinando: & hæ sunt quæ propriè termini vocales appellantur.

Quomodo distinguantur termini apud Dialecticos ratione rei significatæ.

QVAESTIO III.

QVoniam significatio vocabulorum seu terminorum varia est ac multiplex, pro varietate rerum significatarum, aut pro vario modo significandi rem eandem, hinc multiplex oritur terminorum diuisio ex vtraque parte.

Prima diuisio in terminū primæ & secundæ intentionis.

Et quidem ex parte rei significatæ, prima diuisio termini esse potest in terminum primæ intentionis & secundæ intentionis: illum appellant Dialectici qui rem significat secundùm ea quæ sibi à natura sua realiter conueniunt, cuiusmodi est omnis terminus quo aliquid verum & reale significatur, vt homo, animal, &c. hunc verò esse definiunt, quo aliquid significatur secundùm ea quæ ipsi ratione nostræ cognitionis competunt, & eiusmodi sunt hæc vocabula, subiectum, prædicatum, antecedens, consequens, & similia quæ frequenter vsurpantur à Dialecticis. Prioris autem generis termini dicuntur primæ intentionis, quia id significant, in quod potest intellectus primaria & directa cognitione ferri seu tendere; posterioris verò generis secundæ, quia id significant in quod non potest intellectus nisi secundaria & reflexa cognitione tendere.

Secunda diuisio in positiuum & negatiuum.

Secunda diuisio esse potest termini primæ intentionis in positiuum, & negatiuum: Ille est qui rem positiuam, & in rerum natura cohærentem significat, vt homo, lapis, &c. hic verò dicitur, qui negationem rei cuiuspiam significat, vt, non homo, non lapis, &c. vbi nota quod termini qui priuationem significant, reducuntur ad positiuos, vt sunt cæcitas, surditas, &c.

Tertia diuisio in vniuersalem & particularem.

Tertia diuisio esse potest termini positiui in vniuersalem & particularem; ille est qui rem vniuersalem significet, vt homo, animal, corpus: hic verò qui rem particularem significat, vt hic homo, Petrus, duodecim Apostoli.

Quarta diuisio particularis termini tripartita.

Quarta diuisio esse potest termini particularis in disiunctiuum,

iunctiuum, collectiuum, & singularem. Nam res particularis significata, aut est multiplex, aut vnica, si multiplex, aut disiunctiuè sumitur, aut collectiuè: vnde alius terminus particularis dicitur disiunctiuus, vt aliquis homo, aliquod corpus, & similes. Nam hic terminus, aliquis homo, significat multos particulares homines disiunctiuè sumptos: ita vt si dicas aliquem hominem esse iustum, sensus sit, hunc vel illum, vel istum esse iustum: Aliàs verò terminus particularis dicitur collectiuus, vt Decemviri, Triumviri, nam illa vocabula significant multos particulares homines, simul, & collectiuè sumptos: vt si dicas decemviros administrasse Romanam rempublicam, sensus sit, hunc & istum & illum simul cum aliis temp. Romanam gubernasse. Si verò res significata sit vnica, tunc terminus qui illam significat dicetur singularis, estque eiusmodi terminus singularis triplex; primus dicitur singularis ex significatione, qui impositus est ad rem aliquam singularem significandam, vt Petrus, Paulus, &c. Alter dicitur singularis ex demonstratione, qui ob adjunctam particulam demonstratiuam, rem singularem significat, vt, hic homo, iste lapis, &c. Tertius dicitur singularis ex suppositione, qui rem singularem ex præsupposita conditione significat: vt quia supponimus, quod verissimum est, Beatam Virginem vnicum Christum peperisse, cùm dicimus Mariæ filium, statim Christum concipimus.

Quinta diuisio est termini vniuersalis in vniuocum, æquiuocum, & analogum.

Quinta diuisio termini vniuersalis.

Sexta diuisio est eiusdem termini vniuersalis sub alia consideratione in categoricam, transcendentem, & supertranscendentem. Verùm de duabus posterioribus istis diuisionibus paulò fusiùs sequentibus quæstionibus agendum est.

Sexta diuisio eiusdem termini vniuersalis.

Quid & quotuplex sit terminus vniuocus, æquiuocus, & analogus.

QVAESTIO IV.

DVæ præcipuæ difficultates occurrunt circa hos terminos explicandæ, altera quid sint, seu quomodo definiantur; altera quod sint, seu quomodo diuidantur.

Digitized by Google

Prior difficultas. Quod igitur spectat ad priorem difficultatem. Vniuocus terminus est qui significat rem multis æqualiter & eodem modo conuenientem: vt homo, qui significat humanam naturam, quam omnes homines æquo iure participant: Æquiuocus verò dicitur, qui significat rem multis diuersò planè modo conuenientem, aut potiùs res planè diuersas significat: vt vocabulum istud, Taurus, quatenus non tantùm taurum animal, sed etiam Taurum montem, & Taurum sidus significat, quæ res sunt omnino diuersæ. Denique analogus definitur, qui rem multis inæqualiter (id est partim eodem, partim diuerso modo) conuenientem significat, cuiusmodi est hæc dictio, (sanum) quo sanitas significatur, quæ homini, potioni, vrinæ & cæteris quæ sana dicuntur, verè conuenit, sed non eodem planè modo: nam homini propriè vt subiecto in quo inest, potioni verò vt efficienti causæ, & vrinæ vt signo conuenit. Porro Aristoteles in Anteprædicamentis non tam hos terminos, quàm res quatenus his terminis exprimuntur considerans, paulò aliter tum synonyma, seu vniuoca, cùm homonyma, seu æquiuoca describit. Synonyma (inquit) dicuntur ea, quorum & nomen commune est, & secundùm nomen ratio substantiæ, seu definitio naturæ eadem. Quo loco nota ea tantùm ab Aristotele propriè appellari synonyma, quorum substantialis seu essentialis, & non accidentalis modo ratio est eadem, sic homo, & brutum, quatenus in nomine & ratione animalis conueniunt, Aristoteli dicuntur synonyma, quia ratio animalis est illis essentialis: At verò homo, gallus, cygnus, nix, &c. quatenus in voce & ratione candidi conueniunt, & generatim omnia quæ in vno aliquo accidente conueniunt à quo eandem sortiuntur appellationem accidentariam, non dicuntur ab Aristotele synonyma, neque etiam propriè homonyma, vel analoga, sed paronyma. Nota etiam hîc ab Aristotele tùm synonyma, cùm homonyma accipi non pro iis vniuersalibus quæ synonymâs vel homonymâs prædicantur (quomodo etiam propriè accipi possunt, & à nobis vsurpantur) sed pro illorum subiectis seu inferioribus, de quibus prædicantur: ita quoque in simili acceptione homonyma describit: Quorum nomen solum commune est, at secundum illud nomen ratio substantiæ diuersa, verbi gratia, Taurus animal, Taurus mons, & Taurus sydus

Quid sit terminus vniuocus.

Quid sit æquiuocus.

Quid sit Analogus.

Synonyma quid sint Aristoteli.

Homonyma quod sint Aristoteli.

sydus Aristoteli dicuntur homonyma, quia illis & tauri nomen commune est, sed ratio hoc nomine significata in illis multiplex ac diuersa. Quo loco etiam illud obseruandum est, homonyma illi accipi pro iis quæ non sunt synonyma, quomodo analoga dici quoque possunt homonyma, & verè iuxta Aristotelis mentem sub homonymis continentur, appellantúrque homonyma secundùm analogiam, quæ quidem propiùs accedunt ad rationem synonymorum, vtpote quorum nomen commune est, & ratio quidem ita diuersa, vt aliqua ratione, & secundùm analogiam eadem sit, sic homo sanus, potio sana, vrina sana, aliquo modo conueniunt in ratione sani, & aliquo modo differunt: conueniũt quidem in eo quod aliquem ordinem seu respectum habeant ad sanitatem; differuut verò quod vario modo ad illam ordinentur. Homo enim ad sanitatem dicit ordinem subiecti ad accidens; potio, causæ ad effectum; vrina signi ad significatum; similiter infima pars hominis, montis, & scamni analogicè, id est, partim eodem, partim diuerso modo conueniunt in ratione pedis. Ex his igitur intelligis quid sit terminus synonymus seu vniuocus; homonymus seu æquiuocus, & analogus; itémque quænam sint apud Aristot. synonyma, homonyma, & analoga. Illud autem non videtur hoc loco prætermittendum præter Homonyma, quorum nomen idem est, ratio verò diuersa: & Synonyma, quorum nomen & ratio sunt eadem, admitti quoque polyonyma; & heteronyma: & quidem polyonyma appellari, quorum nomina sunt diuersa, & ratio eadem, vt ensis, gladius, framea: Heteronyma verò quorum & nomen, & ratio diuersa sunt, vt homo, bos, &c. De paronymis autem alius erit dicendi locus.

Analoga seu homonyma secundùm analogiam.

Quid sint polyonyma & heteronyma.

Iam verò de horum terminorum diuisione, quæ erat posterior difficultas explicanda, paucis dicendum est. Et quidem quod spectat ad terminum vniuersalem vniuocum, vulgò diuiditur in quinque Vniuersalia Porphyriana, quæ sunt, genus, species, differentia, proprium, & accidens: De quibus quia peculiaris tractatus instituetur, nihil hoc loco dicemus.

Posterior difficultas. Vniuocus terminus quintuplex.

Æquiuocus terminus duplex est, alter à casu qui fortuitò diuersis rebus significandis est impositus, sic fortuirò contigit vt nomen Taurus, quod animal significat, monti quoque impositum fuerit: alter à consilio, qui ob

Æquiuocus duplex 1. à casu 2. à consilio.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

aliquam causam pluribus rebus significandis est impositus, vt cùm nomen hominis non tantùm vero homini, sed etiam picturæ, aut cuiuis imagini quæ refert hominem, tribuitur: vel cùm nomen canis non tantùm cuidam animali, sed etiam cœlesti cuidam signo ob aliquas causas, ab Astrologis impositum est.

Analogus duplex. 1. secundùm attributionem.

Analogus terminus duplex est, alter secundùm attributionem, alter secundùm proportionalitatem (vt loquuntur,) Ille dicitur, qui multa analogicè significat, quorum vnum est præcipuum significatum ad quod cætera referuntur, vt sanum, quod multa sana significat. sed præcipuè hominem ad quem cætera quæ dicuntur sana, referuntur; hic verò dicitur, qui multa analogicè significat secundùm aliquam proportionum rationem, verbi gratia: Pes, significat infimam partem hominis, montis, scamni, &c. quia sicut se habet infima pars hominis ad reliquum corpus fulciendum, sic infima pars montis ad reliquam ipsius molem, & infima pars scamni ad reliquum scamnum.

2. Secundùm proportionalitatem.

Cæterùm cùm analoga dicantur ea quæ per analogum terminum intelliguntur, vt homo sanus, potio sana, &c. quæ nomine sani intelliguntur, facilè intelligere est quæ sunt analoga secundùm attributionem, & quæ sunt analoga secundùm proportionalitatem: sunt enim ea, quæ per eiusmodi terminos intelliguntur.

Analogum analogans. Analogum analogatum.

Sed vt planiùs intelligas quid sit discriminis inter analogum terminum, & analoga, nota aliud esse analogum analogans, & aliud analogum analogatum apud Logicos; illud enim est vniuersale, & immediatum significatum termini analogi, hoc verò speciale, & remotius significatum. exempli gratia, id quod habet sanitatem, est id quod vniuersaliter, & immediatè significatur nomine sani: At homo sanus, est specialius, & remotius significatum eiusdem, sicut potio sana, &c. vnde illud dicitur

Terminus analogus.

analogum analogans: hæc verò analoga analogata. Terminus igitur analogus est quo exprimitur analogum analogans, vnde etiam terminus analogus, analogans dicitur; at verò per analoga in plurali, intelliguntur vt plurimùm, analoga analogata. Cæterùm inter analoga analogata secundùm attributionem, est semper vnum aliquod præcipuum significatum, quod cæterorum causa est in aliquo genere causæ, sic inter ea quæ dicuntur sana, homo

Digitized by Google

homo sanus, est præcipuum significatum: inter ea quæ dicuntur entia, substantia; & medicus inter ea quæ dicuntur medicatiua; vnde ab Aristotele appellantur ea, quæ ad vnum, vel ab vno dicuntur. *Præcipuū analogatum.*

Quis, & quotuplex sit terminus Categoricus, transcendens, & supertranscendens.

QVÆSTIO V.

CAtegoricus terminus generatim dici potest, qui alicuius categoriæ ambitu continetur: specialius autem accipitur pro supremo genere cuiusque categoriæ. Est autem categoria, series, siue coordinatio multarum rerum sub vno ac supremo genere. Cùm igitur decem sint categoriæ, proindéque decem suprema genera, ad quæ omnia entium realium genera reuocantur: Hinc in genere decem termini categorici constituuntur, nempe substantia, quantitas, relatio, qualitas, actio, passio, vbi, quando, situm esse, habere: de quibus quia specialis tractatus instituetur, nihil necesse est hoc loco dicere: speciatim verò tot sunt categorici termini quot sunt rerum genera, quæ sub illis supremis generibus continentur. *Terminus categoricus.* *Categoria quid.* *10. Termini categorici in genere.*

Terminus verò transcendens, sic dictus, quòd categoriarum cancellos transcendere videatur, longè vniuersalior est categorico, vtpotè qui de omni ente vero & reali dici potest. Sunt autem eiusmodi termini sex, qui hoc artis vocabulo REVBAV exprimuntur, nempe res, ens, vnum, bonum, aliquid, verum. *Terminus transcendens.*

Supertranscendens autem, qui transcendenti adhuc vniuersalior est, non tantùm de omni ente reali, sed etiam de ente fictitio, & imaginatiuo verè prædicatur, vt imaginabile, opinabile, cogitabile, & si qui sint alij eiusmodi termini. Sed hæc de terminis vniuersalibus, atque adeò de terminis ex parte rei significatæ satis. *Terminus supertranscendens.*

Quinam sint termini ex parte modi significandi.

QVÆSTIO VI.

TErminus penes modum significandi, duplex est, alter categorematicus, qui solus in oratione positus, *Terminus Categorematicus Syncategorematicus.*

aliquid significat, vt homo, equus, &c. Alter Syncategorematicus, qui per se solus nihil certi significat, alteri tamen adiunctus significationem modificat, cuiusmodi sunt hi tres termini, omnis, nullus, aliquis. Categorematicus duplex est, abstractus alter, alter concretus: Nam res eadem duobus hisce modis significari potest, quia modis totidem potest concipi. Si enim res aliqua consideretur per modū formæ simplicis à suo siue supposito, siue subiecto auulsæ, tum nomine abstracto significabitur, hoc modo spectata natura hominis, nomine humanitatis; qui terminus abstractus est, exprimitur; si verò res eadē cum suo supposito, vel subiecto consideretur, quatenus vnum cum eo compositum seu concretum constituit, tùm concreto vocabulo exprimetur, vt si eadem natura humana consideretur quatenus subsistit cum suo supposito tunc exprimetur nomine concreto hominis. Rursus terminus concretus duplex est alter absolutus, alter connotatiuus. Etenim forma quæ alteri adhæret, & cū ipso vnum quid concretum, seu compositum constituit, duobus modis concipi potest, nempe per modum subsistentis, vel per modum inhærentis: si priori modo concipiatur, nomine concreto absoluto significabitur, vt cùm hoc nomine homo natura humana significatur, vt subsistens, cum suo supposito. Si verò posteriori modo spectetur, nomine concreto connotatiuo exprimetur, vt si naturam humanam per modum inhærentis in subiecto velis exprimere, possis vti hoc nomine concreto connotatiuo, humanum. Quo loco aduerte duo esse genera terminorum connotatiuorum, alterum eorum qui rem alioqui verè subsistentem per modū inhærentis, seu accidentis significant, vt supradictus terminus, humanum, quo natura humana per modum inhærentis, seu accidentis, in concreto significatur; alterum eorum qui rem verè inhærentē per modum inhærētis & accidentis exprimunt; cuiusmodi sunt omnes termini quibus accidens in concreto significatur, vt candidum, calidum, frigidum. Appellantur autem cōnotatiui termini, quia ita formam significant, vt simul subiectum in quo inest, connotent, seu adsignificent, imò pro ipso subiecto supponunt, (vt loquuntur Dialectici) licet ipsam subiecti formam clariùs exprimant. Exempli causa, vocabulum istud, calidum, supponit, seu accipitur pro ipsa re calida, licet clarius, & distinctius expriman formam

Terminus Abstractus & Concretus.

Concretus Absolutus & Connotatiuus.

Duo genera terminorum connotatiuorum.

formam ipsam accidentariam rei calidæ, nempe calorem. Porrò hæc posterioris generis connotatiua sunt ea propriè, quæ ab Aristotele Græco nomine Paronyma appellantur, & ab ipso in libello categoriarum describuntur in hunc modum. Quæcunque ab alio differentia casu secundum idem nomen appellationem habent, possent clariùs hoc modo definiri: Quorum nomina ab eodem deriuata, casu seu terminatione differunt. Cæterùm iuxta has descriptiones omnia cuiusvis generis deriuatiua dici poterunt Paronyma, præsertim concreta, pleraque absoluta, & omnia connotatiua. Paronyma.

Non est autem hic prætereundum discrimen inter terminos abstractos, & concretos, præsertim connotatiuos: quod abstractè pro eo supponant quòd formaliter seu expressè significant, concreti verò ac præsertim connotatiui supponant pro eo quod expressè ac formaliter significant seu pro formali significato, sed pro materiali. Exempli gratia, terminus iste concretus absolutus (homo) supponit pro eo quod habet naturam humanam, ipsam verò humanam naturam expressè ac formaliter significat. Sed hoc clariùs patet in concreto connotatiuo, vt est (candidum) quod supponit pro eo quod habet candorem quod dicitur materiale significatum, ipsum verò candorem expressè ac formaliter significat, quod proinde dicitur ipsius formale significatum. Ex quo intelligis aliud esse suppositionem alicuius termini concreti, aliud verò expressam & formalem eius significationem: licet non sit negandum, terminum concretum significans etiam illud pro quo supponit: verùm non expressè & formaliter, sed connotativè & materialiter duntaxat: Sed hæc de terminis Dialecticæ satis.

SECVNDVS TRACTATVS HVIVS partis.

De quinque Vniuersalibus.

PRÆFATIO.

Quinque vniuersalium tractatio ad Metaphysicum pertinet.

ETsi ad Metaphysicum spectet tum de Vniuersalibus, tum de categoriis, seu decem summis generibus, sicut & de cæteris causis ac principiis rerum generalissimis ex instituto disserere: quia tamen tum quinque vniuersalium, tum decem categoriarum notitia in omni Philosophiæ parte necessaria est, ac præsertim in Dialectica, sicut in generali præfatione huius primæ partis sub finem adnotauimus, ideoque Philosophiæ candidatis in ipso Dialecticæ limine prælegi soleat, tum institutio Porphyriana de quinque vocibus seu vniuersalibus, tum libellus Aristotelis de decem categoriis, idcirco de iis duo sequentes tractatus instituentur. Cæterùm si cui libeat hos duos tractatus hic præteruolare, poterit quartum, qui de definitione est, statim aggredi, & istos ad eam Metaphysicæ partem remittere: in qua de diuisione entis, & partibus eius subiectiuis differitur. Erunt autem de vniuersalibus duæ generales disputationes, prior quidem de vniuersalibus generatim. Posterior de iisdem speciatim, nempe de genere, specie, differentia, proprio, & accidente.

PRIOR HVIVS TRACTATVS DISPVTATIO,

De vniuersalibus generatim.

Quid sint vniuersalia.

QVAESTIO I.

MVlta hîc de vniuersalibus quæri solent, verbi causa, an sint formæ quædam separatæ, siue ideæ quædam Platoni-

Platonicæ, an verò tantùm voces & conceptus, an denique naturæ reales ab indiuiduis haudquaquam realiter separatæ: Quæ omnia sequentibus conclusionibus explicabuntur, si prius constet quo de genere vniuersalium sermo sit, ne vocis ambiguitate laboretur. Est autem in genere aliud vniuersale complexum, aliud incomplexum. Complexum nihil aliud est quàm vniuersalis propositio, Incomplexum verò vnico simplici termino exprimitur: cuius quatuor sunt genera, nempe vniuersale in causando, quod multarum rerum causa esse potest, vt Deus, Cœlum, Sol, artifex quilibet; vniuersale in repræsentando, quod multa repræsentat, vt est similitudo hominis in mente pictoris expressa: vniuersale in significando quod plura potest significare, vt sunt termini homonymi & ambigui; denique vniuersale in prædicando, quod de multis dici potest, cuiusmodi propriè est vniuersale incomplexum & vniuocum, & quidem de hoc vniuersali in hoc toto tractatu agetur.

Vniuersale aliud complexum, aliud incomplexum.

Vniuersale incomplexum.

Sit igitur prima conclusio, Vniuersalia non sunt ideæ Platonicæ, seu formæ quædam reales à rebus particularibus separatæ, quas Plato somniauit: nullæ enim sunt eiusmodi formæ separatæ, cùm nihil in rerum natura existat, quod non sit particulare: Adde quod vniuersalia pleraque prædicantur essentialiter de suis inferioribus, proindéque ad illorum essentiam pertinent: at verò quod ad alicuius rei essentiam pertinet, non potest concipi ab ea separatum, cuiusmodi suas ideas imaginantur Platonici.

1. *Conclusio.*

Probatur 1. 2.

Cæterum duabus præsertim rationibus vt eas ideas admitteret, adductum fuisse Platonem scribit Aristoteles 7. Metaph. cap. 6. & 1. Ethi. cap 6. Altera vt rerum scientiam astrueret, quæ cum de rebus singulis prætereuntibus & caducis haberi non possit, ideo formas illas à rebus particularibus auulsas incorruptibiles, & sempiternas, de quibus haberetur scientia, necessariò admittendas esse arbitrabatur: Altera, vt quorundam animalium generationem explicaret: cùm enim animaduertisset ranas muscas, muscas, & alia imperfecta animalia ex putri materia, non ab alio simili animali procreari; ideò necessario esse aiebat quoddam animal cuiusque speciei à singulis abstractum, quod vi sua eiusmodi animalia, vbi causæ particulares deessent, ex putri materia procrearet.

Idearum admittendarum ratio duplex. Prima.

Digitized by Google

Refutatur prior. Verùm, neutra ratio conuincit. Non quidem prior, quia satis est ad rerum scientias comparandas, si res illæ, de quibus instituuntur scientiæ, ratione & cogitatione duntaxat, non autem reipsa à singulis abstrahantur. Nec etiam posterior cùm ad eiusmodi animalium procreationem satis sit materiæ dispositio, certa quædam elementarium qualitatum temperies, Cœli, Solis, Lunæ, & cæterorum syderum influxus.

Refellitur posterior.

2. Conclusio. Secunda conclusio. Vniuersalia non sunt tantùm conceptus animi, voces aut externæ rerum denominationes,

Probatur: vt sibi persuadent Nominales, quorum princeps est Ochamus; tum quia multa verè dicuntur de vniuersalibus, quæ non possunt in ipsos meros conceptus animi, vel voces, seu denominationes externas cadere, vt quod vniuersalia dicuntur ab Aristotele perpetua, & vbique singularibus notiora, & à sensibus remotissima; tum quia

1. 2. scientiæ de rebus, & non de vocibus, aut conceptibus instituuntur: atqui non habetur scientia de particularibus, sed de vniuersalibus, vt sæpe docet Aristoteles. Quare vniuersalia sunt res, & non voces.

3. Conclusio. Tertia conclusio. Vniuersalia sunt naturæ quædam reales, seu vera entia multis communia, à quibus non reipsa, sed ratione duntaxat distinguuntur. Prior pars conclusionis, nempe esse entia realia multis communia, est aduersus Nominales: & satis probata videtur ex refutatione illius opinionis. Posterior nempe ratione duntaxat à rebus singulis distingui, est aduersus Platonicos, & ex illorum sententiæ refutatione satis superque videtur confirmata. Vtraque verò pars hoc præsertim fundamento nititur. Quod nulla sit rerum creatarum, quæ sit essentialiter hæc, vel ista (hoc enim soli Deo competit) namque conditiones indiuiduantes sunt extra rerum essentias. Quò fit vt naturas rerum secundum se absque conditionibus indiuiduantibus considerare possis, & tunc erunt vniuersales: iam verò quia existentia vltimus rerum actus est, hinc fit vt nihil nisi cum suis indiuiduantibus conditionibus, quæ sunt actus quidam rerum possit existere in rerum natura: Ex quo sequitur vt vniuersalia non existant separata à suis inferioribus, sicque ab eis reipsa minimè separentur. Itaque licèt res non nisi particulares existant, vniuersales tamen cognoscuntur. Cæterùm licet concedat quis vniuersalia esse,

Fundamentum huius conclusionis.

Existentia vltimus rerum actus.

esse res veras & non fictitias: tamen quia de ipsa vniuersalitate, à qua res ipsa verè denominatur vniuersalis: meritò posset addubitare, an sit aliquid verum & reale: an verò aliquid quod rebus ipsis effingatur ab intellectu nostro, idcirco sequentem quæstionem subjicimus apud Dialecticos celeberrimam.

An res sint verè vniuersales ante omnem operationem intellectus.

QVAESTIO II.

Veterum Aristotelis interpretum sententia.

COmmunis videtur fuisse veterum Aristotelis interpretum, quos Diuus Thomas, & post ipsum permulti secuti sunt, sententia, res non nisi intellectus nostri opera esse vniuersales, nec rem vllam esse aut dici posse vniuersalem, nisi cum illam à suis conditionibus indiuiduantibus per operationem intellectus abstraxerimus.

Probabilior sententia.

Verùm ipsi vniuersalium rationem non tam ex ipsa rerum natura, quàm ex nostro cognoscendi modo Dialecticorum more metiebantur, quia nempe non aliter cognosci possunt vniuersalia, nisi per operationem intellectus à suis inferioribus abstrahantur: At verò qui rem accuratiùs, & iuxta Meraphysicæ principia perpenderunt, rerum naturas & essentias verè & propriè esse vniuersales citra omnem operationem intellectus asseuerãt. Sed vt hæc sententia clariùs explicetur, simúlque omnium difficultatum nodi soluantur, nonnulla diligenter prænotanda sunt. Primò notandum est in Vniuersali tria considerari posse, nempe rem ipsam, seu naturam, quæ dicitur vniuersalis, deinde ipsam vniuersalitatem, denique habitudinem seu relationem rei vniuersalis ad sua inferiora quæ ex ipsa vniuersalitate oritur.

Notandum 1. tria in vniuersali considerari.

Seçundò, duas conditiones præcipuas desiderari, vt aliquid dicatur vniuersale, nempe vt sit quid vnum, & præterea vt sit aptum esse in multis: Vnde in vniuersalitate duo ista considerari solent, nempe vnitas præcisionis, & aptitudo essendi in multis.

Notandum 2. Duæ conditiones vt aliquid sit vniuersale.

Tertiò circa vnitatem præcisionis notandum est vnitatem in genere triplicem assignari, numeralem, formalem, & præcisionis. Et quidẽ numeralem seu numericam solis indiuiduis, formalem naturis seu essentiis rerum, quatenus essentiæ sunt siue vniuersales siue particulares

Notandum 3. Vnitas triplex.

sint. Denique vnitatem præcisionis rebus vniuersalibus, quatenus vniuersales sunt,& à suis inferioribus præcisæ, seu quatenus naturæ ordine præcedunt contractionem sui ad particularia, competere. Exempli causa, animal, antequam intelligatur contrahi per rationale & irrationale ad esse speciale belluæ & hominis, vnum quid esse concipitur, indiuisum in se,aptum tamen vt diuidatur in plura. Idem de homine antequam concipiatur contrahi per differentias indiuiduantes ad particularia dicendum est. Ex quo intelligis vnitatem illam præcisionis nihil aliud esse quàm priuationem seu carentiam diuisionis in plura, idque in ea natura quæ aptitudinem habeat vt in plura diuidatur.

Vnitas præcisionis quid sit.

Notandum 4.

Quartò circa aptitudinem essendi in multis,notandum est modum actualem,seu actum essendi rei vniuersalis in suis inferioribus non esse eum quo forma est in materia, aut natura in supposito, vel existentia in essentia particulari, sed eum quo totum esse dicitur in suis partibus, idque per modum identitatis:Ideò enim vniuersale dicitur inesse in suis inferioribus, seu particularibus naturis, quia est idem reipsa cum ipsis. Et quidem vniuersale esse totum respectu inferiorum scribit Aristot. 1. Phys.cap.1. esse verò idem realiter cum suis inferioribus docet idem 1.Post.c.20. & 2.Post.c.17. Quare vniuersale dicitur totum potentiale, inferiora verò dicuntur partes subiectiuæ, quia nempe vniuersali subijciuntur.

Quomodò vniuersale sit in multis.

Notandum 5.

Quintò notandum est aptitudinem ad eiusmodi actum essendi in pluribus, vel esse negationem quandam repugnantiæ quæ conuenit naturæ vniuersali,quatenus ei non repugnat esse in pluribus, vel esse modum quendam potentialem intrinsecum rebus quæ dicuntur vniuersales. Vbi aduerte,licet in vniuersalitate ista duo maximè considerari possint, nempe aptitudo ista essendi in pluribus, & prædicta vnitas præcisionis, rationem vniuersalitatis positam esse in illa aptitudine quam naturali consequutione comitatur vnitas præcisionis,his præmissis,

1. Conclusio. Probatur.

Sit prima conclusio. Natura & essentię rerum verè sunt vniuersales citra mentis operationem. Quia quod rei per se necessariò & natura priùs quàm aliud quidpiam reale conuenit, illud non competit rei per operationem intellectus, sed esse vnum aptum inesse in multis,quod est esse vniuersale, per se & necessariò conuenit rebus spectatis

Digitized by Google

tis in eo ſtatu præciſionis, quo nondum per differentias indiuiduales contractæ ſunt; imò natura ptiùs illis hoc conuenit quàm differentię indiuiduales quæ ſunt reales. Non igitur per operationem intellectus. Confirmatur, quia intellectus non facit vt verum ſit, naturam humanam, aut aliam quamuis naturam creatam poſſe in multis ineſſe, ſed potiùs id verè concipit, quia ita res ſe habet à parte rei: in hoc enim res omnes creatæ à natura diuina nemine cogitante differunt, quod natura diuina non ſit communicabilis pluribus inferioribus, ſeu non ſit apta ineſſe in pluribus indiuiduis, quæ plures naturas diuinas contineant: At verò natura omnis creata ſit ex ſe eo modo apta eſſe in pluribus, vt in illis multiplicetur. Exempli cauſa. Natura humana nemine cogitante apta eſt eſſe in multis particularibus indiuiduis, ita vt in illis verè ſit multiplex, quod naturæ diuinæ non competit: licèt enim ſit in tribus perſonis, non tamen eſt in illis ſicut in indiuiduis aut in inferioribus, ſed ſicut in ſuppoſitis: Deinde non eſt in illis multiplex, ſicut natura humana eſt multiplex in Petro, Ioanne, Iacobo: ſed vna & eadem numero. Quare à natura rei & non per operationem intellectus naturis rerum creatarum conuenit vt ſint vniuerſales, non autem naturæ diuinæ.

Confirmatur.

Nota.

Natura diuina non eſt vniuerſale quid.

Secunda concluſio. Res vniuerſales quatenus vniuerſales, nunquam verè & realiter exiſtunt, ſed tantùm obiectiuè & per operationem intellectus, licet eædem res quatenus particulares verè exiſtant. Ratio huius rei eſt, quia cùm exiſtentia realis ſit vltimus naturæ cuiuſuis actus, ſupponit naturam ſuis omnibus indiuiduantibus conditionibus affectam, ac proinde particularem, ſicque repugnat rem vniuerſalem quatenus vniuerſalem realiter exiſtere. Non igitur veram habent res vniuerſales, exiſtentiam, ſed tantùm obiectiuam in intellectu, quatenus objiciuntur intellectui cognoſcenti: ſic enim habent aliquod eſſe valdè imperfectum, nempe eſſe cognitum ab intellectu. Sicut paries viſus, habet eſſe viſum à viſu. Neque propterea exiſtimet aliquis res vniuerſales non eſſe reales. Vt enim aliquid dicatur reale, non eſt neceſſe vt ſub quauis ratione formali poſſit exiſtere, ſed ſatis eſt quod abſolutè poſſit realiter exiſtere. Licet igitur res vniuerſalis nõ poſſit cũ formali ratione vniuerſalitatis exiſtere, poteſt tamẽ res eadẽ abſolutè realiter exiſtere

2. Concluſio.

Ratio.

Obiectioni occurritur.

Digitized by Google

Et hoc satis est vt in concreto vniuersale dicatur esse quid reale. Dices, saltem modum illum potentialem naturæ præcisæ, seu in vniuersaliratem, quæ est aptitudo essendi in multis, non videri realem, cùm repugnet ipsum quouis modo realiter existere. Respondetur, ea apud Metaphysicos nonnunquam etiam realia appellari, quæ licet nunquam possint realiter existere, rebus tamen verè competunt, nemine cogitante, vt cœcitas quæ cœco: idémque relatio Creatoris, quæ Deo competit nemine cogitante. Eiusmodi est vniuersalitas, quæ licet non sit verè positiuus ac realis modus, rebus tamen reuera & nemine cogitante conuenit.

Solutio.

3. Conclusio. Tertia conclusio. Ex aptitudine quam habet natura vt sit in multis, nascitur habitudo quædam siue relatio totius vniuersalis ad partes subiectas: cuius relationis fundamentum remotum, est aptitudo essendi in multis; proximum verò identitas totius vniuersalis cum suis partibus subiectiuis. Et quidem hæc relatio siue habitudo (etsi fortè non sit realis, naturæ vniuersali conuenit nemine cogitante.) Vix enim intelligas aliquid esse aptum vt sit in multis, & illud ad ea non referri, in quibus inesse potest. Cæterùm non est negandum aliam relationem rei vniuersali aduenire ex operatione intellectus comparantis rem illam vniuersalem cum suis inferioribus: & de hac vt plurimum loquuntur Thomistæ, & alij, qui vniuersalia dicunt esse entia rationis, ij enim omnes in hac ipsa relatione rationis vniuersalitatem positam esse volunt.

Nota.

4. Conclusio. Quarta conclusio. Vt vniuersalia cognosci possint, necesse est vt per operationem intellectus abstrahantur à suis inferioribus. Quod vt intelligas, nota abstractionem, quæ nihil aliud est quàm vnius ab altero separatio, triplicem esse, nempe realem; negationis, præcisionis. Abstractio realis est, qua aliquid ab alio realiter separatur, vt cùm membrum à corpore resecatur. Abstractio negationis, cùm vnum de altero negatur in propositione, vt si dicas, Coruus non est albus. Abstractio præcisionis tum fit cùm è duobus conjunctis vnum, altero relicto, apprehendimus, vt si prætermisso hominis corpore, de solo eius animo cogites. Cùm igitur vniuersalia per operationem intellectus abstrahuntur à particularibus, hoc non fit per abstractionem realem, cùm Vniuersalia

Abstractio triplex.

Digitized by Google

uersalia non distinguantur realiter à particularibus: Neque per abstractionem negationis, cùm vniuersalia de suis inferioribus affirmari soleant, sed per abstractionem præcisionis, cum videlicet relictis particularibus differentiis id solum quod commune est animo concipitur.

Quomodo definiatur vniuersa

QVAESTIO III.

DVæ habentur apud Aristotelem insignes vniuersalis definitiones; Altera lib. de Interpretatione c. 5. vbi vniuersale describitur: Quod natum est aptum de pluribus prædicari: Altera 7. Metaph. capite 13. text. 45. quo loco definitur vniuersale: Quod natum aptum est pluribus inesse quæ quidem definitio accuratior est præcedenti; vtpote quæ vniuersalis naturam per veram illius differentiam declaret, cùm præcedens per solam ipsius proprietatem illam explicet: Nam posse de multis dici seu prædicari, vniuersalis proprium est, at verò posse multis inesse, eidem essentiale est, & ex eo quod vniuersale pluribus inesse potest, sequitur quod de iisdem possit prædicari. Cæterùm ex hac definitione aduerte de ratione vniuersalis non esse quod actu pluribus insit, sed quod possit pluribus inesse: sic, licet exordio mundi vnicus esset homo, non desineret propterea natura humana esse vniuersalis, quia pluribus inesse poterat. Quæres forsan, cùm in vniuersali duo considerentur, vnum veluti materiale significatum, nempe natura seu res quæ dicitur vniuersalis; alterum formale, nempe vniuersalitas ipsa, quæ in prædictis definitionibus explicetur: Respondeo, neque rem ipsam, neque vniuersalitatem, sed rem vniuersalitate affectam, seu rem vniuersalem, quatenus vniuersalem definiri. Continetur autem in ea definitione natura tanquam id quod aptum est inesse multis: vniuersalitas verò tanquam id quo natura formaliter sit apta vt insit multis.

Duæ vniuersalis definitiones.

Nota.

Dubitatio.

Responsio.

Cæterùm quoniam proprietates ex essentia rerum profluunt, non fuerit alienum tradita definitione vniuersalis nonnullas eius proprietates explicare; quarum prima est de multis posse prædicari, sic enim animal de homine & bellua, homo verò de Petro & Ioanne, &c. prædi-

Proprietates vniuersalis.

Prima.

Digitized by Google

Secunda. catur. Secunda, vt sit ita in multis vt tamen sit vnum extra multa, non quidem reipsa, sed ratione duntaxat ab
Tertia. illis separatum. Tertia, vt vniuersale partim sit prius singularibus partim verò quid posterius: prius quidem quoad essentiam & naturam vniuersalem, quæ naturæ ordine præcedit particulares differentias: Posterius verò quoad existentiam. Cùm enim non existat vniuersale nisi obiectiuè in intellectu ipsum cognoscente, particularia autem prius existant quàm cognoscatur vniuersale, necesse est vt vniuersalia quoad suam existentiam obiectiuam
Quarta. sint posteriora particularibus. Quarta, esse semper & vbique: non quidem positiuè quasi res vniuersalis omni tempore, & in omni loco existat, quod soli Deo competit: sed negatiuè, quia nulla temporis differentia, & nullo certo loci spatio definitur ac determinatur ad modum
Quinta. rerum singularium. Quinta, expers esse ortus & interitus, neque enim res in vniuersum, sed in particulari nas-
Sexta. cuntur & pereunt. Sexta, vniuersalium & non particularium esse scientiam, quia scientia est de necessariis & immutabilibus: At res particulares sunt contingentes, & subinde mutantur.

Quotuplex sit vniuersale.

QVAESTIO IV.

Sensus quæstionis aperitur. CElebris est apud Peripateticos ab Aristotele & Porphyrio tradita vniuersalium quintipartita diuisio in Genus nempe, speciem, differentiam, proprium, & accidens. De qua diuisione quæritur an sit adæquata, ita vt nec plura nec pauciora sint quam illa supradicta quinque vniuersalia. Licet enim constet vniuersale primò & immediatè in pauciora membra diuidi posse, vt cum vniuersale primò diuiditur in id quod essentialiter, & id quod accidentariè prædicatur, & etiam nonnulla ex supradictis quinque in alia posse subdiuidi, dubitari tamen potest an ita adæquatè diuidatur vniuersale in illa quinque, vt ad illa omne genus vniuersalium per se reuocari possit, nullúmque sit ex iis quod non sit verè vniuersale.

Nota. Primus modus colligendi 5. vniuersalia. Vt igitur constet legitimam esse supradictam diuisionem; notandum est vniuersale in illas quinque species diuidi maximè, quatenus est quid prædicabile seu aptum de multis prædicari; vnde colliguntur illa quinque vniuersalia

uersalia ex vario seu multiplici modo quo vniuersale de suis inferioribus dici potest. Possunt igitur primò quinque vniuersalia in hunc modum colligi. Quidquid prædicatur de alio, vel essentialiter, vel accidentariò prædicatur: Si essentialiter, vel tanquam id quod totam essentiam continet, éstque species; vel tanquam id quod partem essentiæ continet, & quidem vel partem respondentem, materiæ, éstque Genus; vel partem respondentem formæ, éstque differentia. Iam verò quod accidentariò seu non essentialiter prædicatur; aut per se & necessariò prædicatur, éstque proprium: vel contingenter, éstque accidens.

Primus modus colligendi 5. vniuersalia.

Secundò colligi possunt hoc modo. Quidquid prædicatur de alio, vel in quid, vel in quale, vel in quale quid prædicatur: si in quid, erit genus vel species: si in quale, erit proprium; vel accidens: si in quale quid, erit differentia. Quæres hîc, an vniuersale sit genus synonymum ad supradicta quinque vniuersalia. Respondeo, videri analogum potius quàm synonymum, eo quòd ratio vniuersalis magis propriè generi & speciei competit, quàm reliquis quæ in tantum videntur vniuersalia, in quantum generis aut speciei rationem aliquam participant, verbi gratia: Differentia ideò est quid vniuersale, vel quia de multis differentiis dici potest, quo modo habet rationem generis, vel speciei, vel quia essentialiter conuenit generi, vel speciei quæ de multis prædicantur: vt quia sensitiuum conuenit per se animali, & rationale homini quæ de multis prædicantur. Hinc fit vt eædem differentiæ de iisdem quoque multis prædicari possint. Idem dici potest de proprio quod vniuersale est, vel quatenus de inferioribus propriis dici potest, vt risibile de hoc & alio risibili quo modo habet rationem generis vel speciei, vel quatenus generi aut speciei per se competit, quò fit vt de iisdem dicatur de quibus dicitur genus aut species. Similiter cum de inferioribus connotatiuis prædicatur accidens, per modum generis aut speciei de illis prædicatur, verbi gratia, cùm coloratum prædicatur de candido aut nigro per modum generis prædicatur; cùm verò candidum de hoc & illo, & tunc per modum speciei prædicatur. Et quibus intelligis duo esse maximè propriè dicta vniuersalia, quæ vniuoca & essentiali prædicatione dicuntur de suis inferioribus, nempe genus, & speciem; Tria

Secundus modus colligendi 5. vniuersalia. Dubitatio. Responsio.

Differentia prædicatur de multis dependenter à genere & specie.

Proprium rationem generis & speciei imitatur.

Accidens aliquam habet rationem generis aut speciei.

verò minùs præcipua, nempe differentiam, proprium & accidens: de quibus deinceps speciatim dicendum est.

POSTERIOR HVIVS TRACTATVS DISPVTATIO.

De quinque vniuersalibus speciatim.

QVoniam quinque sunt vniuersalia, vt ex præcedenti quæstione constat, singulæ de singulis sectiones instituentur: quarum prima erit de genere, secunda de specie, tertia de differentia, quarta de proprio, quinta de accidente.

PRIMA SECTIO, DE GENERE.

Quid sit genus, an rectè definiri soleat?

QVAESTIO I.

Genus dupliciter cõsideratur.

GEnus duobus modis considerari potest, vel quatenus est pars componens totius speciei, quomodo dicitur pars definitionis respondens materiæ, vel quatenus est totum quoddam potentiale seu vniuersale respectu specierum quas continet. Exempli causa, Animal considerari potest quatenus est pars hominis, homo enim ex animali & rationali constat tanquam ex genere & differentia: deinde spectari potest quatenus est totum vniuersale, quod sub se hominem & belluam continet. Et quidem de genere sub hac posteriori consideratione agimus.

Genus duplex.

Est autem Genus aliud supremum, quod nullum aliud vniuocum supra se agnoscit, vt est substantia, quantitas, &c. Aliud verò subalternum quod sub alio genere continetur, cujus respectu dicitur species: exempli gratia; Animal, quod respectu hominis & belluæ genus est; comparatione viuentis, quod plantam & animal continet, dicitur species. De vtroque igitur hic indiscriminatim agitur.

Generis definitio.

Definitur igitur genus à Porphyrio libro de quinque vocibus seu vniuersalibus capit. de genere, Quod prædicatur de multis specie differentibus in quid, in eo quod de multis prædicatur, differt à re quauis particulari: in

co

eo verò quod de multis ſpecie differentibus, differt à ſpecie & proprio ſpecifico, quæ nonniſi de multis numero differentibus prædicantur: quod denique prædicetur in quid, diſtinguitur à differentia & accidente, & à quouis proprio etiam generico, quæ prædicantur in quale, & quidem hæc deſcriptio Dialectica eſt. Poſſet verò Metaphyſicè ſic definiri: Quod aptum eſt ineſſe multis ſpecie differentibus eſſentialiter, & non per aliud. Per id quod dicitur aptum ineſſe multis ſpecie differentibus, differt à ſpecie: in eo quod ineſt eſſentialiter, differt à proprio & accidente, quæ non pertinent ad eſſentiam rei: denique in eo quod dicitur ineſſe multis, non per aliud, diſcernitur à differentia generica, quæ licet apta ſit ineſſe multis ſpecie differentibus eſſentialiter, non tamen per ſe & immediatè, ſed per aliud, nempe mediante genere cuius dicitur eſſe differentia: per hanc etiam particulam excluduntur propria generica. Verùm objiciet aliquis, vtramque definitionem accidenti competere, color enim quod eſt accidens, prædicatur de candore & nigredine tanquam de multis ſpecie differentibus in quid eſſentialiter, & non per aliud. Verùm reſpondeo accidens ſumptum pro eo quod non eſt ſubſtantia, non eſſe ſemper quintum prædicabile diſtinctum à genere & ſpecie. Si enim conſideretur in abſtracto, ſeu quaſi extra ſubjectum, tunc prædicatur eſſentialiter tanquam genus vel ſpecies de ſuis inferioribus. Sic in exemplo allato color de candore & nigredine, vt genus de ſpeciebus, & candor de hoc & illo candore, vt ſpecies de indiuiduis eſſentialiter prædicatur. Si verò conſideretur in concreto, quatenus inuoluit in ſuo ſignificatu ſubjectum & nomine connotatiuo exprimitur, tunc de ſubjecto illo per modum quinti prædicabilis accidentariò & non eſſentialiter prædicatur: Sic color prout nomine connotatiuo, nempe (coloratum) exprimitur de panno, prato, pariete, & aliis rebus coloratis accidentariò prædicatur. Et quidem accidenti hoc poſteriori modo accepto ſupra allata definitio non conuenit.

Alia definitio generum.

Obiectio.

Solutio.

Accidens in abſtracto eſt genus vel ſpecies.

Accidens in concreto eſt quintum prædicabile.

Quonam modo se habent genus ad species & indiuidua.

QVAESTIO II.

Quæstio proponitur.

DVbitari posset an genus quatenus genus de indiuiduis æquè ac de speciebus prædicetur, cum primò, & per se ad solas species referri videatur: Exempli causa, Animal primò per se de homine, & bellua dicitur: & mediante homine de Petro, Paulo, &c. quare dubitari

Soluitur. Probatur.

potest, an animal tanquam genus de illis indiuiduis prædicetur. & an eadem relatione qua genus refertur ad species, ad indiuidua quoque referatur. Respondeo, ita esse, nempe genus, vt genus, prædicari etiam de indiuiduis,

Primo. Secundo.

tum quia indiuidua diuersarum specierum specie differunt, tum quia licet vnius speciei duntaxat indiuidua existerent; attamen semper aptum esset prædicari de in-

Tertio.

diuiduis alterius speciei. Denique licet mediante specie: per se tamen, & essentialiter de eiusmodi indiuiduis prædicatur, non tamen vt species, cùm non totam rei naturam, sed partem duntaxat differentiæ oppositam contineat. Quare necesse est genera de indiuiduis, quatenus

Corolariũ.

genera, etiam prædicari.

Vnica generis ad speciem ac eius indiuidua relatio.

Quare non immeritò asserimus genus vnica relatione speciem simul ac indiuidua respicere, ita tamen vt primò & immediatè ad species, secundariò verò & mediatè ad indiuidua. Exempli gratia, Animal ita refertur ad hominem & belluam, vt simul ad hominis & belluæ indiuidua per se referatur, & quidem primò ad hominem & bel-

Plures esse possunt eiusdem relationis termini.

luam; secundariò verò ad vtriusque indiuidua: Nec absurdum est vnicam relationem duos terminos sortiri, modò sint subalterni, ita vt relatum, vno mediante ad alterum referatur.

An genus in vnica specie, & species in vnico indiuiduo conseruari possit.

Soluitur quæstio proposita adhibita distinctione, vniuersale contractum nõ est amplius vniuersale.

QVAESTIO III.

SI genus & species formaliter, id est ratione propriæ vniuersalitatis spectentur, neque species in indiuiduo, neque genus in vnica specie conseruari possunt: ratio est, quoniam vbi natura ad sua inferiora contrahitur, vniuersalitatem suam amittit, cùm illa non competat naturæ,

naturæ, nisi in statu præcisionis, vti supra docuimus. Si verò accipiatur materialiter, id est pro natura ipsa generica vel specifica; & species in vnico indiuiduo, & genus in vnica specie conseruari potest. Sicut enim natura speciei infimæ includitur in quolibet indiuiduo ejus speciei, ita quoque natura generis includitur in qualibet specie ejusdem generis: Exempli gratia, Quemadmodum natura hominis in quolibet particulari homine integra reperitur, ita natura animalis in homine secundùm omnem sui perfectionem essentialem reperitur.

quomodo genus dicatur continere subiectas species, itémque differentias inferiores.

QVAESTIO IV.

CONstat quidem genus continere sub se tum species cum differentias sibi subjectas, saltem potestate: hoc enim videtur pertinere ad rationem totius potentialis seu vniuersalis, alioqui non potest intelligi quomodo natum aptum sit de illis prædicari. Vtrùm verò easdem in se, hoc est, in suo conceptu formali contineat, ita vt non possit concipi genus seu natura generica in concreto, quin simul species ac differentiæ inferiores aliquo modo concipiantur, dubitari potest. *Sensus propositi quæritur.*

Cui dubitationi satisfiet si priùs notaueris naturam genericam duobus modis spectari posse, primò quatenus significat præcisum aliquem naturæ gradum, ab alio quouis inferiori gradu, quomodo potest nomine abstracto exprimi. Secundò, quatenus ita generalem naturæ gradum significat, vt specialem non excludat: sed potiùs connotet, quomodo nomine concreto solet exprimi, verbi gratia, Animal potest accipi quatenus rationem solam animalis præcisam significat, quomodo propriè exprimitur nomine abstracto animalitatis: vel etiam potest accipi quatenus rationem animalis non omninò præcisam, sed cum alio cohærentem significat, quomodo nomine concreto animalis propriè exprimitur. Inter quas acceptiones hoc est discrimen, quod natura priori modo sumpta, & abstracto nomine expressa, de nullo inferiori possit prædicari, at verò in posteriori acceptione possit. *Notandum. Duplex natura generica consideratio.*

Respondeo igitur, naturam genericam priori modo *Solvitur quæstio.*

sumptam nullo modo continere in se subjectas sibi species aut differentias, quia nempe omnem alium conceptum excludit, quod proprium est earum rerum quæ nominibus abstractis exprimuntur, posteriori verò modo acceptam easdem continere in se non tantum potestate, quomodò materia prima dicitur potestate continere formas, vt aër noctu dicitur potestate lucidus, sed actu non quidem distincto, quomodo species differentiam continet, sed confuso. Cùm enim animal concipis, non solùm animalitatem, sed etiam id quod habet animalitatem, concipis. Id autem quod habet animalitatem, est tum homo cùm belluæ quæ sunt species, deinde etiam rationale, & irrationale, quæ sunt differentiæ inferiores. Ratio autem cur genus hoc modo spectatum actu confuso inferiora contineat, est, quia omne totum, quatenus totum, partes suas modo aliquo continet: Est autem genus totum quodam vniuersale, quare necesse est, vt modo aliquo partes suas contineat: atqui non sola potestate illas continet, neque tamen actu distincto, quare actu confuso illas contineat necesse est. Quo loco diligenter nota genus, differentiam, speciem, ac definitionem, integram naturæ alicujus rationem significare, licet vario modo: genus quidem ita totam speciei naturam complectitur, vt partem naturæ potentialem expressè, actualem verò nempe differentiam confusè, & indistinctè significet; differentia contra partem speciei actualem distinctè, potentialem verò, quæ est genus, subobscurè significet; species verò totam naturam per se significet, nec magis partem vnam quam alteram; sed vtramque indistinctè significat. Denique definitio eandem totam naturam adhibita partim distinctione clarè ac dilucidè manifestat.

Genus continet subiectas species ac differentias actu confuso.

Ratio prædicta conclusionis.

Nota.

Cæterùm licèt genus differentias inferiores non secus ac species sibi subjectas actu confuso contineat, sitque idem realiter cum illis, nõ tamen eodem modo de illis ac de speciebus prædicatur. Cùm enim genus de speciebus non identica modò, sed formali prædicatione per se enũcietur quia genus nõ modò est idem re ipsa cum speciebus, sed etiam est de formali earum conceptu: idem de differentiis per accidens, & identicè duntaxat, non formaliter prædicatur, quia nẽpe est idem realiter cum illis, sed non est de formali earum conceptu. Exempli gratia, cùm

Genus aliter de differentiis, aliter de speciebus sibi subiectis prædicatur.

cùm dicitur (homo est animal) prædicatio est identica, per se, & formalis, quia animal est de conceptu formali hominis: at verò cùm dicitur rationale est animal, prædicatio est identica duntaxat, non verò per se, & formalis, quia animal non conuenit per se rationali, sed homini qui est rationalis: Quia tamen id quod est rationale, est etiam animal: hinc fit, vt propositio supradicta sit identicè vera.

SECVNDA SECTIO, DE SPECIE.

Quid sit Species, & quotuplex.

QVAESTIO I.

TRes speciei descriptiones attulit Porphyrius in sua Isagoge, quarum duæ priores eius respectum ad superiora, tertia verò respectum ad inferiora exprimunt. Prima est, quâ species definitur id quod generi subjicitur, altera quâ definitur id de quo genus prædicatur, tertia quâ definitur id quod de multis numero differentibus prædicatur in quid. Est autem notandum valde hoc discrimen inter illas speciei descriptiones, quod duæ priores speciei, quatenus species est in genere conueniunt, quo fit, vt speciei tùm subalternæ, cùm infimæ accommodari possint: At verò postrema soli infimæ conuenit. *Triplex Speciei descriptio.*

Sciendum igitur est speciem esse duplicem: Alteram interjectam seu mediam, alteram infimam seu specialissimam; illa licet comparatione generis cui subjicitur sit species, tamen inferiorum comparatione de quibus prædicatur, genus est; hæc verò nunquam genus esse potest, illa nonnisi mediante specie: hæc verò immediatè de indiuiduis prædicatur: Illa nonnisi partem naturæ, hæc verò totam indiuidui naturam continet, vnde illa de indiuiduis tanquam genus: hæc verò tanquam verè species prædicatur. Exempli gratia, animal & planta sunt species interiectæ respectu viuentis, at respectu inferiorum tùm specierum, cùm indiuiduorum, sunt genera déque iis sub ratione generum prædicantur: At verò homo, quæ est species infima tum comparatione animalis, cùm respectu indiuiduorum, habet rationem speciei. *Quid differat species interiecta ab infima.*

Est igitur hæc communis ratio speciei tum interjectæ cũ infimæ, vt sit quid vniuersale quod generi primò sub- *Ratio communis vtriusque speciei.*

Digitized by Google

Ratio propria intersecta.

jicitur, vel de quo genus primò prædicatur. Ratio verò propria interjectæ est, vt sit quid vniuersale, generi ita subjectum, vt de nullo sub ratione speciei possit prædicari. Denique ratio propria infimæ, vt sit quid vniuersale ita generi subjectum, vt etiam aptum sit prædicari de multis numero differẽtibus in quid. Ex quo intelligis prædicari de multis numero differentibus non pertinere ad rationem speciei, quatenus species est, sed quatenus infima est.

Quid sit numero differre.

Circa hanc autem definitionem speciei infimæ, sciendum est, per ea quæ numero differunt, intelligi indiuidua quæ numero tantùm differre dicuntur, quia illorum non diuersa est ratio, vt est eorum quæ specie, vel genere differunt. Et licet vnumquodque indiuiduum non sit numerus, quia tamen plura simul sumpta numerum conficiunt, hinc numero inter se differre dicuntur: Ea verò genere differunt quæ sunt diuersa genera, vel quæ sub diuersis generibus continentur: sic planta & lapis, itemque inferiora plantæ & lapidis genere differunt, denique ea specie differunt quæ sunt diuersæ species, vel quæ sub diuersis speciebus infimis continentur. Sic non tantum bos, & equus, sed etiam indiuidua bouis & equi, specie differunt. Et quia iuxta vsitatam Aristotelis regulam, tot modis dicitur vnum oppositorum, quot modis & alterum: hinc fit, vt tribus quoque modis aliqua dicantur eadem, dicuntur eadem numero, cum ne quidem numerica diuersitas inter illa reperitur, vt Christus, & Mariæ filius: Ea verò dicuntur eadem specie, quæ sub eadem specie infima inueniuntur posita, vt Petrus, Ioannes, &c. Denique eadem genere dicuntur quæ sub eodem genere continentur, vt bos & equus, qui sub genere bruti continentur.

Quemam genere differant.

Quanam specie differant.

Tribus modis aliqua dicuntur eadem.

1. Numero.

2. Specie.

3. Genere.

Quomodo se habeat species infima tùm ad genus cùm ad indiuidua.

QVAESTIO II.

Sensus quæstionis aperitur.

CVm species infima duplicem habeat respectum, alterum ad genus cui subjicitur, alterum ad indiuidua de quibus immediatè prædicatur in quid, & ratione vtriusque dicatur species, dubitari posset per quemnam præcipuè constituatur in ratione speciei, seu secundi prædicabilis, an per eum quo respicit genus superius, an verò per eum quo respicit subjecta sibi indiuidua. Cui dubitatio-

Digitized by Google

tioni satisfiet duplici conclusione.

Prior Conclusio. Species infima constituitur secundum prædicabile per eam habitudinem qua respicit genus, eique subjicitur. Debet enim per id constitui in ratione speciei per quod species interjecta constituitur species, cùm vtrique eadem ratio sit communis: Atqui species interjecta habet quod sit species, non ex eo quod de indiuiduis prædicetur (non enim de iis prædicatur vt species, sed vt genus) sed ex eo quod generi subjiciatur. Ergo per idem species infima rationem speciei participat. Neque obest quod secundùm eam rationem species non sit prædicabile, sed potius subjicibile: neque enim necesse est, vt secundum vniuersale, seu prædicabile constituatur secundum vniuersale, seu prædicabile sub ea ratione qua est vniuersale seu prædicabile, hoc enim iam præsupponitur, nimirum esse quid vniuersale, cui deinde accedit, vt alteri vniuersaliori nempe generi subjiciatur; sicque illud vniuersale dicitur species. *Prior conclusio.* *Probatur.*

Posterior conclusio. Species infima habet rationem speciei infimæ per eam habitudinem qua respicit indiuidua, cum per eam distinguantur ab interjecta, eamque præcellere videatur in ratione prædicabilis: cum species interjecta nulla habeat inferiora, de quibus prædicetur vt species. *Posterior conclusio.*

Quid & quotuplex sit indiuiduum.

QVAESTIO III.

QVia indiuidua inferiora species infimæ sunt, locus hic postulat, vt aliquid de indiuiduo dicamus.

Itaque indiuiduum quid particulare & etiam singulare dicitur, si vim nominis spectes, significat id, quod in plura diuidi non potest: id distinctionem vniuersalium quæ in plura inferiora diuidi possunt. Quò spectat illa indiuidui definitio: Quod est indiuisum à se, & diuisũ à quovis alio: Aristoteles in Anteprædicamentis indiuiduum substantiale describit, quod nec est in subjecto, nec de subjecto dicitur: Accidentale verò, quod est in subjecto, & de subjecto non dicitur. Vbi nota quod dicitur esse, vel non esse in subjecto, intelligendũ esse de subjecto inhæsionis, cuiusmodi est paries respectu candoris: Dici verò vel non dici de subjecto, intelligẽdũ esse de subject. attributionis. *Indiuidui varia descriptionis.* *Prima.* *Secunda.* *Tertia.*

Digitized by Google

Quarta. vt est homo, comparatione animalis, & Petrus comparatione hominis: Porphyrius verò describit indiuiduum, quod de vno dicitur, & præterea id in quo talis accidentium multitudo reperitur qualem non est reperire in alio. Cæterùm, licèt indiuiduum materialiter sumptum, id est, res ipsa quæ denominatur indiuidua, de nullo subjecto dicatur, id est, de nulla re sibi subjecta & inferiori prædicetur, quia tamen ratio ipsa formalis indiuiduationis pluribus competit, hinc fit vt indiuiduum formaliter sumptum de multis accidentaliter enuncietur: sic Petrus dicitur indiuiduum; item Paulus, Ioannes, &c. Est autem indiuiduum duplex aliud vagum seu indeterminatum, quod indistinctè seu indeterminatè significatur, vt aliquis homo, quædam mulier, &c. aliud verò determinatum, quod clarè & distinctè significatur, idque vel ex vi nominis quod dicitur determinatum ex significatione, vt Christus; vel ex demonstratione quod exprimitur per particulam demonstratiuam, vt hic homo; vel denique ex hypothesi, quod exprimitur terminis qui non nisi facta aliqua hypothesi & posita conditione aliquod vnum indiuiduum determinatè significat, vt Mariæ filius, quo significatur Christus. Repete quæ diximus in primo tractatu de termino particulari.

Quo sensu indiuiduũ de multis prædicatur.

Indiuiduũ duplex: Vagum, Determinatũ.

Dubitatio de indiuiduo Vago. Dubitatur autem hîc de indiuiduo Vago, an verè sit quid vniuersale, cùm de pluribus prædicari posse videatur, verbi causa, quidam homo de Petro & Paulo, &c. dici potest. Verùm respondeo indiuiduum vagum nequaquam esse vniuersale, nisi ratione vocis, seu termini: neque enim aliquis seu quidam homo dicitur de pluribus ratione naturæ abstractæ seu præcisæ à singulis hominibus, cùm illam potiùs significet contractam ac particularem, sed in tantum de pluribus dicitur, in quantum pluribus indiuiduis vox ipsa potest accommodari: Sed hæc de specie, eiúsque inferiori indiuiduo satis.

Responsio.

TER-

TERTIA SECTIO, DE DIFFERENTIA.

Quid sit & quomodo definiatur differentia.

QVAESTIO I.

QVoniam vnum ab altero tripliciter differre dicitur, nempe communiter quod communi & separabili accidente differt, vt homo diues à paupere: proprie, quod inseparabili quodam accidente differt, vt homo Æthiops à candido; maximè propriè, quod specifica differentia differt, vt animal rationale ab irrationali. Hinc differentia tripliciter dicitur, nempe communis, propria, & maximè propria: inter quas est illud discriminis, quod duæ priores rem faciant quodammodo alteram, id est, aliter se habentem, non aliam; at verò postrema rem faciat aliam, vtpotè quæ speciem constituat, eámque ab alia essentialiter differre faciat: exempli gratia, color animali adueniens illud facit alterum, ita vt aliter se habeat, quàm antea: at verò rationale adueniens animali illud facit aliud, & essentialiter distinctum ab alio quovis animali. Ex quo intelligis differentiam in hac tertia acceptione eam esse quæ tertium constituit prædicabile: nam communis differentia est accidens seu quantum prædicabile; propria verò differentia non differt à proprio, quod est quartum prædicibile,

Differentia triplex, communis, propria, maximè propria.

Quanam differentia constituat tertium prædicabile.

De hac igitur differentia maximè propria hoc loco agitur. Hęc igitur differẽtia tria sibi vendicat. Primò quòd per illam res maximè propriè inter se differant Secundò. quòd subjectum cui competit, faciat aliud. Tertiò quod sit inseparabilis à subjecto cui à natura & per se conuenit: hujus autem quinque traduntur descriptiones à Porpyrio juxta quintuplicem ejus considerationem. Námque primò considerari potest quatenus est constitutiua speciei, quomodo definitur, id quo species superat genus: secundò quatenus est quid prædicabile, quomodo describitur id quod prædicatur de multis specie differentibus in quale quid: quæ descriptio interiectæ duntaxat differentiæ conuenit: tertiò quatenus est generis diuisiua, sicque definitur id quod diuidit genus in species: quartò quatenus est distinctiua specierum, quomodo definitur id

Tria differentiæ propria.
1.
2.
3.

Digitized by Google

quo vnum differt ab alio: quintò quatenus est pars totius compositi essentialis, definiturque, id quod est de definitione & quidditate rei cum sit ejusdem pars. Posset autem differentia quatenus est quid vniuersale, & quatenus complectitur differentiam tum interiectam, cùm infimam, hoc modo definiri; Id quod aptum est inesse speciei, ita ut sit ejus pars actualis, & per speciem iis omnibus quæ sub specie continentur. Cùm dicitur (quid aptum inesse speciei) ab ipsa specie distinguitur, additur, ita vt sit eius pars, vt distinguatur à proprio & accidente: dicitur autem pars actualis, vt distinguatur à genere quod aptum est inesse speciei, ita vt sit ejus pars, non tamen actualis, sed potentialis. Posset etiam quatenus est prædicabile in hunc modum describi: Quod potest prædicari de specie in quale quid, ac de iis quæ sub specie continentur. Vbi nota differentiam prædicari in quale, non quòd ipsa sit qualitas aut aliud accidens, sed quod rem per modum qualitatis afficiat ac denominet; vnde per modum qualitatis de ipsa prædicari dicitur, quamuis ad distinctionem proprij & accidentis quæ prædicantur in quale, dicatur à nonnullis prædicari in quale quid, quasi prædicetur simul in quid, & in quale; in quid, quia essentialiter non secus ac species prædicatur; in quale verò, quia per modum proprij vel accidentis exprimitur, & quia solet responderi cùm quæritur quale quid sit.

Accuratior differentia definitio.

Quomodo se habeat differentia respectu generis, speciei, & aliarum differentiarum.

QVAESTIO II.

Differentia tripliciter comparatur.

POtest differentia tripliciter comparari, nempe cum genere, cujus est diuisiua; vel cum specie cuius est constitutiua, vel cum aliis differentiis siue superioribus siue inferioribus, siue oppositis.

De differentia cum genere comparata.

Si igitur differentia cum genere comparetur, duo habet præcipua munera: Alterum vt generi aduenienis ipsum contrahat, & limitet ad certam speciem. Genus enim per se sumptum indifferens est ad singulas species; per aduenientem autem differentiam, ejus indifferentia constringitur, & ad certam speciem componendam cogitur: sic corporeum aduenies substantiæ, ipsam contrahit ad componendam speciem, quæ est corpus, & ex adverso

Duplex differentiæ munus circa genus. Primum.

uerſo incorporeum ad conſtituendum ſpiritum. Rurſum differentia animatum, contrahit corpus ad conſtituendum corpus animatum, ſiue viuens, & ex aduerſo inanimatum ad conſtituendum corpus inanimatum. Rurſus corpori animato aduenies differentia ſenſitiuum, contrahit ipſum ad conſtituendum animal: Ex aduerſo autem inſenſitiuum ad componendam plantam. Poſtremò aduenies animali ratione, conſtituit hominem; ex aduerſo autem irrationale animali aduenies conſtituit brutum. Alterum differentiæ munus eſt ipſum genus diuidere: ſolet enim genus diuidi per oppoſitas differentias, exempli cauſa, ſubſtantia diuiditur in corpoream & incorpoream: ſubſtantia corporea ſeu corpus, in animatum; corpus ſenſitiuum ſeu animal in rationale & irrationale; hinc differentiæ dicuntur generis diuiſiuæ: Si conferatur cum ſpecie proprium eius eſt tum vt ipſam conſtituat, tum vt de ipſa propriè & per ſe prædicetur, de aliis verò per ipſam. Quòd differentia ſpeciem conſtituat, patet in ſupra allato exemplo, nam dum contrahit ſeu limitat genus, ſpeciem conſtituit. Quare eadem differentia dicitur diuiſiua generis & conſtitutiua ſpeciei: verbi cauſa, dum animal contrahitur per rationale, homo conſtituitur, quemadmodum cùm materiæ accedit forma, compoſitum Phyſicum ſeu naturale conficitur: vnde ſicut compoſitum naturale ex materia & forma, verbi gratia, homo ex corpore & anima conſtat: ſic compoſitum eſſentiale ex genere & differentia, vt idem homo ex animali & rationali, ita vt genus materię, differentia formæ reſpondeat. Porrò cùm ſpecies aliæ ſint ſubalternæ quæ reſpectu inferiorum dicuntur genera, aliæ verò infimæ, hinc differentiæ aliæ dicuntur genericæ, quæ conſtituunt ſubalternas illas ſpecies; aliæ ſpecificæ, quæ ſpecies ſpecialiſſimas ſeu infimas conſtituunt: ſic corporeum, animatum, ſenſitiuum dicuntur differentiæ genericæ, rationale verò dicitur differentia ſpecifica.

Secundum differentiæ munus.

De differentia cum ſpecie comparata.

Eadem differentia generis diuiſiua & ſpeciei conſtitutiua.

Compoſitum naturale ſeu phyſicum.

Compoſitum eſſentiale ſeu Metaphyſicum.

Quod ſpectandum alterum, nempe quod differentia per ſe propriè de ſpecie prædicetur, ſatis manifeſtum eſt; cum differentia in tantum prædicetur de aliis, in quantum rationem ſpeciei, cuius eſt conſtitutiua, participant, verbi cauſa, rationale de Petro, Paulo, &c. prædicatur, in quantum rationem hominis participant.

Digitized by Google

De differentia cum differentia comparata.

Denique si differentia cum alia differentia comparetur aut cum superiori, aut cum inferiori, aut cum oppositâ comparari potest, verbi gratia, sensitiuum quod est differentia constitutiua animalis, comparari potest cum animato, quæ est superior differentia, vel cum rationali quæ est inferior, vel denique cum insensitiuo, quæ est oppositâ differentia. De differentia igitur siue cum superiori, siue cum inferiori comparata difficultas est, An superior sit de conceptu inferioris, ac de illa per se prædicetur quasi genus de sua specie, verbi gratia, an sensitiuum includatur in formali conceptu rationalis, ita vt rationale sit veluti species comparatione sensitiui. Respondeo non ita esse; sunt enim conceptus differentiarum simplices, quod non ita esset si in illarum conceptu aliud per se includeretur præter ipsas, deinde si sensitiuum esset genus respectu rationalis & irrationalis, debere ad illa contrahi per alias differentias, quod est inaudium, neque enim differentiæ inter se differunt per alias differentias, sed sunt primò diuersæ & simpliciter simpices.

De differentia cum alia superiori aut inferiori comparata. Dubitatio. Responsio.

Alia dubitatio de differentia cõparatione oppositæ. Responsio.

Supereſt altera difficultas de differentia compaatione oppoſita, quonam genere oppoſitionis vna differat ab altera. Dicuntur autem oppoſitæ differentiæ quæ diuidunt idem Genus, oppoſitáſque ſpecies conſtituunt, verbi cauſa, rationale & irrationale, quæ diuidut animal, hominémque ac brutum conſtituunt. Cùm igitur conſtet manifeſtè illas aliqua ratione opponi, neque tamen relatiuè opponantur, cùm vna non referatur ad alteram, neque priuatiuè aut negatiuè, cùm differentiæ omnes ſint poſitiuæ, licet inopia verborum alter oppoſitarum priuatiuo vel negatiuo termino exprimatur, ſupereſt vt opponantur contrariè, licet non omnino propriè: nam ea dicuntur propriè oppoſita contrariè quæ ſeſe mutuò expellunt ab eodem ſubiecto in quo vicißim recipi poſſunt: at differentiæ oppoſitæ non ita ſe expellunt, cùm nunquam vna poſſit eſſe in eo ſubjecto in quo eſt altera.

* * *

QVAE-

QVARTA SECTIO, DE PROPRIO.

Quid sit Proprium, & quomodo definiatur.

QVAESTIO I.

PRoprium latè sumptum quatuor modis dicitur. Primò quod soli, non tamen toti speciei conuenit, vt homini mederi. Secundò quod toti quidē, sed non soli conuenit, vt eidem homini esse bipedem. Tertiò quod soli, & toti speciei, non tamen semper conuenit, vt eidem homini canescere. Denique quod soli toti & semper conuenit, vt eidem homini aptum esse ad risum. Et quidem postremum hoc genus proprij est quod maximè quartum prædicabile constituit distinctum à cæteris, ita vt cætera propriorum genera ad accidens, quod est quintum prædicabile, reducantur. Cùm igitur dicatur proprium, quod soli, toti & semper conuenit, hoc intelligendum est respectu speciei, aut etiam generis cui primò per se conuenit. Potest enim fieri vt proprium genericum respectu inferioris speciei, non soli conueniat, verbi gratia, nutribile quod de animali prædicatur vt quartum prædicabile, non soli animali conueniat, sed etiam plantæ. Verùm, quia corpori animato quarto isto modo conuenit, idcirco proprium quarto modo dicitur, quod proinde prædicatur de omnibus inferioribus corporis animati, vt quartum prædicabile. Est igitur proprium quarto modo aliud genericum, quod vel supremo generi, vel speciei interjectæ, quæ potest dici genus respectu inferiorum, vt esse nutribile, esse mobile, &c. quæ subalternis seu interjectis speciebus substantiæ conueniunt: Aliud verò specificum, quod speciei infimæ primò per se conuenit, vt esse risibile, esse doctrinæ capax, posse canescere, respectu hominis: Quoniam verò proprium paulò latiùs accipi potest, pro eo omni quod toti speciei, licet non soli, per se necessariò & semper conuenit, vt homini respirare, bipedem esse, &c. Quo modo optimè videtur distingui proprium ab accidente, quod non necessariò, nec semper, nec toti, sed contingenter aliquando & ex parte tantùm speciei conuenit: hinc fit, vt non tantùm proprium quarto modo, sed etiam proprium secundi generis ad hoc genus

Quodnam proprium constituat quartum prædicabile stricta acceptione.

Proprium quarto modo duplex.

Paulò latiùs acceptio proprij.

quarti prædicabilis pertinere existimem, sicque proprium quatenus est quid vniuersale, & prædicabile, in hunc modum definiri potest: Quod aptum est inesse per se & necessariò, non essentialiter, naturæ siue genericæ, siue specificæ, omnibúsq; eius inferioribus: Vel sic, Quod prædicatur de multis per se & necessariò, non essentialiter. Ex eo quod dicitur inesse vel prædicari per se & necessariò distinguitur ab accidente, quod contingenter vel per aliud alteri inest: Ex eo verò quod dicitur inesse vel prædicari non essentialiter, distinguitur ab alijs tribus prædicabilibus genere, specie, differentiâ, quæ essentialiter insunt & prædicantur de suis inferioribus. Si obijcias nigredinem esse commune accidens, non proprium, & tamen omnibus coruis necessariò & non contingenter competere.

Definitio proprij in hac latiori acceptione.

Obiectio.

Solutio. Respondeo nigredinem dupliciter posse considerari: primò quatenus simpliciter nigredo est, quomodo dicitur accidens commune: secundò quatenus est talis nigredo causam habens peculiarem, eamque necessariam cur tali subjecto vniuersim conueniat: quomodo potest esse accidens proprium, & hoc posteriori modo consideratur in coruo. Idem dicendum est de Albedine respectu cygni vel niuis.

Obiectio. Obijcies rursus risibilitatem esse proprietatem, & tamen essentialiter prædicari de hac & illa risibilitate: similiter motum esse proprietatem corporis naturalis, & tamen essentialiter prædicari de motu ad quantitatem, qualitatem & locum.

Solutio. Sed respondetur proprietates dupliciter considerari posse; nempe vel in abstracto, quomodo se habent vt genera vel species, atque essentialiter de suis inferioribus prædicantur: sic risibilitas est species respectu hujus & illius risibilitatis: motus vero genus respectu accretionis, alterationis, lationis: vel in concreto, quomodo se habent vt accidentia quædam quorundam subjectorum propria, sic risibile hoc & illo homine, & mobile de hoc & illo naturali corpore non essentialiter, sed accidentariò prædicantur, vt propria.

An

An proprietates intensionis & remissionis sint capaces, & an à subiectis sint separabiles.

QVAESTIO II.

QVod spectat ad priorem difficultatem, licèt vt plurimum in hoc differat proprium ab accidente communi, quod proprium semper eodem modo se habeat, accidens verò commune modò intendatur, modò remittatur: sic enim calor vehementior aut remissior esse potest, at vero aptitudo ad ridendum eadem est in omnibus: Nihilominus tamen fatendum est quasdam proprietates præsertim corporum inanimatorum intensionis ac remissionis capaces esse. Si obiicias etiam proprietates corporum animatorũ intendi & remitti posse, cùm experientia constet quosdam ad risum proniores esse. Respondeo hoc non prouenire ex maiori aptitudine ad ridendum, sed ex maiori organorum dispositione.

Prior difficultas an proprietates intendi & remitti possint.

Obiectio.

Soluitur.

Quod spectat ad posteriorem, respondeo nullam proprietatem virtute naturali separabilẽ esse à subiecto, licet nonnullæ virtute diuina sint separabiles; vt calor ab igne, candor à cygno. Cæterùm probabile est quasdam proprietates, formaliter duntaxat à subiectis distingui, ita vt repugnet eas à subiectis separari etiam virtute diuina, vt esse natura corruptibile, ab elemẽtari corpore nequit separari, nec esse natura mortale ab animato; licèt enim virtute diuina tale corpus in perpetuum cõseruari possit, semper tamen in eo perseuerat aptitudo ad corruptionem.

Posterior difficultas, an proprietates à subiecto separari possint.

QVINTA SECTIO, DE ACCIDENTE.

Quid sit accidens, & an rectè definiatur.

QVAESTIO I.

ACcidentis nomen vario modo vsurpatur. Primò accidens idẽ significat ac fortuitum, quod præter naturæ aut agentis voluntarij intensionem contingit, quo modo accidens dicitur lapidi decidenti trãseuntis caput lædere: & rustico terram aranti thesaurum offendere. Secundò, accidẽs dicitur alicui rem quicquid ad eius ratio-

Varia accidentis acceptiones. Prima. Secunda. Lib. Categ.

nem non pertinet, quomodo Aristoteles ait ca. de relatis, hominem esse accidens ad relationem quæ intercedit inter dominum & seruum. Tertiò accidens accipitur pro eo

Tertia.

omni quod non est substantia, siue sit proprium, siue commune, quo modo in nouem categorias vulgò distribuitur.

Quarta.

Quartò accidens strictius accipitur pro eo tantùm quod ita non est substantia, vt substantiæ non necessariò competat, quod quidem licet causam habeat determinatã cur

Quomodo accidens cõstituat quintum prædicabile.

insit subiecto, sicque non fortuitum, eam tamen habet extrinsecam & non necessariam ex parte subiecti: sicque nõ est proprium, sed accidens quod dicitur commune. Et quidem hoc postremo modo sumptum accidens constituit quintum prædicabile distinctum à cæteris. Notandũ

Accidens simpliciter consideratur.

est autem accidens sicut & proprium dupliciter posse cõsiderari: primò in abstracto respectu inferiorum accidentium, de quibus essentialiter prædicatur, vel vt genus, vel vt species, vt color de candore, nigredine. Secundò in concreto respectu subiectorum quibus inhæret, & de quibus accidentariò prædicatur, vt coloratum respectu parietis niuis, &c. Et quidem hoc posteriori modo consideratum

Definitio accidentis quæ genus est quintum prædicabile.

accidens dicitur quintum prædicabile, definiturque quatenus est quid vniuersale quod pluribus aptum est inesse, deque iis prædicari contingenter. Ex eo enim quod contingenter, id est, non necessariò pluribus inesse dicitur, à cæteris quatuor prædicabilibus, quæ necessariò insunt in suis inferioribus, distinguitur.

Grauis difficultas circa accidentis descriptionem. C. 1. Isag. q. Difficultatis propositæ enodatio.

Est autem non mediocris difficultas circa eam accidentis descriptionem, quàm tradidit Porphyrius, vt dicatur accidens quod adest & abest, seu adesse vel abesse potest sine subiecti interitu. Sunt enim accidẽtia quædam inseparabilia, quæ non videntur abesse posse sine subiecti interitu, vt est candor in cygno, nigredo in coruo, in Æthiope; calor natiuus in homine, &c. Alia nõ possunt adesse sine subiecti interitu, vt accidẽtia corruptiua, verbi causa frigus extremum in homine: item accidentia priuatiua, vt mors, &c. Prætermissis igitur variis explicationibus, respõdeo in primis Porphyrium in hac descriptione non tam vniuersim explicare quid sit accidens commune, quàm explicata aliqua specie accidentis communis ostendere in quo differat accidẽs à proprio, nẽpe, id quod adest aut abest sine subiecti interitu esse accidens, non

verò

verò esse proprium, non tamen inde sequi illud solũ esse accidens cõmune quod adest,& abest sine subiecti interitu.Et sanè non videtur in hac descriptione complexus fuisse Porphyrius accidentia corruptiua,aut priuatiua,nec etiam fortasse inseparabilia: præterea dico in supradicta definitione inseparabilia accidentia contineri potuisse hoc sensu,vt cùm dicit eiusmodi accidentia abesse posse sine subiecti interitu , non sit intelligendum de subiecto in particulari,seu in indiuiduo,sed de subiecto in vniuersum seu secundùm speciem.Licèt igitur nigredo non possit abesse ab hoc particulari homine nempe Æthiope,potest tamen abesse ab homine simpliciter & absolutè considerato, quia natura hominis æquè perfecta esse potest sine nigredine,ac cum nigredine,quia eiusmodi accidens non toti speciei per se conuenit,sed quibusdam speciei indiuiduis accidit,sicque sensus prædictę descriptionis erit: quod adesse vel abesse potest absque vllo naturæ specificę detrimento. Quod spectat ad nigredinem corui,cãdorem cygni,natiuum calorem hominis. Respondeo illa omnia esse accidentia propria rerum illarum,cùm proprium dicatur id omne quod toti alicui speciei necessariò & non contingẽter tantùm cõuenit:atque nigredò necessariò & nõ contingẽter accidit omnibus coruis,itẽ candor cygnis, & natiuus calor homini,quia nempe certæ sunt, licèt incognitæ aliquando causæ cur eiusmodi accidentia subiectis suis conueniant, licet candor, nigredo, frigus, calor, &c.si absolutè considerentur,sint accidentia communia.

Nigredo corui & candor cygni sunt propria.

Quî differat accidens præsertim inseparabile, à proprio.

QVAESTIO II.

Accidens duplex genus.

VVlgata est accidentis cõmunis diuisio in separabile & inseparabile:illud dicitur quod naturaliter separari potest à subiecto cui accidit, vt calor vehemens ex violento motu contractus : hoc vero quod naturæ vi à subiecto non potest separari,vt nigredo in Æthiope. Et quia videtur maior esse affinitas accidentis inseparabilis cùm proprio,ideò maximè notandum est discrimen vtriusque,ne vnum pro alio accipias.Primò igitur differunt, quod proprium toti speciei necessariò conueniat: at verò

Discrimen multiplex inter accidẽs proprium & cõmune inseparabile.

1.

accidens inſeparabile non item, ſed tantùm quibuſdam
2 ſpeciei indiuiduis inſeparabiliter adhæreat: Secùdò, quod
propria ex eſſentialibus rerum principiis profluant, non
3 item accidens, licèt inſeparabile. Tertiò, proprium vt plu-
rimum nec intendi nec remitti poteſt, at accidens vt plu-
rimum intenditur ac remittitur. Quartò, propria ſpeciei
innaſcuntur: accidens verò licèt inſeparabile, indiuiduo,
adeò vt propria, primò conueniant ſpeciebus & naturis
communibus, ſecundariò verò indiuiduis & particularibus: accidentia contra primariò conueniant indiuiduis, ſecundariò verò ſpeciebus & communibus naturis. Sed hæc de accidente, atque adeò de ſingulis quinque vniuerſalibus ſatis.

TERTIVS TRACTATVS HVIVS PARTIS.

De Categoriis.

Libellus Categoriarum tripartitus. Huius tractatus partitio.

LIbellus categoriarum ab Ariſtotele conſcriptus vulgò tres in partes diuiditur: quarum prima continet Anteprædicamenta ſeu ea quæ ante prædicamentorum ſeu categoriarum explicationem præmittenda videbantur; Secunda continet ipſa prædicamenta ſeu categorias: Tertia continet poſtprædicamenta, id eſt, nonnulla, quarum mentio ſæpiùs facta eſt in explicandis ſingulis categoriis. Quam diuiſionem omnes eius commentatores ferè ſequuntur: Nos verò breuitati ſimul & facilitati conſulentes, duas huius tractatus ſicut & præcedentis generales diſputationes inſtituemus. Altera erit de categoriis generatim, vbi de Anteprædicamentis pauca dicemus: Altera de categoriis ſigillatim, in cuius fine nonnulla ex Poſtprædicamentis ſcitu digniora ſubiiciemus.

PRIOR

PRIOR HVIVS TRACTATVS DISPVTATIO.

De Categorijs generatim.

Quid sit Categoria.

QVAESTIO I.

CAtegoria, à verbo κατηγορεῖν, quod est accusare, publicam accusationem significat: est autem traductum istud vocabulum ex vsu forensi ad Philosophorum scholas, significatque seriem multorum prædicabilium sub vno supremo genere. Vt enim in litis contestatione qui alterius crimen indicat, dicitur accusare: sic in illa coordinatione prædicabilium, quoniam superiora aliquid de inferioribus declarant, ipsa videntur accusare, ideoque categoremata dicuntur, & eorum prædicabilium classes, seu coordinationes, Categoriæ appellantur; Latinè verò Prædicamenta, quia sunt prædicabilium receptacula. Est igitur categoria, Generis alicujus summi, & eorum quæ sub ipso sunt naturalis, id est, naturæ rerum apta dispositio. Quæ descriptio vt intelligatur, sciendum est duplicem esse sub vnoquoque supremo genere seriem: alteram directam, in qua plura supremo generi directè subjacent. Alteram indirectam seu lateralem, quæ describi solet à latere. Directa continet genera, species, & indiuidua eo ordine seruato, vt quæ sunt priora, superiora, seu generaliora, supremo generi sint viciniora: quæ verò posteriora, inferiora & minùs vniuersalia, loco indiuiduis viciniore collocentur. Indirecta verò series differentias continet cùm generum diuisiuas, tum specierum constitutiuas: item principia interna, & partes eorum, quæ in serie directa reponuntur, vt vides in sequenti paradigmate.

Categoria vnde dicta.

Categoria descriptio.

Series seu linea categoria duplex.

Series directa quanam contineat:

Linea indirecta quanam complectatur.

Digitized by Google



Porrò series directa duplici ratione constituitur: Altera per synthesim seu compositionem ascendendo, altera per analysim seu diuisionem descendendo. Priori igitur modo sumitur initium ab indiuiduis, tum ascendendo constituuntur species & genera subalterna, donec ad supremum genus deueniatur. Vt si quis primùm contẽplatur omnes homines particulares, videatque in illis vnam esse rationem specificam hominis; tum speciem hominis supra indiuidua constituet: deinde si hominem comferat cum brutis animantibus, anima duerteret in illis communem esse rationem animalis, ideoque constituet genus animalis superius homine: Tum si animalia cum plantis conferat, aduertet in illis communem esse ratio-

tio-

nem viuentis, quare constituet viuens superius animali. Deinde si viuentia conferat cum alijs rebus inanimatis, communem in illis rationem corporis agnoscet, ideoque corpus viuente superius constituet. Tandem si corpora cum substantijs spiritualibus conferat, animaduertet gradum substantiæ illis esse communem, vnde constituetur supremum genus illius categoriæ, nempe substantia. Posteriori modo constituitur categoria per descensum, incipiendo à supremo genere, illudque sicut & cætera inferiora genera, diuidendo in species per differentias donec deueniatur ad indiuidua: vt si substantiam quis diuidat in corpoream & incorpoream, deinde substantiam corpoream seu corpus diuidat in animatum & inanimatum: tum corpus animatum seu viuens in sensitiuum & insensitiuum, præterea viuens sensitiuum seu animal in rationale & irrationale: deniq; animal rationale, quod est homo in sua indiuidua Petrum, Paulum, Ioannem. &c.

Quot sunt Categoriæ.

QVAESTIO II.

CErtum quidem est tot constitui debere categorias, quot sunt suprema rerum omnium generis: quot autem illa sint dubium esse potest, variæ enim sunt veterum Philosophorum de eorum numero sententiæ. Verùm constans est omnium Peripateticorum sententia, authore Aristotele, decem tantùm esse suprema genera: proindéque decem esse prædicamenta, seu categorias. Sunt autem suprema illa decem genera, Substantia, Quantitas, Qualitas, Relatio, Actio, Passio, Quando, Situm esse, Habere: Nihil enim est in tota hac rerum vniuersitate siue substantiale siue accidentale, quod ad vnum horum non pertineat. Colligitur autem denarius ille supremorum generum numerus ex ijs quæ de aliquo particulari quæri possunt. Primùm enim quæri potest quid sit, deinde, quantum sit, quale sit, cujus sit, quid agat, quid patiatur, vbi sit, quandonam sit, quonam situ sit, quo habitu sit. Colligi etiam possunt hæc decem suprema genera in hũc modum. Quidquid in prima seu particulari substantia ineest, aut de illa dici potest, vel ad ejus essentiam pertinet, vel non pertinet: si ad ejus essentiam pertiner, est 1.

Tot esse debent Categoriæ quot sunt suprema genera.

Suprema genera 10.

Colligitur suprad dictus supremorum generum numerus.

Digitized by Google

ſubſtantia: ſi non pertinet, vel eſt verum ens, quod verè inhæret: vel eſt quaſi modus entis, qui vt plurimũ tantùm adjacet, ſeu extrinſecus duntaxat ſubſtantiã afficit, ac denominat: ſi ſit verũ ens, ac verè inhæreat; aut conuenit illi abſolutè, aut comparatè: ſi abſolutè, aut ſequitur materiam, dicitúrq; quantitas: aut formam, & dicitur qualitas: Si verò cõparatè conuenit, dicitur relatio. Quod ſi ſit quaſi modus entis, qui vt plurimum ſubſtantiam extrinſecus duntaxat afficit ac denominat, aut denominat illam ratione potentiæ actiuæ, dicitúrq; Actio; aut ratione potentiæ paſſiuæ, & dicitur Paſſio; aut quatenus eſt mẽſura magnitudinis ejus vel abſolute ſpectatæ, eſtque Locus: vel ratione partium quodammodo ſe habentium ad inuicẽ, & eſt Situs: aut quatenus eſt menſura durationis ejus, & eſt Tempus: aut denique illam denominat, quatenus eſt res geſtata, poſſeſſa, aut alio modo habita, eſtque Habitus.

Suprema genera non æque iure dicuntur entia.

Notandum verò eſt ſuprema illa decem genera, licèt vera ſint & realia, non eodem modo dici entia, ſeu non æqualiter rationem entis participare. Quædam enim magis propriè entia dicuntur, quam alia, verbi gratia, ſubſtantia magis propriè ens dicitur, quàm omnia accidentia, quæ nulla naturæ vi eſſe poſſunt niſi inhærendo aut adjacendo ſubſtantiæ. Deinde inter accidentia, Quãtitas & Qualitas rationem entis potiori iure ſibi vendicant quàm reliqua, quæ ex ijs vt plurimum ſequuntur, verbi cauſa, relationes partim ex quantitate, partim ex qualitate naſcuntur. Actio & paſſio ex potentijs actiuis & paſſiuis, quæ ſunt qualitates; locus, tempus, & ſitus ex quantitate. Denique habitus ſine quantitate rerum quæ geſtantur componuntur, nullus eſt. Deinde poſt quantitatem & qualitatem ſequitur relatio, quę quoad rationem entis, præſtat actioni & paſſioni, eo quod actio & paſſio non tam entia videntur eſſe quàm viæ ſeu progreſſus ad ens quod producitur: reliquæ vero quatuor categoriæ non tam entia à ſupradictis diuerſa ſunt, quàm modi entis, ex quibus diſtinctæ ſequuntur denominationes.

Quonam ordine to-ſuprema genera entiu rationem participent.

Ex ſupradictis Corolaria quædam.

Ex quibus ſequitur ens non eſſe genus vniuocum reſpectu decem ſummorum generum, cùm ejus ratio non vniuocè ſeu æqualiter ab ijs participetur: neque etiam accidens eſſe genus vniuocum reſpectu nouem accidentium

dentium,cùm quædam accidẽtia magis propriè ſubſtantiam afficiant,quàm alia,verbi cauſa, quantitas & qualitas magis propriè quàm relatio,quæ verè inhæret : item actio & paſſio,quæ aliquando etiam verè inhærent rebus denominatis magis propriè, quàm ea quæ tantùm adiacent, & extrinſecus denominant, vt ſunt locus, tempus, ſitus,& habitus. Ex iis etiam ſequitur, quatuor duntaxat eſſe præcipuas categorias,nempe ſubſtantiæ, quantitatis, qualitatis,& relationis. De quibus maximè intelligenda ſunt ea quæ deinceps de categoriis in genere dicemus. Sunt enim iſta quatuor entium genera partim realiter, partim formaliter, ſeu eſſentialiter inter ſe diſtincta : At verò reliqua ſex ſumma genera,neque realiter, neq; propriè formaliter,ſeu eſſentialiter ab aliis differunt: neque enim ſi præcisè ſpectentur,eſſentiæ ſunt ab aliis diſtinctę, ſed modi tantùm reliquorum entium:exempli gratia, actio & paſſio , ſunt modi rei quæ producitur quatenus ab agente fit,& in patiente recipitur;neque enim calefactio ſiue actiuè, ſiue paſſiuè accipiatur, aliter à calore diſtinguitur,neque locus aliud eſt, quàm quantitas eſſentialiter,ſicut nec tempus, aut ſitus,denique habitus eſſentialiter eſt ipſa res,quæ Haberi dicitur.

1.
2.
3. quatuor tantùm ſunt ſummæ eorum genera.
1. Subſtantia.
2. Quantitas.
3. Qualitas.
4. Relatio.

***

Digitized by Google

TABVLA GENERALEM ENTIS DIVISIONEM continens.



Quanam

Ratio
nis.

DISTIN
CTIO.

Digitized by Google

Quod est finis Exemplar

BIBLIOTECA NAZ
ROMA
VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Quanam per se ac directè in categoriis reponantur.

QVAESTIO III.

VT aliquid per se, ac directè in serie categoriæ collocetur, nonnullę conditiones desiderantur. Prima est, vt sit ens verũ & reale; qua conditione excluduntur entia fictitia & impossibilia, vt hyrcoceruus, & similia: itẽ entia rationis quæ non existunt nisi obiectiuè in intellectu, vt esse definitum, diuisum, & cætera. Præterea etiã negationes, & priuationes, quæ formaliter nihil sunt, vt non ens, cæcitas. Secunda est, vt sit ens per se, id est, vnius naturę & essentiæ, qua conditione excluduntur entia per accidens, quæ non sunt quid vnum nisi per aggregationẽ; absolutè verò multa sũt, vt exercitus, ciuitas, respublica. Itẽ excluduntur res artificiales, vt domus, scamnum, &c. quæ ex multis rebus humana industria inter se compositæ constant. Tertia cõditio, vt sit finitum, hoc est, finitę perfectionis & essentiæ, qua conditione solus Deus propriè excluditur, qui solus perfectione & essentia infinitus est; continet enim omnem non modò substantiæ, sed etiam quantitatis, qualitatis, & cæterorum entium perfectionẽ multo nobiliori modo, quàm sit in ipsis rebus: quare nullius categoriæ cancellis circumscribi potest: neque eadem est ratio quantitatis infinitæ, si daretur: licet enim esset extensione infinita, non tamen perfectione & essentia: neq; enim aliam quàm quantitatis perfectionem & essentiã sibi vindicaret, ideóque illa infinitudo nõ obesset quo minus in categoria reponeretur. Quarta conditio est, vt sit ens completum in suo gradu & statu suæ præcisionis, qua conditione excluduntur primò differentiæ, tùm genericę cùm specificæ, deinde partes integrantes & componẽtes cuiusmodi sunt caput, pectus, &c. prętera materia, & forma; non verò excluduntur genera, licèt enim genus sit pars speciei, & sub ea ratione sit quid incompletũ: attamẽ quatenus est quid vniuersale & pręcisum ab inferioribus speciebus tùm in illo suo statu pręcisionis, est quid in sua ratione completum, quod natura speciem antecedit, Quinta conditio est, vt quicquid vniuersale ponitur in categoria, sit vniuocum; qua conditione excluduntur tùm homonyma cùm analoga: vt nempe tollatur omnis

Conditiones entis categorici.

1.

2.

3.

Deus nullo includitur categoria.

4.

5.

Digitized by Google

rerum ambiguitas & confusio : Sunt enim institutæ categoriæ ad faciliorem omnium rerum distinctionem.

Quænam dicantur Antepradicamenta.

QVAESTIO IV.

Traduntur in Antepradicamentis tres definitiones.

ANnteprædicamenta dicuntur nonnulla, quæ Aristoteles in suo lib. categoriarum præmisit ante ipsorũ prædicamentorũ seu categoriarum explicationem: Continent autem Anteprædicamenta tres definitiones, duas diuisiones & duas regulas. Tres illæ definitiones sunt homonymorum, synonymorum, & paronymorum : de quibus in primo tractatu egimus: Deinde sequuntur duæ diuisiones: Quarum prior est, Eorum quæ dicuntur; alia sũt complexa, vt propositiones ; alia verò incomplexa , vt sunt simplices termini ex quibus illæ constant: quam diuisionem præmisit Aristoteles, vt ea quæ complexa sunt à categoriarum ambitu arceret. Posterior diuisio est, Eorum quæ sunt, alia de subiecto dicuntur, nec in subiecto sunt, vt vniuersales substantiæ , quæ de subiectis inferioribus prædicantur, nec tamen inhærent alicui rei, vt solent accidentia: Alia sunt quidẽ in subiecto, sed de subiecto non dicũtur, vt accidentia particularia, exẽpli gratia, hic candor, qui est in pariete tanquã in subiecto cui inhæret, nec tamen de inferiori aliquo accidente prædicatur: Alia de subiecto dicuntur, & sunt in subiecto, nempe accidentia vniuersalia, verbi causa , color est in rebus coloratis, sicut in subiectis, quibus inhæret: dicitur autem de candore & nigredine tanquam de subiectis inferioribus. Denique alia nec in subiecto sunt , nec dicuntur de subiecto, nempe particulares substantiæ, verbi gratia, hic homo, qui nec in subiecto inhæret, cùm per se subsistat, nec de alio dicitur, cùm nihil habeat inferius de quo prędicetur, Vbi nota subiectum dupliciter accipi, vno modo pro re in qua accidens aliquod ineſt, vt est paries comparatione coloris, quantitatis, duritiei, diciturque subiectum inhæsionis, &c. Altero pro eo omni quod subest rei vniuersali, seu de quo vniuersalè prædicari potest , vt sunt homo & brutum, comparatione animalis; Petrus, Paulus, &c. comparatione hominis , diciturque subiectum attributionis. Ex qua duplici acceptione subiecti, tota pendet

tres definitiones.

2. Duæ diuisiones. 1. prior. Posterior.

Dupliciter subiectum accipitur.

prædicta

prædictæ diuisionis intelligentia. Tandem subjiciuntur duæ regulæ, quæ ad dirigendos ac diuidendos categotiarum ordines pertinent. Prior est cùm vnum de altero dicitur, quæcunque de attributo, seu prædicato dicuntur, dicuntur etiam de subjecto: Verbi gratia, in hac propositione, (homo est animal) homo est subjectum, animal verò prædicatum: quare quæcunque per se, & ex natura rei ac vniuersim de animali dicuntur, dicuntur etiam de homine; dico per se, & ex natura rei, ne putes omnia quæ accidentariò & contingenter de animali dicuntur, dici etiam de homine, alioqui sequeretur, quia animal est genus, hominem quoque esse genus. Posterior regula est. Diuersorum generum & non subalternatim positorum, diuersæ sunt species & differentiæ, subalternatorum verò generum nihil prohibet easdem esse differentias. Quod intelligendum est maximè de differentijs diuisiuis ejusmodi generum, tum etiam graduum inferiorum, exempli gratia, animalis & plantæ diuersæ sunt species, diuersæ quoque differentiæ diuisiuæ: nam animalis differentiæ sunt rationale, & irrationale; Plantæ verò aliæ, per quas in suas species ipsa diuiditur: At verò quia viuens & animal genera sunt subalterna, hinc fit vt differentiæ diuisiuæ animalis, sint etiam diuisiuæ viuentis, saltem mediate, licèt viuens per alias immediatè diuidatur in plantam & animal. Adde illud generum immediatè subalternorum differentiam vnius diuisiuam, posse esse constitutiuam alterius, exempli gratia, sensitiuum, quod est differentia diuisiua viuentis, est constitutiua animalis. Sed hæc de Anteprædicamentis ac de categorijs in genere satis.

Traduntur duæ regulæ.

Prior.

Posterior.

POSTERIOR HVIVS TRACTATUS Disputatio.

De Categorijs sigillatim.

QVoniam, vt suprà ostensum est, decem sunt suprema genera, ad quæ omnia entia realia, finita, & completa, per se reuocantur, totidémque eorum entium coordinationes seu categoriæ: idcirco posteriorem hanc disputationem in decem sectiones distribuemus. Prima sectio

erit de substantia, secunda de quantitate, tertia de qualitate, quarta de relatione, & sic reliquæ de reliquis.

PRIMA SECTIO,

De substantia.

Quid sit substantia.

QVAESTIO I.

Definitio. Substantia. SVbstantia in genere definiri potest, Ens subsistens seu per se existens. Quæ definitio licèt maximè propriè cõueniat primis seu particularibus quæ primò per se subsistunt, accommodari tamen potest secundis, seu vniuersalibus substãtijs. Etsi enim quatenus vniuersales & præcisæ non subsistant, sunt tamen aptæ subsistere in particulari, verbi gratia, animal, quatenus animal in genere præcisum ab homine & bruto non existit, quatenus autem est hoc animal, verè subsistit: & quia animal in genere aptum est esse hoc animal: hinc animal in genere dicitur aptum per se existere seu subsistere. Porrò in supradicta definitione, ens ponitur loco generis, licèt propriè non sit genus, cùm non vniuocè prædicetur de substantia & accidentibus, vt suprà monuimus, intelligitur ens verum, & reale, per se, finitum, completum, vniuocum, quæ sunt conditiones entis categorici. Loco autem differentiæ additur subsistens. seu per se existens, id est, aptũ subsistere, seu per se existere. Nihil autem aliud est subsistere, seu per se existere, quàm non existere in alio tanquam in subjecto inhæsionis, in quo differt substantia ab accidente, quod non potest per se existere, sed in alio duntaxat cui inhæreat. Quòd si dicas secundas seu vniuersales substantias non existere per se, quia existunt in alio, nempe in primis seu particularibus substantijs. Respondeo secundas substantias existere quidem in primis substantijs, non tamen in illis esse tanquam in subjecto inhæsionis more accidentium, sed tanquam in subjecto attributionis; & licet quatenus vniuersales non subsistant actu, sunt tamen aptæ in illis subsistere. At verò accidentia non dicuntur apta subsistere, sed inhærere in suis subjectis.

Explicatur supradicta definitio.

Quid sit subsistere.

Solutio.

Nota.

De di-

De diuisione substantiæ in primam & secundam.

QVAESTIO II.

PRimas substantias intelligit Aristoteles particulares substantias seu individua, quia illis videtur substantiæ ratio primò & per se conuenire: per secundas verò, vniuersales seu præcisas intelligit, quia non nisi secundariò, & beneficio primarum videntur subsistere. Est autem hæc diuisio substantiæ in primam & secundam, seu in particularem & vniuersalem, non generis in species, qualis est diuisio substantiæ in corpus & spiritum: neque totius in partes, qualis est diuisio substantiæ corporeæ in materiam & formam: sed diuisio rei penes accidentia, qualis est diuisio hominis in doctum & ignarum, & vt clariùs loquar, est diuisio naturæ substantialis penes diuersos essendi modos, nempe vniuersalitatem & particularitatem: nam hæc substantiæ diuisio est generis impropriè seu analogi in sua analogata, quorum principale analogatum, fit prima substantia; minus verò principale, secunda.

Qualis sit diuisio substantiæ in primam & secundam.

Vt autem planiùs intelligas, cur particulares substantiæ maximè propriè substantiæ dicantur, nota substantiam dictum à substando, cùm à subsistendo: proprium enim substantiæ est tum substerni seu subesse accidentibus, quod est substare, cùm per se, seu non alio existere, quod est subsistere: Vtrumque autem magis conuenit particularibus seu primis substantijs, quam vniuersalibus seu secundis. nam primæ substantiæ per se primò non tantùm accidentibus, sed etiam ipsis secundis substantijs substant: At verò secundæ substantiæ non substant primis, sed solis accidentibus, idque beneficio primarum: Deinde primæ substantiæ subsistunt in se ipsis, & nullo modo in alio; at verò secundæ in primis subsistunt, licet non eo modo quo accidentia in suis subjectis existunt. Cæterùm primæ substantiæ dicuntur esse in secundis sicut partes subjectiuæ in totis potentialibus, seu vniuersalibus: contrà verò secundæ in primis sicut partes essentiales in totis essentialibus, aut certè sicut essentiæ in suppositis existentibus.

Substantiæ tum à substando, cùm à subsistendo dictæ.

Cur primæ magis quam secundæ dicantur substantiæ.

Quomodo primæ in secundis, & secundæ in primis esse dicantur.

Quanam reponantur in directa serie huius categoriæ, & quanam ab ea excludantur.

QVAESTIO III.

PEndet hujus quæstionis solutio ex quæstione tertia præcedentis disputationis: nam ea substantia in qua reperiuntur conditiones illic expressæ, est verè categorica, & in directa serie collocatur: Et quia inter cæteras conditiones entis categorici vna est, vt sit essentia & perfectione finitum; idcirco vt ibidem monuimus, Deus non includitur hujus aut alterius categoriæ ambitu: Adde quod repugnat Deum vlli rerum generi subijci: genus enim illud si daretur, esset commune Deo & alteri rei creatæ quæ sub eodem genere contineretur: At verò infinita naturæ diuinæ perfectio nullam patitur vllius attributi essentialis communionem cum vlla re finita: sunt enim omnia essentialia tributa Dei infinitæ perfectionis, at verò nulla res creata capax est ejusmodi attributorum; quare nullum potest esse attributum commune Deo & creaturis. Deinde, si concipi posset præcisa aliqua ratio in Deo, sequeretur aliquam in Deo esse essentialium attributorum distinctionem; saltem ex natura rei, ac proinde aliquam ex ipsis compositionem, quæ planè nulla est, cùm nullum sit essentiale attributum in Deo, quod non sit ipsamet simplicissima Dei essentia. Denique ad rationem categoricæ substantiæ pertinet vt subsistet accidentibus, at verò repugnat Deum accidentibus subesse, cùm nulli mutationi sit obnoxius.

Deum nulla includit categoria.

1.

2.

3.

4.

Angeli & Cœli in categoria substantia reponuntur. Ratio.

Quod spectat ad Angelos & cœlos, licèt nonnullis visum sit eos ad substantiam categoricam minimè pertinere, eo quod solam substantiam generabilem & corruptibilem summum genus hujus prædicamenti esse voluerūt, nihilominus tamen cùm probabilius sit substantiam finitam, & completam in commune sumptam summum esse genus hujus categoriæ, cùm eadem ratione & formali conceptu vniuoce prædicetur de omnibus substantijs finitis, & completis, siue corporeæ sint, siue incorporeæ, siue corruptibiles, siue incorruptibiles, hinc sequitur tum Angelos cùm cœlos in hujus prædicamenti serie collocādos esse. Hinc fit vt substantia, quatenus est genus commune spiritui & corpori, nec spiritualis sit, nec corporea, sed ab vtriusque ratione præcisa. Et quamuis Angeli non

Substantia in genere nec spiritualis est nec corporea.

Digitized by Google

li non sint ex materia & forma compositi, vt sunt res corporeæ, hoc tamen non obstat, quo minus constent ex genere & differentia.

Individua reponuntur in Categoria. Ratio.

Quod attinet ad individua, licèt ipsa ratio individuationis per se ac directè non ponatur in categoria substantiæ, sed tantùm ad eam reuocetur, non secus ac differentiæ, nihilominus tamen ipsa individua per se ac directè ponuntur in categoria, suntque veluti basis totius seriei. Cùm enim secundæ substantiæ in ea collocentur, multo potiori iure primæ etiam in eadem reponuntur, cùm sint veluti fundamenta secundarum,

Partes & differentiæ substantiarum excluduntur à re- ta serie. Ratio.

Denique licèt partes & differentiæ substantiarum sint substantiæ, non tamen per se collocantur in directa serie categoriæ, eo quod sint completa quædam entia, & ad integritatem ac constitutionem completorum pertineant. Neque enim sub eodem genere propriè contineri possunt, cùm nihil detur commune synonymum substantiæ completæ & incompletæ.

Quænam sint proprietates substantiæ.

QVAESTIO IV.

Seu substantiæ proprietates.

SEx traduntur ab Aristotele in libro categoriarum substantiæ proprietates, per quas ab aliis entium generibus dignoscitur. Prima est, non esse in subiecto: intelligo in subiecto inhæsionis more accidentium, quod tam secundis quàm substantiis conuenit, vti quæstione secũda huius sectionis explicauimus. Secunda, dici synonymè, quòd solis substantiis secundis conuenit. Primæ enim de pluribus non dicuntur: in quo differt substantia ab accidentibus, quæ in concreto dicuntur paronymῶς, non synonymῶς propriè, vt suprà explicatum est in primo tractatu, vbi de paronymis seu denominatiuis. Tertia primam substantiam significare hoc aliquid, id est naturam particularem: secundam verò significare quale quid, id est, naturam qualitate aliqua, nempe vniuersalitate affectam, neque tamen propterea dicitur prædicari in quale quid, quia non solet responderi ad quæstionem factam per quale, vt solent differentiæ, proprietates, & accidentia, quæ propterea dicitur prædicari in quale quid. Quarta est, nihil habere contrarium, quod quidem omni,

Prima, non esse in subiecto.

2. Dici synonymè.

3. Significare hoc aliquid.

4. Nihil habere contrarium.

sed non soli substantiæ competit; sunt enim quædam accidentia quæ non habent contrariũ, vt quantitas & qualitates nonnullæ. Et quamuis quædã substãtiæ inter se pugnare videantur, vt ignis & aqua, non tamẽ quatenus substantiæ, sed quatenus contrariis qualitatibus, nempe calore, frigore, humiditate, siccitate præditæ sunt: sicque substantia substantiæ per se non est contraria. Quòd si dicas differentias oppositas esse cõtrarias, verbi gratia, rationale & irrationale. Respondeo esse quidem oppositas, sed nõ propriè contrarias, vti docuimus quæstione 2. sectione 3. disputatione 2. 2. tractatus huius primæ partis. Quinta est, non susciperе magis & minus, seu non posse prædicari secundùm magis & minus, vti solẽt quædam accidẽtia, verbi gratia, calor, frigus, &c. prædicantur in concreto de suis subiectis secundùm magis & minus: vnde vnum dicitur magis aut minus calidum: magis aut minus frigidũ, quàm alterum, quod ex eo prouenit quòd illa accidentia secũdùm suam entitatem magis aut minus participentur à suis subiectis, verbi gratia, calor, secundùm entitatem caloris, plus aut minus participatur ab vno, quàm ab alio: vnde dicimus plus caloris esse in vno quàm in alio. Hoc autem de substantia dici non potest, cuius entitas secundùm participationem est indiuisibilis. Neque enim humana natura secundùm suam ipsius entitatem, plus ab vno indiuiduo participatur, quàm ab altero; absurdè enim loqueretur qui diceret plus esse humanæ naturæ in Petro quàm in Paulo: Quo fit, vt vnus non dicatur magis homo quàm alius, licèt vnus præstantior altero dici possit, quod secundùm qualitatem vel operationem accipiendum est, non verò secũdum naturæ entitatem: sic enim vnus altero ingeniosior, nobilior, fortior, &c. esse ac dici potest.

Quinta non intendi nõ remitti.

Sexta, varacem contrarietatis.

Sexta est, eandem numero posse susciperе contraria, quod intelligendum est secundùm diuersam temporis differentiam; neque enim contraria in eodem subiecto simul esse possunt, saltem in gradu intenso: sic eadem manus modò frigida esse potest, modò calida, neque tamen existimandum est omnem substantiam omnis contrarietatis capacem esse, immò dari potest aliqua substantia omnis contrarietatis expers, id est, in quam contraria cadere non possunt, nempe cœlum. Deinde cygnus natura sua candidus, nigredinem non potest susciperе, sicut nec coruus albedinem,

bedinem, licèt tamen alia contrariorum genera possint susciperе.

Quanam sit series seu coordinatio substantiæ Categoricæ.

QVAESTIO VI.

SVbstantia categorica, id est, quæ per se, & directè in categoria collocatur (vt missam hic faciamus tum infinitam, quæ est Deus; cùm incompletâ, vt sunt partes & differentiæ substantiarum) alia spiritualis seu incorporea est, alia corporea. Incorporea dicitur Spiritus, isque bonus vel malus. Bonorum Spirituum tres sunt Hierarchiæ, & vniuscuiusque tres ordines. Sunt igitur in prima Hierarchia, Seraphim, Cherubim, Throni; in secunda Dominationes, Virtutes, Potestates: in tertia Principatus, Archangeli, Angeli. Malorum alij sunt principes; vt Lucifer, Beelzebub, &c alij verò subministri, quorum ingens est multitudo. *Substantia spiritualis.* Substantia corporea dicitur corpus, illúdque vel inanimatum, vel animatum: Inanimatum rursus vel est simplex, vel mixtum: simplex verò incorruptibile est, aut corruptibile, illud dicitur Cœlum, hoc verò Elementum: Cœli autem omninò sunt duodecim, nempe Cœlum Empyreum, primum mobile, Cryſtallinum duplex (vt valde probabile sentit Clauius) Firmamentum, deinde Cœlum Saturni, Iouis, Martis, Solis, Veneris, Mercurij, Lunæ: Elementa verò quatuor, ignis, aër, aqua, terra. Corpus mixtum aliud est imperfectum, vt sunt Meteora, illúdque aut igneum, vt cometæ, fulmen, &c. aëreum, vt venti, terræmotus; aut aqueum, vt nubes, pluuia, &c. aliud verò perfectum, nempe lapides communes, vt silex, vel pretiosi, vt gemmæ: Metalla, vt aurum, argentum, æs, stannum, plumbum, ferrum: liquores, vt aquæ stillatæ, gummi, sulphur. *Substantia corporea. Inanimata.*

Animatum seu viuens, vel est sensus expers, & dicitur planta; vel sensus capax, & dicitur animal. Plantarum quatuor genera, nempe arbor, vt pomus, pirus, prunus: frutex, vt geniſta, myrtus, arundo: Radix vt allium, cæpe, rapa: herba, vt Borago, Menta, Thymum. Animal aliud irrationale est, nempe brutum, quod quidem vel est volatile, vt aues; vel aquatile, vt pisces; vel terrenum, illúdque vel gressile, vt quadrupes; vel reptile, vt serpentes; vel immobile vt Zoophita. Denique aliud animal rationale est, nempe homo, vt Petrus, Paulus, &c. quam seriem faciliùs in sequenti paradigmate poteris intueri. *Animata.*

Digitized by Google

Tabula Subſtantiæ.



SE-

Complet-
ta qua
ſola eſt
ſumm
genus
ſubſt
tia pr
cam
lis.

Digitized by Google

SECVNDA SECTIO.

DE QVANTITATE.

Quid sit Quantitas.

QVAESTIO. I.

PRætermissis hoc loco difficultatibus ijs quæ cõmodius in Physica solent explicari, eas tantùm de quantitate quæstiones proponemus quæ ad hujus categoriæ intelligentiam magis conferunt. Quod igitur ad propositam quæstionem spectat, in cujus explicatione insignes tum Theologi cùm Philosophi anxiè laborarunt, sciendum est tria esse præcipua quæ substantia à quantitate mutuatur, nempe quod sit mensurabilis, quòd sit diuidua, denique quòd sit partibus extensa: horum enim trium ratio & causa formalis est quantitas. Verum in quonam horum essentialis ratio quantitatis posita sit, quæritur. D. Thom. in eo esse arbitratur, quod sit ratio mensuræ. Nonnulli sectatores D. Thomæ in eo ponunt, quòd sit ratio diuisionis: Sed probabilissimè Scotus & alij in eo quod sit ratio extensionis. Quam sententiam vltro amplectimur, vtpote alijs verosimiliorem. Nam in eo cujusque rei essentialis ratio ponenda est, quod est in ea omnium primum: At ratio extensionis natura prior est in quantitate ratione diuisionis & mensuræ, ex eo enim aliquid diuidi potest, aut mensurari, quia nempe extensum est. Quare in ratione formali extensionis consistit ipsius quantitatis ratio & natura, sicque ratio diuisionis ac mensuræ, sunt quantitatis proprietates ab illo essentiali quantitatis principio veluti profluentes. Verum cùm duplex esse possit extensio rei quantæ, altera velut externa & sensibus perspecta, nempe extensio partium in ordine ad locum: altera verò interna à sensibus planè remota, nempe extensio earundem partium in ordine ad se; grauis hîc difficultas oritur, quænam extensio sit essentialis & intima ratio quantitatis. Durandus enim & ejus sequaces, priorem illam externam in ordine ad locum; quantitati essentialem esse putant, ita vt nullum corpus quantum seu quantitate præditum esse putent, quod non sit extensum in loco. Neque enim posterius istud genus

Tria potissimum à quantitate substantia mutuatur.

Tres de quæst. proposita sententia.

I. D. Thom. Secunda. Tertia verisimilior.

Probatur.

Duplex extensio. Externa.

Interna. Alia grauior difficultas.

Prior sententia. Posterior, eaque vera sententia.

Digitized by Google

extensionis agnoscunt, sed quasi fictitiuum & commentitium repudiant. At verò alij melius censent ratione essentialem quantitatis positam esse in extensione partium extra partes, in ordine ad se, non verò in ordine ad locū, quam sententiam fides orthodoxa confirmat. Credimus enim in augustissimo Eucharistiæ Sacramēto Christi corpus totam suam quantitatem habere quam habet in cœlo, absque tamen extensione in ordine ad locum. Cùm igitur virtute diuina saltem, vera corporis quantitas esse possit sine illa extensione externa, signum est illam non esse de essentia quantitatis. Repugnat enim aliquid esse sine eo quod ad ejus essentiam pertinet; quare necesse est rationem quantitatis in alio positam esse, nempe in extensione partium in ordine ad se. Et certè natura prius est partes rei quantæ extensas esse simpliciter, seu in ordine ad se, quàm in ordine ad locum, cùm locus sit quid extrinsecum rei quantæ. Quare non immeritò dicimus extensionem ad locum esse proprietatem quantitatis ex alia illa interna & essentiali extensione profluentem.

Probatur primò ex fide.

Secundò, ratione.

Explicatur hæc sententia.

Tria partium genera

Vt verò intelligas quarum partium sit illa extensio, nota in eodem corpore, verbi gratia, in arbore, tria partium genera considerari, nempe partes essentiales Metaphysicas, quæ sunt genus & differentia: deinde partes componentes Physicas, quæ sunt materia & forma; denique partes integrantes & entitatiuas, ratione quarum plus aut minus substantiæ in aliquo esse dicitur, vt in magna arbore plus, in exigua verò minus. Munus igitur quantitatis est, nō vt partem vnam essentialem aut componentem extra aliam ponat, hoc enim fieri non potest compositio essentiali aut Physico remanente, sed vt partem vnam integrantem seu entitatiuam extra aliam esse faciat. Namque partes ejusmodi integrantes substantiæ inter se confusæ sunt & permixtæ, nisi accessu quantitatis inter se distinguantur, ita vt illa accidente vna pars incipiat esse extra aliam. Itaque formalis effectus quantitatis ille est, quod per ipsam partes substantiæ corporeæ integrantes, ordinem ac situm inter se habeant. Ex quo sequitur naturaliter vt situm quoque seu extensionem habeant ad locum; & ex eo sequitur quod subjectum illud sit diuisibile: deinde quod sit mensurabile, æquale alteri vel inæquale, finitum, vel infinitum, vnum vel multiplex,

Proprium quantitatis munus.

Formalis effectus quantitatis.

plex. Ex his autem colligitur hæc essentialis definitio quantitatis, vt sit ratio extensionis partium in ordine ad se. Vbi per rationem intelligitur ratio formalis: per extensionem, ordo quidam & situs: per partes, intelliguntur partes substantiæ corporeæ integrantes: ad litur (in ordine ad se) ne putes extensionem in ordine ad locum esse essentialem. Quòd si quæras, quid fiet de partibus illis integrantibus seu entitatiuis substantiæ corporeæ, si ab ea Deus, qua est virtute, quantitatem separet. Respondeo tunc omnes illas partes futuras in puncto, non tantùm in puncto loci, quomodo esse possunt, etiamsi sint formaliter extẽsę in ordine ad se, sed etiam in puncto sui, ita vt nulla futura sit inter illas distinctio. Neque propterea imaginandum est partes illas, motu quodam locali ad punctum illud confluxuras, hoc enim fieret per instantaneam inceptionem & definitionem, ita vt eodem temporis momento desinerent esse in loco, inciperent esse in puncto. Si quæras an id contingeret in corpore humano, & in quouis alio corpore heterogeneo, si Deus ab eo quantitatem auferret. Respondeo ita esse, neque futurum postea corpus heterogeneum. Repugnat enim vllam esse partium, pura capitis, pectoris, &c. distinctionem sine quantitate, sed remaneret tantum tota illa substantia corporea ad punctum redacta, & suis orbata dispositionibus, quæ non nisi mediante quantitate possunt afficere corpoream substantiam aut partes ejus.

Essentiale. D finitio. quantitatis.

Dubium.

Resolutio.

Dubium.

Responsio.

Ex hac autem hypothesi intelligimus quantitatem esse diuina virtute separabilem à substantia corporea, ac proinde realiter distinctam, præsertim cùm possit separata conseruari, vt patet in augustissimo Eucharistiæ sacramento; in quo videre est quantitatẽ panis cum omnibus ejus accidentibus, sine tamen panis substantia existere.

Quantitas est separabilis à sua substantia.

Quanam in ista quantitatis Categoria reponantur, seu quanam sint propriæ species quantitatis.

QVAESTIO II.

ETsi quantitas, si physicè spectetur, quatenus est proprietas entis corporei vnica specie sit in omnibus

rebus quantis, quibus extensionem præbet secundùm omnes dimensionum differentias, longitudinem nempe, latitudinem, & profunditatem: Nihilominus tamen si præcisè & formaliter accipiantur, quatenus in genere est ratio extensionis partium rei, siue res illa sit quid permanens, siue fluens & successiua, quinque omninò sunt species quantitatis categoricæ, tres quidem species quantitatis permanentis, linea nempe, superficies, & corpus siue crassities: duæ verò quantitatis successiuæ, nempe motus & tempus, quæ omnes sigillatim definiendæ & explicandæ sunt, deinde explodendæ erunt eæ quæ nothæ sunt & adulterinæ.

5. omnino sunt species quantitatis.

Species quantitatis per manentis.

Quid sint Linea, Superficies, crassities.

Quod igitur spectat ad tres illas quantitatis permanentis species, nemo non eas recipit, licet enim non extet illa superficies sine corpore seu crassitie, nec linea sine superficie, distinguuntur tamen inter se formaliter: Siquidem definitur linea, longitudo sine latitudine: superficies, latitudo sine profunditate: corpus seu crassities, quantitas trina constans dimensione, longitudine, latitudine & profunditate: Quod verò spectat ad species quantitatis successiuæ, motus, quatenus est quantitas, definiri potest, fluxus formę, vel continua, & non interrupta successio partium mutationis: Ex qua descriptione intelligis, speciem hanc quantitatis non tam esse motum quàm proprietatem motus, defectu tamen vocabuli motum appellari. Tempus quoq; definiri potest, duratio motus ratione partium priorum & posteriorum, seu iuxta Aristotelem, mensura motus secundùm prius & posterius. Distinguitur autem posterior hæc species motus formaliter à priori, quod prior sit ipsa successio partium motus, hæc verò duratio successionis illius. Si quæras an quantitas sit genus synonymum, an verò tantùm analogum respectu quantitatis continuæ permanentis successiuæ. Respondeo vulgò quasi genus synonymum ab omnibus recipi. Si tamen res ad viuum resecetur, videri duntaxat analogum, eo quòd sit planè alia ratio extensionis in subsantia corporea permanente, alia verò in accidente transeunte.

Species quantitatis successiuæ.

Quid motus.

Quid Tempus. Dubium. Solutio.

Tres minus legitimè species quantitatis.

Numerus nè est vera species quantitatis.

Iam verò vt ad nothas seu minus legitimas species quantitatis accedamus, tres illæ sunt quas nonnullibi Aristoteles inter quantitatis species enumerat, nempe numerus, oratio, & locus, de quibus breuiter & sigillatim discu-

discutiendum est, an sint veræ species quantitatis. Et quidem quod spectat ad numerum, quæ dicitur quantitas discreta, eo quòd constet partibus discretis, seu disiunctis, ad distinctionem quantitatis continuæ quæ constat partibus communi vinculo copulatis: tenendum est non esse veram speciem quantitatis categoricæ: ita vt quantitas in genere respectu continuæ & discretæ, non sit verum & synonymum genus, sed analogum quod propriè quantitati continuæ conuenit, discretæ verò non nisi analogicè & valdè impropriè. Fundamentum huius nostræ assertionis est, tum quòd numerus non sit ens reale, tum quòd non sit aliquid vnum per se. Si enim formaliter consideretur pro præcisa aliqua multitudine vnitatum, quo modo variæ sunt eius species, vt binarius, ternarius, &c. non potest vllo modo dici ens reale, tum quia vnitates illę ex quibus constat, nihil aliud sunt, quàm indiuisiones, seu negationes diuisionum, quæ nihil sunt reale, vt patet: tum quia collectio & limitatio vnitatum per quam numeri inter se distinguuntur, tota pendet ab operatione intellectus tot & non plures vnitates simul colligẽtis: Si verò materialiter spectetur pro multis rebus ipsis, notissimum est numerum non posse dici vnum per se, sed tantùm per aggregationem, quo modo exercitus dicitur aliquid vnum. Neque enim ex pluribus rebus completis, & per se subsistentibus aliquid vnum fieri potest.

Fundamentum assertionis.

Quod spectat ad orationem, si physicè consideretur, non est vnum per se, sed ex multis syllabis constat: vnaquæque autem syllaba sonus est articulatus ab alia syllaba distinctus: sicque si dicenda esset species quantitatis, ad numerum reuocanda esset: atqui numerum à categoria quantitatis exclusimus. Quòd si morulam illam spectes, quæ in proferenda vnaquaque syllaba impenditur, tunc ad speciem aliquam successiuæ quantitatis, motum nempe vel tempus referenda erit. Denique locus, vt sic, id est, quatenus locus, non pertinet ad categoriam quantitatis, sed ad categoriam Vbi. Quia locus, vt sic, forma quædam est externa non penitus insita, sed adiacẽs, nullam rei denominatæ extensionem tribuens, vnde res à loco non denominatur quanta, sed locata. At verò quantitas omnis, forma quædam est intimè subiectum afficiẽs, & cui extensionem tanquam formalem sui effectum

Oratio vt sic, nõ est species quantitatis.

Locus, vt sic nõ est species Quantitatis. Ratio.

tribuit. Loquimur autem hic de loco vt sic, quatenus locus est, seu quatenus est id quod ambit ac denominat rem locatam. Si enim consideretur quatenus est extrema superficies rei locantis seu corporis ambientis, est species quantitatis, sed non ab aliis distincta, vt patet: Sic enim pertinet ad speciem quantitatis permanentis, nempe superficiem.

Quanam sint proprietates Quantitatis.

QVAESTIO III.

PRæter eas Quantitatis proprietates, quas obiter notauimus quæstione prima huius sectionis, nempe extensionem in ordine ad locum diuidi posse, mensurari posse; &c. tres alias profert Aristoteles c. de Quantitate.

Tres proprietates Quantitatis.

Prima. Prima est, Quantitati nihil esse contrarium: quod intelligendum est de propria contrarietate. Reperitur enim quædam impropria contrarietas inter maiorem & minorem quantitatem.

Secunda. Secunda est, quòd Quantitas non suscipit magis & minùs, licèt suscipiat plus & minus: ratio est, quia non possunt plures quantitatis partes in eadem subiecti parte recipi, sicut possunt plures eiusdem qualitatis, verbi causa, caloris gradus in eadem parte subiecti reperiri: sic enim vnum dicitur calidius alio, non quia plures partes habet calidas, sed quia partes habet calidiores.

Tertia. Tertia est, quòd ab ea res denominantur æquales vel inæquales; quod accipiendum est de propria æqualitate & inæqualitate, nempe de æqualitate & inæqualitate extensionis: alioqui æqualitas & inæqualitas dici possunt in aliis rerum generibus, sed minùs propriè: Sic enim duos homines æquè ingeniosos, doctos, & bonos, æquales dicimus, æqualitate nempe perfectionis.

Quanam sit series seu coordinatio huius Categoriæ.

QVAESTIO IV.

Quantitas continua permanens.

QVantitas latè & analogicè sumpta, alia est cõtinua. seu propriè dicta; alia discreta, quæ non est Categorica, dicitúrque numerus. Continua rursus alia permanẽs est, alia successiua: Permanens est linea, eaque recta, vel curua,

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ
ROMA
VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

curua; vtriusque varias species lege apud Mathematicos. Superficies, eaque similiter plana vel curua, cuius vtriusq; varia genera assignantur à Mathematicis. Denique corpus seu crassities. Est autem corpus Mathematicum aliud orbiculare, aliud angulare, aliud mixtum. Rursùs angulare, aliud irregulare, aliud regulare, nempe tetrahedron, hexahedron, octahedron, dodecahedron, icosahedron.

Quantitas continua successiua.

Continua quantitas successiua est, tempus & motus. Tempus, inquam, naturale, præteritum, futurum: vel artificiale, vt lustrum, indictio, sæculum, Motus verò triplex, accretionis, & decretionis, secundùm quantitatem; alterationis secundùm qualitatem; lationis seu motus localis secundùm locum, isque rectus sursum, deorsum, orbicularis, mixtus.

Quantitas discreta.

Discreta quantitas, est numerus, isque par vel impar. Par est triplex, nempe pariter par, vt octonarius; pariter impar, vt senarius; impariter par, vt duodenarius. Impar verò duplex, primus & incompositus, vt quinarius. Secundus & compositus, vt nouenarius. Alias minutiorum horũ numerorum subdiuisiones quære apud Arithmeticos.

TERTIA SECTIO, DE QVALITATE.

Quid sit Qualitas.

QVAESTIO I.

Qualitatis descriptio. Cur sic dicta.

QValitas omnium accidentium latissimè patens describitur ab Aristotele, A qua res denominantur quales. Itaque omne accidens insitum, quod neque quantitas est, nec relatio, dicitur qualitas, quia nempe subiectum per modum intrinsecæ & essentialis formæ qualificat seu determinat & perficit. Licèt enim tum quantitas, tùm relatio & actiones nonnullæ, tùm etiam passiones subiectum intrinsecus afficiant, non tamen per modum essentialis formæ determinant ac perficiunt, non quidem quantitas, quia materiam potiùs quàm formam imitatur, nec tam subiectum perficit ad operandum, quàm ad patiendum disponit: Relatio verò nec perfectionem dicit, nec imperfectionem, vt multi probabiliter asserunt, nec

Digitized by Google

tam ſubiectum in ſe ipſo quàm in ordine ad aliud perficit. Actio verò & paſſio non tam formæ quàm formarum actus dici debent. Quare ſola qualitas eſt quæ per modũ eſſentialis formæ ſubiectum propriè perficit. Ex quo intelligis quî differat hoc prædicamentum à cęteris: Quare deſcribi poteſt in hunc modum, Accidens entitatiuum, abſolutum, ſubiectum ad modum ſubſtãtialis formæ determinans. Dicitur accidens entitatiuum, vt ſecernatur ab illis accidentibus, quæ non ſunt veræ entitates, ſee tãtùm modi eſſendi, vt ſunt poſtrema ſex prædicameuta: dicitur abſolutum, vt diſtinguatur à relatione, quæ eſt accidens reſpectiuum: additur (ad modum ſubſtantialis formæ determinans) vt diſtinguatur à quantitate, quæ materiã potiùs quàm formam imitatur. Cæterùm licèt qualitates ſint entia ſimpliciter abſoluta, hoc tamen non obſtat quo minus relationes aliquas inuoluant improprias, & ſecundùm dici, vt loquuntur: ſic enim Scientia, quæ eſt de primo genere qualitatis, eſſentialem ordinem ſeu habitudinem includit ad obiectum de quo inſtituta eſt.

Alia qualitatis accuratior deſcriptio.

Relationes ſecundum dici.

An legitima ſit qualitatis diuiſio in quatuor vulgatas ſpecies.

QVAESTIO II.

QVatuor qualitatis ſpecies in genere ab Ariſtotele traditæ, & ab omnibus Peripateticis receptæ ſunt, ad quas tanquam ad capita omne genus qualitatis reuocandum eſt. Prima ſpecies dicitur Habitus & diſpoſitio: ſecunda, Naturalis facultas & imbecillitas: tertia, Patibilis qualitas & paſſio: quarta, Forma & figura. Colligitur autem iſte quaternarius numerus qualitatum, in hunc modum: qualitas accidentaria quædam forma eſt ſubſtantiæ, quæ comparari poteſt vel cum natura ſubiecti vel cum eiuſdem ſubiecti actione & paſſione, vel deniq; cum eiuſdem ſubiecti quantitate. Si igitur cum natura ſubiecti comparetur, quatenus illi conſentanea vel diſſentanea eſt, dicitur habitus & diſpoſitio: habitus quidem, ſi ægrè à ſubiecto dimoueri poſſit; diſpoſitio verò ſi facile. Si cum eiuſdem ſubiecti actione & paſſione comparetur, aut ſpectabitur vt principiũ actionis & paſſionis, aut vt terminus: ſi vt principium, dicetur naturalis facultas &

Eſſe quatuor qualitatis ſpecies probatur. Primò.

Digitized by Google

tas & imbecillitas, & quidem si sit principium fortiter agendi, appellatur facultas; si verò principium debiliter agendi, imbecillitas. Si verò consideretur vt terminus, qui in actione & passione acquiritur, dicetur patibilis qualitas & Passio: patibilis, inquam qualitas, si diu maneat: passio verò si breui pereat. Si denique comparetur cum quantitate, quatenus illam modificat ac determinat, dicetur Forma & Figura: Forma quidem, si physicè spectetur, cum materia cohærens: Figura verò si mathematicè spectetur extra omnem materiam.

Est etiam alter modus colligendi istas quatuor species qualitatis. Qualitas aut est in sola superficie substantiæ, seu extima; aut intima est: si extima est, seu in sola superficie, erit forma vel figura: si intima, aut sensibus subjecta, vel non: si sensibus subjecta sit, erit patibilis qualitas, vel passio: si verò non sit sensibus subjecta, aut erit à natura insita, dicetúrque naturalis facultas, vel imbecillitas: aut erit acquisita, dicetúrque habitus vel dispositio.

De habitu & dispositione.

QVAESTIO III.

PRima hæc Qualitatis species duplici vocabulo, sicut & reliquæ, exprimitur ab Aristotele. Est autem vtriusque multiplex acceptio, & quidem Habitus primò accipitur pro eo omni quod priuationi opponitur, quo modo scribit Aristoteles, A priuatione ad habitum non dari regressum. Secundò habitus accipitur pro circumjacentia indumentorum, & pro eo omni quod corpori tanquam indumentum aut ornamentum adjacet, quo modo pertinet ad vltimum prædicamentum. Tertiò accipitur pro eo genere qualitatis qua benè vel malè subjectum afficitur, quo modo constituit primam speciem qualitatis. Similiter dispositio. Primò accipitur pro præuia materiæ seu subjecti præparatione ad formam commodè recipiendam, quæ acceptio apud Physiologos vsu trita est. Secundò pro situ seu positura corporis & partium ejus, quo modo pertinet ad penultimum prædicamentum. Tertiò pro habitu inchoato, nedum in subjecto firmiter inhærente. Ex quo intelligere est habitum & dispositionem hîc pro eadem specie qualitatis

Habitus accipitur. Primò.

Secundò.

Tertiò.

Dispositio accipitur. Primò. Secundò.

Tertiò.

Digitized by Google

accipi, quæ cùm leuiter inhæret, appellatur disposítio, cùm verò firmiter, appellatur habitus. Itaque sicut potest homo idem ex puero in virum euadere non mutata specie; Ita eadem numero qualitas potest ex dispositione fieri habitus. Cæterùm non est diffitendum quasdam qualitates magis propriè habitus dici quàm dispositiones, & è contra. Quare Aristoteles opinionem, morbum &c. appellat dispositiones; Scientiam verò, virtutem, robur corporis, appellat habitus. Habituum autem varia sunt genera, alij enim sunt animi, alij verò corporis. Qui sunt in animo habitus, aut infusi sunt diuinitus, aut naturaliter acquisiti. Si diuinitus infusi, sunt gratia gratum faciens, virtutes Theologicæ, dona Spiritus Sancti: Gratiæ gratis datæ. Si naturaliter acquisiti, aut sunt in facultatibus cognoscitiuis, aut in appetitiuis; si in facultatibus cognoscitiuis, aut in sensibus internis, vt in phantasia, æstimatiua, memoria: Aut in intellectu; estque aut semper verus, vt scientia, prudentia, ars; aut semper falsus, vt error; aut medius, vt opinio. Scientiarum verò & artium varia sunt genera, quæ breuitatis causa prætermittimus, de ijs enim alius est dicendi locus. Appetitiuarum autem facultatum habitus, sunt virtutes aut vitia illis virtutibus opposita.

Habituum distinctio. Habitus animi infusi. Acquisiti.

Habitus corporis.

Iam verò qui sunt in corpore habitus, aut illud bene afficiunt, aut malè. Idque vel ex toto vel in parte. Corpus ex toto benè afficit sanitas, robur, &c. Malè verò infirmitas, imbecillitas. Ex parte verò benè afficiunt lacertorum robur, pedum velocitas, &c. malè verò vniuscujusque membri indispositio, languor, & peculiares morbi.

De naturali facultate & imbecillitate.

QVAESTIO IV.

Quid sint.

NAturalis potentia, seu facultas hoc loco dicitur quâ fortiter quæque agit aut resistit: Impotentia verò seu imbecillitas quâ ægrè res operatur aut resistit. Quo loco nota impotentiam seu imbecillitatem hîc non significare priuationem, sed potentiam seu facultatem debilem. Ex quo intelligis naturalem facultatem & imbecillitatem non esse distinctas species: neque enim facultas videndi in iuuene, differt specie à facultate videndi in

Digitized by Google

di in sene. Cæterùm, differt hæc secunda speciesqualitatis à prima, quòd habitus & dispositio sit qualitas acquisita, vt naturalis facultas sit à natura nobis congenita: Adde facultatem vim simpliciter operandi tribuere: ita vt illa sublata nulla superfit operandi potentia: Habitum verò vim faciliùs operandi, ita vt sublato habitu possit adhuc res, licèt non cum tanta facilitate, operari. Præterea non facultas habitui, sed habitus facultati superadditur: imò eadem facultas plures habitus sibi comparare potest. *Quæ differentia hæc species qualitatis à prima.* *Non tantùm facultatis diuisio.*

Facultatum autem aliæ sunt rerum inanimatarum propriæ, quæ variæ sunt pro varia conditione naturæ cuiusq; aliæ verò rerum animatarum, & quidem illæ generales: aut speciales. Generales sunt triplicis generis: quædam enim sequuntur gradum animæ vegetantis, aliæ gradum animæ sensitiuæ, aliæ gradum animæ rationalis. Vnde facultas animæ in genere triplex est, nempe vegetatiua, sensitiua, rationalis. Vegetatiua alia est principalis, nempe, nutritiua, augmentatiua, generatiua; alia administra, nempe attractiua, retentiua, digestiua, expulsiua. Sensitiua triplex, cognoscitiua, ad quam pertinent sensus tum exteriores cùm interiores. Locomotiua, vt facultas volandi, natandi, progrediendi. Appetitiua, nempe appetitus concupiscibilis & irascibilis. Facultas rationalis duplex est, nempe intellectus & voluntas. *Generales facultates rerum animatarum.*

Quod attinet ad speciales facultates rerum animatarum, aliæ sunt propriæ quarundam plantarum, vt vis dyctamni vulnerum sanatiua: aliq; quarundam belluarum, vt posse rugire in leonibus, hinnire in equis, &c. aliæ tandem hominum, vt posse ridere, admirari, loqui, &c. *Speciales facultate rerum animatarum.*

De patibili qualitate & passione.

QVAESTIO V.

RECTÈ monet Philosophus capite de Quali, patibiles qualitates & passiones ita appellari, non quod omnes ex passione aliqua nascantur, sed quòd omnes passionem aliquam in sensu efficiant: Quare ad hanc tertiam speciem eæ omnes, & quidem solæ qualitates pertinent, quæ sunt per se sensu aliquo perceptibiles. Dico per se sensibiles, vt excludant formam & figuram, qua ratione luminis, coloris, quantitatis sensu percipitur, nō verò per se. Cæterùm inter illas qualitatis species permultæ sunt, *Cur hæc species, Qualitatis fit dicta.*

Digitized by Google

quæ ex aliqua ſubiecti paſſione & ex aliarum qualitatum mutua actione & paſſione naſcũtur, vt ſunt colores, ſapores, odores, quæ ex temperie primarum qualitatũ, nempe caloris, frigoris, humiditatis & ſiccitatis naſcuntur. Hæ autem primæ qualitates elementorum propriè ex nulla ſubiecti aut aliarum qualitatũ præuia actione & paſſione naſcuntur. Dicuntur autem patibiles qualitates, quia ſenſum per ſe afficiunt. Et quoniam earum, quæ ex aliqua ſubiecti paſſione oriuntur, aliæ ſunt diuturniores, quæ ex permanenti aliqua paſſione pendent, vt pallor ex diuturno morbo contractus, aut canities ex vehemẽtiſſimo metu contracta. Aliæ verò ſunt breuiores quæ citiùs pereũt, quæ nempe ex tranſeunti aliqua paſſione naſcuntur, vt pallor ex metu, vel rubor ex pudore contractus. Hinc ortum diſcrimen accidentarium inter patibiles qualitates & paſſiones, quòd patibilis qualitas diuturniori, paſſio verò breuiori tempore duret. Differt autem à naturali facultate patibilis qualitas in hoc maximè, vt alias differẽtias minus legitimas prætermittã, quod naturalis facultas quia eſt abſtruſior & intimis naturę principiis coniũctior, non ſe promit exterius, nec ſe ſenſibus manifeſtat: At patibilis qualitas quia non adeò arcta neceſſitudine cum eſſentialibus principiis vincitur, hinc fit vt liberiùs ſeſe exteriùs efferat, & in ſenſus noſtros facilè incurrat.

Quid differat patibilis qualitas in paſſione.

Quid differat patibilis qualitas à naturali facultate.

Patibilis qualitatis partitio.

Et quoniam patibiles qualitates dicuntur, quę ſenſum afficiunt, optima earum videtur partitio quæ petitur ex ſenſibus: ita vt aliæ dicantur viſibiles, aliæ audibiles, aliæ olfactiles, aliæ guſtabiles, aliæ tactiles. Qualitas viſibilis, eſt lumen & color: colorum autem alij ſunt extremi, nẽpe albedo, nigredo; alij medij penè innumeri, vt viridis, rubeus, &c. Qualitas audibilis eſt ſonus qui vel eſt communis rebus inanimatis, vel proprius rerũ animatarũ, iſque vel articulatus, vel minimè articulatus, & hic quidem vel brutis animantibus vel homini conueniens. Qualitas olfactilis eſt odor, iſque ſuauis, cuius innumeræ ſunt ſpecies innominatæ; vel moleſtus, cuius item multæ ſunt ſpecies innominatæ. Qualitas guſtabilis eſt ſapor, iſque gratus. Qualitas tactilis, vel eſt motiua, quæ ſpectat ad pondus, nempe leuitas & grauitas: vel non eſt motiua, eaque vel prima, nempe quatuor qualitates elementares, calor, frigus, humiditas, ſiccitas. Secũda vt molle, durum, ariđ, lubri-

Qualitas viſibilis.

Qualitas audibilis.

Qualitas olfactilis.

Qualitas guſtabilis.

Qualitas tractabilis.

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

lubricum,læue,aſperum,ſubtile,ſpiſſum,ſtipatũ,liquidũ.

De Forma & Figura.

QVAESTIO VI.

QVarta ſeu poſtrema hæc ſpecies qualitatis naſcitur ex partium quantitatiuarum ſitu ac poſitione:ita vt eadem ſit realiter cum quantitate,licèt ab ipſa formaliter diſtinguatur. Alia enim eſt ratio formalis quantitatis,alia ratio formæ ſeu figuræ: vnde eadem numero quantitas figuram ſubinde mutare poteſt,vt patet in cera. Adde quantitatem ex materia,figuram verò ſeu formam externam ex interiori & ſubſtantiali formâ prouenire. Hinc alia eſt naturalis figura hominis,alia leonis,&c. licet eadẽ in vtroque ſit quantitas. Ex quibus patet formam ſeu figuram diſtingui formaliter à quantitate quam afficit. Licet autem eadem exterior compoſitio, forma externa, & etiam figura indiſcriminatim appellari poſſit: lubentius tamen naturales & phyſicas appellant formas, intelligibiles verò ſeu Mathematicas,figuras nuncupant. *Quid differat forma & figura à quantitate.*

Figura igitur ſeu forma generatim diuidi poteſt in Phyſicam ſeu naturalem,& Mathematicam ſeu abſtractã, & intelligibilem. Naturalis alia eſt inanimatorum,alia animatorum corporum propria; & quidem alia plantarum,alia belluarum,alia hominum. Mathematica autem alia imperfecta eſt, ſeu inchoata, alia verò perfecta ſeu completa. Et quidem vtraque linearis, plana vel ſolida, quarum omnium variæ ſunt ſpecies, quas à mathematicis poſſis repetere. *Figura ſeu forma partitio.*

Quænam ſint proprietates huius prædicamenti.

QVAESTIO VII.

TRes huius prædicamenti generales proprietates traduntur ab Ariſtotele. Prima, habere contrarium, quod licet nõ omnibus,ſolis tamen qualitatibus propriè conuenit: Dico nõ omnibus qualitatibus conuenire,quia naturales facultates,& plereque tum patibiles qualitates, cùm formę & figurę,non habent contrarium. Dico tamen ſolis propriè conuenire, quia pugna illa mutua,quæ ad *Tres qualitatis proprietates. Prima.*

Digitized by Google

rationē contrarietatis neceſſaria eſt, inter ſolas qualitates

Secunda. propriè reperitur, & beneficio illarū eadem reperitur pugna inter quaſdam ſubſtantias & earum actiones. Secūda proprietas eſt, ſuſcipere magis & minus, ſeu intēdi & remitti, quod non omnibus qualitatibus, verbi gratia naturalibus facultatibus & formis ac figuris non conuenit; ſed

Tertia. pleriſq; vt habitibus & patibilibus qualitatibus. Tertia, vt ab ea res dicantur ſimiles vel diſſimiles: quod intelligendū eſt de ſimilitudine ſecundùm accidens propriè dicta.

Quod ſpectat ad ſeriem ſeu coordinationem huius prædicamenti, facile poteſt intelligi ex diuiſione allata cuiuſqùe ſpeciei. Quare non eſt opus vt eadem diuiſio hic repetatur.

QVARTA SECTIO, DE RELATIONE.

Quid ſit Relatio, præſertim Categorica.

QVAESTIO I.

Generalis deſcriptio Relationis. RElatio generaliſſimè ſumpta deſcribi poteſt, formalis ratio referendi vnum ad aliud, quomodo quæuis cuiuſuis ad quoduis habitudo ſiue reſpectus poteſt dici relatio, & ſic relatio non diſtinguitur ab aliis accidentibus. Namque omne accidens, quatenus accidens, inuoluit relationem aliquam ſeu habitudinem ad ſubiectum cui accidit: Et permulta accidentia, vt facultates & habitus operatiui, ſpeciales habent reſpectus ad fines & obiecta circa quæ verſantur. Porro quia eiuſmodi habitudines ſunt veluti differentiæ eſſentiales entium abſolutorum, non cenſentur relationes categoricæ & propriè dictæ, ſiue relationes ſecundùm dici, vt vulgò loquuntur.

Accuratior deſcriptio Relationis. Quanam relationes excludantur ab hac Categoria. Relatio igitur categorica eſt ea, per quam formaliter aliquid refertur ad aliud non tanquam ad ſubiectum, aut obiectum, vel finem, ſed tanquam ad terminum: neque eſt pars eſſentialis vllius alterius accidentis, aut illius differentiam exprimit, ſed ipſa accidens eſt reale cuius tota ratio eſt ad aliud. Quibus conditionibus excluduntur inprimis relationes rationis, quæ non ſunt accidentia realia,

Digitized by Google

realia, vt est relatio rei cognitæ ad intellectum cognoscentem, aut rei visæ ad oculū intuentem. Deinde excluduntur relationes substantiales in diuinis, per quas diuinæ personæ constitui intelliguntur, quia non sunt accidētia. Præterea relationes omnes secundum dici, quia sunt partes entium absolutorum, aut eorum latentes differentias exprimunt, proinde non cōstituunt distinctam à reliquis categoriam. Porrò in omni vera & categorica relatione tria considerari debent: nempe subiectum, fundamētum propter quod in subiecto sit talis relatio; terminus ad quem spectet relatio: Quæ omnia exēplo facilè declarantur: Verbi gratia, paternitas est relatio categorica, seu ratio formalis per quam pater refertur ad filium: cuius relationis subiectum est homò qui genuit, fundamentum est tùm facultas qua potuit generare, tum præterita generatio: terminus verò est filius qui genitus est.

Tria in omni categorica relatione cōsideranda.

Subiectum.

Fundamentum.

Terminus.

Cæterùm relationis cuiusque fundamentum duplex est, aliud nempe remotum, quod dicitur simpliciter fundamentum, aliud verò proximum, quod non tam fundamentum, quàm ratio fundandi communiter appellatur: quia est conditio sine qua posito etiam fundamento, non sequeretur relatio: exempli gratia, fundamentum, remotum paternitatis, est facultas qua potuit homo generare; fundamentum verò proximum, seu ratio fundandi, est actualis generatio, quæ est conditio sine qua facultas generandi non esset fundamentum paternitatis. Sic in relatione similitudinis inter duos parietes candidos, fundamentum remotum sunt ipsæ qualitates, nempe candores; proximum verò seu ratio fundandi, est vnitas specifica ipsarum qualitatum; nempe quod sint eiusdem speciei: Et quoniam relationes categoricæ, de quibus hìc agimus, mutuæ sunt, ita vt relationi opposita relatio respondeat: hinc fit vt subiectum relationis relatum, seu relatiuum appelletur, terminus verò dicatur correlatum seu correlatiuum; ambo verò dicantur correlata seu correlatiua, & etiam extrema, quia inter ipsa versantur oppositæ relationes, verbi gratia, inter patrem & filium relatio paternitatis ex vna parte: & ei opposita relatio filiationis ex altera. Ex quoniam extrema categoricarum relationum, & fundamenta quoque quibus innituntur,

Fundamentum cuiusque relationis duplex.

Quidnam sint Relatiuum Correlatiuum.

Cur relationes Categoricæ dicantur reales & positiuæ.

Digitized by Google

sunt realia,& realiter inter se distincta, & actu existētia, hinc fit vt eiusmodi relationes sint positiuę & reales. Rebus enim positiuè conueniunt,& in ipsis existunt ante omnem operationem intellectus. Et certè ridiculum esset dicere aliquem hominem esse eius,quem genuerit patrē, qui duntaxat à nobis ita concipitur. Quòd si detur aliqua relatio, cuius extrema aut fundamenta non sint realia aut non realiter inter se distincta, aut non actu existentia, negandum est eiusmodi relationem esse realem,ac proinde categoricam. Tandem nota nullam relationem Dei ad creaturas esse posse realem, quiā sequeretur aliquid reale posse esse & non esse in Deo. Cùm enim relationes non tātùm à subiecto & fundamento,sed etiam à termino pendeant vt sint, sequitur sublato termino relationem deperire,quare cùm creaturæ possint non esse,sequeretur illas relationes ad creaturas posse non esse, ac proinde dari aliquid reale contingens in Deo,quod illius immutabilitati repugnat.

Nulla relatio Dei ad creaturas est realis.

Quanam sint aut esse possint fundamenta relationum.

QVAESTIO II.

TRia sunt in genere omnium relationum fundamēta proxima 5. Metaph. cap. 15. nempe quantitas, actio & passio, mensura, vbi per quantitatem intelligenda est quęlibet multitudo & vnitas, siue numerica, siue specifica, siue generica, per actionem & passionem quoduis genus actionis & passionis, denique per mensuram intelligitur mensura cuiuslibet perfectionis, quam nonnulli vocant mensuram veritatis, quia id quod mensuratur, veritatem mutuatur à mensura. Exempli gratia, relationes æqualitatis vel inæqualitatis secundùm quantitatem, similitudinis vel dissimilitudinis, secundùm substantiam, primo genere fundamenti proximi fulciuntur, relationes verò paternitatis, filiationis, operatoris & operis & similes secundum genus fundamenti proximi sibi vendicant. Denique relatio imaginis ad prototypum,& signi ad significatum,& similes, habent tertium genus fundamenti proximi. Est enim prototypus siue exemplar mensura imaginis, & res significata est mensura signi.

Tria in genere relationū fundamenta proxima.

Exemplum.

Quod

Quod attinet ad fundamentum remotum secundùm quod aliqua inter se referuntur, probabilissimum est in omnibus categoriis reperiri fundamenta relationum. Sic enim ratione substantiæ possunt duo inter se referri, vnde est relatio identitatis specificæ secundùm substantiam inter Petrum & Ioannem. Similiter relatio qualitatis est secundùm quantitatem, similitudinis secundùm qualitatem, & secundùm etiam alia genera categoriarum suo modo. Sic enim duo patres sunt similes secundùm rationem paternitatis: Itemque duo agẽtes simul & patientes ea ratione sunt similes. Similiter duo simul habitantes, contemporanei, eodem modo iacentes, & iisdem vestibus induti, mutuam inter se relationem similitudinis habent. Tanta autem est necessitudo relationis cum hoc suo fundamento, vt ab ipso reipsa minimè distinguatur: Licèt enim fundamentum possit esse absque relatione, non tamẽ esse potest relatio sine suo fundamento. Exempli gratia, relatio similitudinis inter duos parietes candidos, non distinguitur ab ipso candore nisi formaliter, aut ex natura rei, ita vt non possit concipi eiusmodi relatio absque candore. Idem dicendum de relatione æqualitatis inter duo eiusdem magnitudinis; neque enim ab ipsa magnitudine reipsa distinguitur.

Fundamentum remotũ Relationis esse potest quodlibet genus entis.

Probatur inductione.

Relatio non distinguitur realiter à fundamento.

Quod si fundamentum relationis non differt realiter à subiecto, tunc nec relatio à subiecto reipsa differt: verbi gratia, quia potuisse generare, non est quid realiter distinctum ab eo qui genuit, ideò paternitas ab ipso generante minimè separari potest. Quare nonunquam relatio non tantùm est eadem cum suo fundamento, sed etiam cum subiecto, quando scilicet fundamentum est idem realiter cum subiecto, aut cùm subiectum est etiam fundamentũ, vt patet in relatione identitatis specificæ secundùm substantiam, aut substantialis similitudinis, quarum relationum substantia est simul fundamentum & subiectum,

Quomodo relatio distinguitur à subiecto.

Quomodo se habeant relationes ad terminos.

QVAESTIO III.

ETsi relationes nõ minùs dependeãt à terminis quàm à fundamentis vt existant, non tamen tam arcta cũ illis necessitudine vinciuntur, vtpote quæ ab illis realiter

distinguantur, cùm tamen sint eædem realiter cum suis fundamentis, vt suprà monuimus: Ex quo intelligere est terminum non esse de essentia relationis, licèt ordo siue habitudo ad ipsum sit ipsa relationis essentia; quare potest dici terminus aliqua ratione, pertinere ad essentiam relationis, quatenus illam terminat, & quatenus per ipsam relationis natura explicari solet, nõ tamen dici potest esse de essentia relationis. Exemplo res declaratur: Paternitas non potest intelligi abiq; filio, cùm ipsa sit relatio patris ad filiũ neq; tamen est de essentia paternitatis, paternitas n.tota est in patre, à quo tamẽ filius realiter distinguitur.

Terminus pertinet ad essentiam relationis, non tamen est de eius essentia. Exemplum.

Duæ difficultates.

Verùm occurrunt hic duæ graues difficultates explicandæ. Altera est, an relatio referatur ad terminum tanquam ad aliquid absolutum, an verò tanquam ad aliquid respectiuum: Altera est, an relatum ad plures terminos vnica, an verò multiplici relatione referatur.

Prior difficultas. Notandum.

Quod spectat ad priorem difficultatem, notandum est terminum relationis mutuæ, quæ habet correspondentem sibi relationem, dupliciter considerari posse: Primò quatenus est res quædam absoluta: Secundò quatenus est quid respectiuum, quod reciproca habitudine refertur ad oppositum extremum: verbi gratia, filius qui est terminus paternitatis, considerari potest, vel vt est homo quinam ab alio genitus: vel quatenus est correlatiuum patris, & mutuam includit relationem filiationis paternitati correspondentem: ita vt priori modo solum filiationis fundamentum consideretur in filio, posteriori verò ipsamet relatio filiationis.

Solutio difficultatis.

Nostra igitur sententia est, terminum relationis, vt terminum, esse quid absolutum, non respectiuum, & spectari ratione solius fundamenti, non relationis quæ ab illo nititur fundamento.

Ratio.

Ratio, quia essentia & natura relationis commodè potest intelligi absque opposita & correspondente sibi relatione: at non potest intelligi sine opposito termino: quare non est necesse terminũ relationis, quatenus terminum, esse respectiuum. Adde relationem in suo esse dependere à termino, sicque terminum, vt sic, esse naturâ priùs relatione quam terminat. At verò si consideretur quatenus est correlatiuum, est simul naturâ cum opposito correlato. Correlata enim, iuxta Aristotelem, sunt simul naturâ. Quare, terminus relationis

Alia ratio.

Digitized by Google

tionis non terminat relationem quatenus est quid respectiuum, sed quatenus est quid absolutum. Hinc intelligere est quomodo oppositæ relationes mutuæ sint simul naturâ: quia sicut terminus, vt sic, est prior naturâ ea relatione quam terminat: sic etiam consideratur prior naturâ ea relatione quam fundat: verbi gratia, sicut filius, quatenus terminus paternitatis, est natura prior paternitate: sic quatenus continet fundamentũ filiationis, est etiam natura prior filiatione, sicq; paternitas & filiatio sũt simul natura.

Corolarium. Relationes mutuæ sunt simul natura. Exemplum.

Quod spectat ad posteriorem difficultatem, probabilius est relatum non vnica, sed multiplici relatione ad plures terminos referri, verbi gratia, patrem multiplici relatione paternitatis ad plures filios, & candidum parietem multiplici relatione similitudinis ad plures candidos parietes referri. Quæ assertio non est intelligenda de eo relato quod necessario plura exigit vt ad illa referatur, cujusmodi est totum respectu partium. Nam ejusmodi relatum vnica habitudine plura simul respicit. Probatur autem hæc nostra assertio, qua relatio quia pater refertur ad filium primogenitum, non est ea qua refertur ad alium: quare plures esse debent ejusmodi relationes. Antecedens confirmatur, quia contingit, vt cùm pater referatur ad primogenitum, nondum referatur ad alium, quia nondum natus est, nec adhuc positiua filiationis relatione ad ipsum refertur.

Posteriorem difficultatis enodatio. Probatur assertio.

At in mutuis relationibus vna non potest esse absque opposita, quare cum nondum filius opposita relatione filiationis ad patrem referatur, vtpote qui nondum natus sit, non potest esse relatio paternitatis qua pater ad ipsum referatur, licet iam in eo sit relatio paternitatis qua refertur ad primogenitum: sed vbi natus est illi filius, tunc incipit esse nouus ad ipsum respectu ejus, qui antea non erat, vt pater: & certè absurdum esset negare aliquem incipere esse patrem respectu filij de nouo in lucem editi. Et quamuis plures sint in eodem homine paternitates, non sequitur tamen plures esse patres, quia licet ad multiplicationem abstractorum satis sit multiplicatio formarum, attamen ad multiplicationem concretorum præter multiplicationem formarum requiritur multiplicatio subjectorum. Quare cùm vnicum sit subjectum omnium illarum paternitatum, fit vt vnicus tantùm dicatur

Plures paternitates in eodem non denominant plures patres.

Digitized by Google

Obiectio. pater,& si plures in eo sint paternitates. Si obiicias, absurdum videri plura accidentia numero tãtùm distincta in eodem subiecto reperiri, neque enim plures candores in eodem numero subiecto candido esse possunt; neque plures numero quantitates in eadem magnitudine': Re-

Responsio. spondeo id peculiare tribuendum esse accidentibus re-

Quanam sint distincta numero relationes. spectiuis,vt plura numero tãtùm distincta in eodem subiecto esse possint, eo quod suam distinctionem numericã non tantùm à subiecto,aut à fundamento, sed etiam plerumque à termino accipiant,sicut etiam distinctæ specie relationes dicuntur,quarum vel fundamenta,vel termini specie distinguuntur; verbi gratia,relationes parietis cãdidi ad parietem candidum, & nigri ad eundem, specie differunt,quia fundamenta specie distinguuntur: At verò relationes parietis candidi ad candidum, & eiusdem ad nigrum,specie differunt, quia termini specie distinguuntur,quemadmodum genere differunt relationes, quarum fundamenta genere diuersa sunt: sic relatio paternitatis genere differt à relatione æqualitatis, quia potentia generandi,quæ est fundamentum paternitatis,differt genere à quantitate quæ est fundamentum æqualitatis.

Quanam diuersa specie.

Quanam diuersa genere.

Quanam sint proprietates Relatorum.

QVAESTIO IV.

5 Proprietates Relatorum. QVinque relatorum proprietates traduntur ab Aristotele cap.de Relatis. Prima,in relatis contrarietatem reperiri,quod non tam ratione relationum, quàm fundamentorum quibus nituntur, aut terminorum ad quos referuntur,intelligendum est:verbi gratia, simile & dissimile contraria dicuntur, non quòd relatio similitudinis sit propriè contraria relationi dissimilitudinis,sunt enim species relationum disparatæ,sed quia illarum fũdamenta vel termini, verbi gratia, candor, & nigredo contrariè opponuntur. Quod si per contraria intelligas opposita, tunc verè relata, præsertim mutua dicentur contraria,id est opposita: sic pater & filius relatiuè inter se opponuntur: idem dicendum est de duobus candidis, de duobus quoque eiusdem magnitudinis,&c.

Prima.

Secunda. Secunda proprietas est, relata suscipere magis & minus, seu intendi & remitti; sic enim duo similia possunt fieri magis

R
Relatio.

Obiect

Respon
Q
sint d
numer
lation
Quan
diuers
cie.

Qu
diuers
re.

5 Pro
tes R
rum.
Pyth.

Secun

Digitized by Google

magis similia vel minus similia; hæc autem proprietas nõ omnibus relatis conuenit, sed quibusdam, ita tamen vt semper aliqua mutatio requiratur: aut ex parte fundamẽti, aut ex parte termini, non quod necesse sit semper intẽdi fundamentum, vel terminum, aut relatio intendatur, aut remitti vt remittatur, cùm sæpè contingat contrariũ, nempe fundamentum, vel terminũ remitti, & relationem intendi: vt cum duorum candidorum, quorum alterũ est candidius altero, vnum remittitur, quod est candidũ: tũc enim maior est ipsorum ad inuicem similitudo: è contra potest remitti relatio, cùm alterum extremorum intenditur, vt si duorum æquè candidorum alterum fiat cã lidius, tunc enim minor erit istorum inter se similitudo quàm antea. Tertia proprietas est, relata esse reciproca, quod intelligendum est de correlatiuis: sic pater dicitur filij pater: & filius patris filius. Quarta proprietas est, relata esse simul natura, quod intelligendum est de correlatiuis quatenus formaliter relata sunt: si enim considerentur quatenus absoluta, vnum poterit esse natura, imò etiã tempore prius altero: verbi gratia, pater & filius secũdum rationem formalem paternitatis & filiationis, sunt simul natura: neque quisquam pater esse aut dici aut potest sine filio, nec è contra: At verò si considerentur quatenus sunt homines, tunc pater natura simul & tempore filium antecedit. Quinta proprietas est, cognito vno relatorum alterum cognosci. Ratio huius rei est, quòd vnum relatorum per alterum definiri, & explicari soleat: vnde nemo nosse potest quid sit pater sine filio, nec quid sit filius sine patre: est enim pater filij pater, & filius patris filius.

Nota.

Tertia.

Quarta.

Quinta.

Quænam sit huius prædicamenti series.

QVAESTIO V.

PRætermissa relatione rationis, itemq; relatione reali secundùm dici, quæ non sunt Categoricæ: Relatio realis, aut mutua est, cui nẽpe correspondet opposita relatio, aut nõ mutua, cui non respondet opposita relatio realis, sed tantũ relatio rationis, cuiusmodi est relatio creaturę ad creatorem: huic enim non respondet vlla relatio realis: nam relatio Creatoris ad creaturam, est relatio ra-

Relatio aut mutua est, aut non mutua.

Digitized by Google

tionis,ob eam causam,quam attulimus suprà, quæst.prima huius sectionis. Et quidem huiusmodi relationes nõ mutuæ,saltem iuxta Aristotelis mentem, non sunt categoricæ. Relatio igitur realis secundum esse,& mutua,quę citra controuersiam categorica est, & alia dicitur relatio æquiparentiæ,cuius opposita eandem sortitur appellationem,vt est relatio similitudinis,æqualitatis: Alia verò dicitur disquiparentiæ, cuius oppositа est diuersæ rationis, vt est paternitas,cuius oppositа dicitur filiatio.

Relationum aquiparentia vel disquiparentiæ.

Relationum partitio penes earum fundamentum.

Possunt etiam variæ species relationum constitui penes genera varia fundamentorum:& quidem ratione triplicis fundamenti proximi,triplex relationum genus constitui potest. Primum earum,quarum fundamentum proximum est vnitas vel multitudo,vt similitudo,æqualitas, dissimilitudo,inæqualitas. Secundum genus earum,quarum fundamentum proximum est actio vel passio , vt relatio paternitatis & filiationis,relatio calefactiui ad calefactibile, & calefactibilis ad calefactiuum. Tertium genus earum, quarum fundamentum proximum est mensura,vt relatio exemplaris ad imaginem,& imaginis ad exemplar: ratione verò fundamenti remoti multiplex esse potest , sicut multiplex esse potest fundamentum remotum: Aut enim illud est substantia, vt in relatione identitatis aut diuersitatis substantialis:aut quantitas,aut in relatione æqualitatis & inæqualitatis: aut qualitas, vt in relatione similitudinis aut dissimilitudinis : aut relatio , vt in relatione proportionalitatis:aut actio,vt in actione agentis ad patiens:aut passio,vt in relatione patientis ad agens. Idémque licet obscuriùs,de loco, tempore, situ, & habitu dici potest : sicque tot erunt relationum quot entium genera ratione fundamenti remoti,quæ rursus in alias minutiores species pro varietate fundamenti remoti in vno quoque genere entis poterunt subdiuidi.

Eorundem partitio penes earum fundamenta remota.

Sed hæc de Relatione,atque adeò de quatuor primis & præcipuis categoriis,substantia, nempe, quantitate, qualitate & relatione.

Superfunt sex reliquæ,de quibus,quia pauciores difficultates continent, breuiùs sequentibus sectionibus disseremus.

V. ET

lum.

sit A-

Pæßio.

& ō tam nsta. modi

& n pro- tes.

Digitized by Google

Relat
tua a
ventia
di qu
ti .
Relat
part.
earun
dame.

Earu
partit.
earun
dame
meta.

Digitized by Google

V. ET VI. SECTIO, DE ACTIONE & Passione.

QVoniam Actio & Passio, licèt diuersas constituant categorias, sunt tamen inter se perpetuò connexæ, nec vna facilè intelligi potest absque altera: de vtraque simul dicemus & quidem breuiter, est enim alius de his dicendi locus in Physicis.

Vt igitur primùm intelligas quid sint, & quomodo ab inuicem distinguantur, notandum est in quouis motu, quo aliquid producitur, aut corrumpitur, multa simul reperiri, quæ sunt idem realiter, ratione tamen & formaliter distinguuntur. Primùm enim reperitur forma siue substãtialis, siue accidentaria, quæ vel producitur, vel corrumpitur: deinde reperitur successiua acquisitio eiusdem formæ (si forma successiuè producenda sit) dicitúrque motus, cui adiuncta est successiua duratio, éstque Tempus, quod dicitur intrinsecum cuique motui. Præterea considerari potest mutua relatio agentis & patientis: Denique considerari potest motus vel forma in fieri quatenus est ab agente, & sic dicitur actio: vel quatenus est in patiente, & sic dicitur passio. Vnde vulgò definitur actio. Actus ab agente profectus, seu actus agentis vt agens est: Passio verò, actus in patiente receptus, seu actus patientis vt patiens est, verbi gratia, in calefactione consideratur calor qui producitur: deinde motus ille seu alteratio qua successiuè educitur calor è potentia materiæ, cui adiuncta est duratio, seu tempus quo durat talis alteratio: Præterea reperitur mutua relatio calefacientis ad subiectum calefactum, & subiecti ad ipsum calefaciens. Denique consideratur calefactio, vel potius ipse calor in fieri, quatenus est ab igne calefaciente, & sic dicitur actio: vel quatenus recipitur in subiecto calefacto, & sic dicitur passio. Ex quibus intelligis tum actionem cùm passionem non esse tam entia, quam modos entis quibus se habet res in fieri respectu agentis & patientis.

Notandum.

Quid sit Actio.

Quid Passio.

Actio & passio etiam sunt entia, quàm modi entium.

Sunt autem actionis & passionis proprietates duæ à Philosopho traditæ: altera est, quod in illis sit contrarietas: sic enim calefactio est contraria frigefactioni: altera est, quod suscipiant magis & minus, nam pro maiori & minori virtute agentis intensior aut remissior est actio:

Actionis & passionis proprietates duæ.

1.

2.

idem pro minore aut maiore resistentia patientis intensior aut remissior est passio.

Triplex actionum partitio.

Tandem actionum & passionum variæ sunt diuisiones, vnde & variæ illarum species constituuntur, sed præsertim triplici modo diuiditur actio, nempe, aut ratione durationis, aut ratione subiecti in quo recipitur, aut ratione principij ex quo oritur. Ratione durationis actio diuiditur in instãtaneã, vt est illuminatio; & successiuam, vt est calefactio, &c. ratione subiecti diuiditur in immanentẽ, quæ manet in ipsomet agente tanquam in subiecto, vt intellectio, volitio, nutritio, accretio, &c. & transeuntem, quæ ab agente transit in aliud subiectum, vt calefactio quæ ab igne transit in liguum calefactum in quo recipitur. Denique ratione principij in artificialem cuius principium est ars, vt ædificatio, citharizatio: & naturalem, cuius principium est natura. Iam verò naturalis, aut corporis, siue simplicis, vt elementorum; siue mixti, vt cæterorum corporum inanimatorum propria est; aut animæ, eiusque rationalis, sensitiuæ, aut vegetatiuæ. Actio animæ rationalis aut intellectiua est, nempe simplex apprehẽsio, iudicium, & discursus; aut appetitiua, & quidem circa finẽ voluntas, intentio, fruitio: circa media verò consensus, electio, vsus: Actio animæ sensitiuæ, aut cognoscitiua est, quę dicitur sensatio, éstque varia & multiplex sicut sẽsus, aut locomotiua est, quæ penes vim motiuã distinguitur; aut appetitiua est, & quidem in appetitu concupiscibili, sicut amor, desiderium, lætitia, odium, fuga, tristitia; In irascibili verò spes, desperatio, audacia, timor, ira. Denique actio animæ vegetatiuæ triplex est, nempe nutritio, accretio, generatio. Passio eodem fermè modo diuiditur quo actio, cùm actioni cuilibet sua correspondeat passio.

Actio artificialis. Naturalis, & corporea, aut animæ.

SEPTIMA SECTIO.

De Categoria Quando.

Quid sit Quando.

VOcabulum istud Quando, concretum est, idem significans ac esse in tempore; definiturque, Id quod ex adiacentis temporis in re temporaria reliquitur, sicut esse candidum dici potest id quod ex inhærentia candoris

Digitized by Google

doris in re ſubiecta relinquitur. Itaque materiale ſignificatum huius vocabuli, eſt res quæ tempori coexiſtit, formale verò tempus, quatenus eſt menſura externa durationis alicuius; dico quatenus eſt menſura externa; Nam tempus internum, quod eſt menſura interna cuiuſque motus illi adiuncta, pertinet ad categoriam quantitatis, vt ſupra monuimus, verbi gratia, continuata & ſucceſſiua duratio motus cœleſtis, quatenus eſt interna motus eiuſdem menſura, ſpecies eſt quantitatis ſucceſſiuæ: at verò quatenus eſt menſura durationis rerum ſublunarium, ſeu quatenus ipſo, vel ipſius partibus, vt horis, diebus, menſibus, &c. vtimur ad menſurandas durationes harum rerum ſublunarium, ad hoc genus prædicamenti pertinet.

Duplex ſignificatum huius vocabuli.

Tempus internum pertinet ad categoriam Quantitatis.

Duplex huius prædicamenti proprietas.

Porrò duæ huius prædicamenti proprietates aſſignantur, nempe nihil habere contrarium, non ſuſcipere magis & minùs, licèt ſuſcipiat plus & minus.

Series huius prædicamenti.

Cæterùm, eſſe in tempore, aut generatim dici poteſt, vt eſſe in tempore præterito, præſenti, vel futuro: aut ſpeciatim, vt eſſe in ſæculo, anno, menſe, die, hora, &c. Sed hæc diſtinctiùs habentur in ſubiecta tabula.

Digitized by Google

Diuiſio Categoriæ Quando.

In æternitate, quomodo eſt Deus: ad quod reuocatur æternitas participata ſeu æuiternitas, in qua ſunt intuitus Diuinæ eſſentiæ, lumen gratiæ, dilectio beneficæ. Item modus æternitatis participatæ, quo ſunt fides, ſpes, charitas, & ſimilia.

In Æuo quomodo ſunt Angeli, Anima ſeparata & Cœli, ad quod reuocatur modus Æui, quo ſunt ſubſtantiæ corruptibiles dum ſuperſtites manent, & etiam accidentia dum in ſuo eſſe permanent illæſa.

Quando, eſt eſſe aliquando, idque.

In tẽpore, quomodo ſunt motus, & res quæ per motũ ſiunt & corrũpũtur dũ in motu ſunt, ad quod reuocantur eſſe in tẽpore diſcreto, quomodo ſunt actiones intellectus Angelici: ad id etiã reuocatur eſſe in inſtãti tẽporis ſiue diſcreti, ſiue continui.

Eſſe mensum tempore dicitur.

Generatim in

Præterito — *Ante aliquot annos. Menſe ſuperiore. Nuperrime.*

Præſenti, vt eſſe nunc.

Futuro. — *Breui. Poſt menſem. Poſt aliquot annos.*

Specialim, vt eſſe in

Seculo. Anno, Menſe, Die, Hora,

OCTA-

OCTAVA SECTIO.

De categoria Vbi.

VOcabulum istud, sicut & præcedens, concretum est, idem significans ac esse in loco, definiturque, Id quod ex adjacētia loci in te locata relinquitur. Itaque materiale significatum est res locata: formale verò locus. Ex quo intelligis (vbi siue esse locatum) non esse quid realiter distinctum à loco, sicut nec ipsum (quando, à tempore, si formaliter consideretur) licet ipsum materiale significatum, nempe res locata à loco, quo circumscribitur, realiter distinguatur, sicut & res temporaria à tempore externo quo mensuratur. *Quid sit Vbi.* *Vbi est idem realiter cum loco.*

Hujus prædicamenti proprietates sunt, nihil habere contrarium, non susciperе magis & minus, licèt suscipiat plus & minus; solis rebus corporeis, quæ ab alio corpore ambiuntur, conuenire: vnde Angeli & animæ non propriè dicuntur esse in loco, immò nec cœlum empyreum alicubi esse propriè dici potest, quia à nullo alio corpore ambitur, nec dici potest esse in loco reali & positiuo, sed tantùm in loco imaginario. *Proprietates huius prædicamenti.*

Cæterùm esse in loco, aut absolutè, aut respectiuè dici potest: absolutè quidem dici potest esse in loco communi, vt esse Parisijs, esse in Gallia, &c. vel in loco proprio seu adæquato. *Series huius prædicamenti.*

Quod triplici modo in genere dici potest, nempe sacramentaliter, vt corpus Christi in Eucharistia, definitiuè, quomodo angeli alicubi esse dicuntur, circumscriptiuè, vt corpora, & quidem in loco reali, vt corpora quæ ab alio corpore ambiuntur, vel imaginario, vt cœlum empyreum. Esse verò in loco seu alicubi comparatè seu respectiuè dicitur sex modis, nempe supra, infra, ante, retro, dextrorsum, sinistrorsum.

Digitized by Google

Diuiſio categoriæ Vbi.



NONA

NONA SECTIO

De Categoria Situm esse.

Quid sit Situm esse.

SItum esse habet rationem concreti termini, cuius materiale significatum est res situata; formale verò est situs quatenus accipitur pro certa dispositione partium rei locatæ ad partes loci: Itaque non hîc accipitur situs, vt vulgò solet, pro partium inter se dispositione, ex quo totius forma seu figura exterior varia nascitur, vnde alius membrorum situs in belluis, alius in homine, & adhuc alius membrorum situs inter se in eodem homine iacente, alius in eodem sedente, alius in erecto dicitur, qui situs non videtur distingui à forma seu figura, quæ est quarta species qualitatis, sed accipitur situs hîc pro dispositione partium ad partes loci, quæ licet semper varietur pro varia dispositione partium inter se, aliquando tamen mutari potest situs iste in ordine ad locum non mutato situ partium inter se: Quod liquidò patet in cœlestibus orbibus qui situm mutant, dum pars quę erat in oriente postea est in occidente, quod tamen non potest intelligi de priori illo situ, cùm pleraque eandem semper formam externam seu figuram seruent. Itaque situs qui hanc categoriam constituit, formaliter saltem ab alio priori differt.

Situs dupliciter accipitur.

Dispositio partium inter se.

Dispositio partium ad partes loci.

Cæterùm situs non suscipit propriè magis & minus, neque in eo propriè contrarietas reperitur.

Est autem situs aut naturalis, vt in homine stare erecto capite, in belluis verò esse prono corpore, aut accidentalis, idque aut in rebus animatis, vt stare, iacere, genu flectere, inclinari, ante vel retro sedere, &c. aut in rebus inanimatis, præsertim in artificiatis, vt in domo quæ bene vel malè situata dicitur.

Proprietates huius prædicamenti.

Diuisio Categoricæ Situm esse.



DECIMA

DECIMA SECTIO.

De Categoria Habere.

HAbere, nomen cõcretum est, cuius materiale significatum est, id quod habet aliquid, formale verò res habita per modum indumenti præsertim, vel ornamenti: Itaque Habere, est id quod relinquitur ex adiacentia indumenti, vel ornamenti: adiacentia autem illa indumenti vel ornamenti, vel etiam ipsum indumentum dici potest habitus, qui constituit hoc prædicamentum, cuius proprium est, vt sit rerum corporearum, illúdq; artis potiùs quàm naturæ. Etenim indumenta & ornamenta sunt artefacta, neq; tamen propterea ipsum habere est artefactum, sed denominatio ex adiacẽtia rei artefactæ prouenies. Habere autem dicitur duobus modis præsertim, nempe indutum esse; idq; vel indumentò militari, vt galeatum, vel domestico, vt togatum esse, calceatũ esse, &c. vel pontificio, vt mithra redimitum esse, aut ornatũ esse, vt esse annulatum, coronatum, &c. Sed hæc de decẽ prædicamentis Aristotelis dicta sufficiant. Sequuntur postprædicamenta, de quibus vt priùs de ante prædicamentis breuiter in postrema hac sectione dicemus.

Habere quid significat, & quid sit.

Huius prædicamenti partitio.

Diuisio Categoriæ habere.

- *Habere duobus præsertim modis dicitur*
  - *Indutum esse, quod dicitur vel*
    - *Ratione vestimenti.*
      - *Domestici.*
        - *Pileatum esse.*
      - *Militaris*
        - *Galeatum esse*
      - *Pontificij*
        - *Mithra redimitũ esse.*
    - *Ratione rei vestitæ.*
      - *Totius, vt*
        - *Togatum esse*
        - *Armatum esse.*
      - *Partis, vt*
        - *Galeatum esse*
        - *Calceatum esse.*
  - *Ornatum esse, vt*
    - *Esse annulatum.*
    - *Esse coronatum.*

VLTIMA SECTIO.

De Postpraedicamentis.

Quid sint Postpraedicamenta

POstpręd icamenta dicuntur nonnulla, quæ post explicata prædicamenta subiecit Aristoteles, nempe modi quibus res dicuntur opponi, deinde modi quibus vnum de altero prius dicitur, modi quibus aliqua dicuntur simul, denique modi quibus aliquid habere dicimur, inter quæ nonnulla de motu interserit. Et quoniam hæc ferè omnia aut per se satis nota, aut alibi explicanda sunt; satis fuerit hoc loco quatuor oppositorum modos ab Aristotele allatos explicare.

Quid sit oppositio in genere.

Itaque oppositio in genere est relatio diuersitatis & repugnantiæ inter plura: est autem quadruplex oppositio, nempe relatiua, contraria, priuatiua, & contradictoria: seu quatuor modis res inter se opponuntur, nempe relatiuè, aut contrariè, aut priuatiuè, aut contradictoriè, qui quatuor oppositionis modi sic colliguntur. Oppositorum terminorum, vel vterque est positiuus, vel alter non est positiuus: si vterque sit positiuus, vel alter erit respectiuus, & sic vnus alteri relatiuè opponetur, vt pater & filius, vel absolutus, & sic vnus alteri opponetur contrariè, vt calor & frigus: iam verò si terminorum alter non sit positiuus, vel erit priuatiuus, & sic opponetur vnus alteri priuatiuè, vt visus & cæcitas; vel erit negatiuus, & sic opponetur vnus alteri negatiuè seu contradictoriè, vt homo non homo.

Oppositio quadruplex.

Colliguntur quatuor oppositionis modi.

Relatiua oppositio.

Est igitur relatiua oppositio inter ea quę mutuis ad inuicem relationibus referuntur, sic pater filio, & è contra, simile quoque alteri simili, & è contrà, relatiuè opponuntur. Et quidem hoc genus oppositionis leuius est, quàm reliqua tria oppositionum genera; neque enim relata inter se pugnant, cùm potiùs sese mutuò inferant.

Contrarietatis oppositio.

Oppositio verò contrarietatis, est propriè inter ea accidentia, quæ cùm apta sint recipi in eodem subiecto, sese mutuò ab eo positiuè expellunt, qualis oppositio reperitur inter primas qualitates, nempe inter calorē & frigus, inter humiditatem & siccitatem; vnde etiam res quæ istis qualitatibus sunt prædiræ, dicuntur etiam contrariè opponi; licèt minùs propriè, vt ignis & aqua. Oppositio priuatiua

Oppositio priuatiua.

uatiua propriè cernitur inter priuationem, & rem cuius est priuatio, vt inter cæcitatem & visum, atque etiam denominatiuè inter earum subiecta, vt inter cæcum & videntem: Est autem priuatio non quælibet formę carentia, sed ea quæ reperitur in subiecto apto ad talem formam: quare cæcitas non dicitur esse in lapide, aut arbore, ideoque nemo dicat arborem, aut lapidem esse cæcum: at verò in animali, vt in homine, equo, &c. reperitur cæcitas, ac proinde dici potest homo cæcus, &c. vnde etiam inter illa potest esse oppositio priuationis, quæ eius formæ capacia sunt, cuius esse potest in iisdem priuatio.

Priuatio quid.

Denique oppositio contradictionis non tantùm inter simplices terminos veluti tria priora oppositorum genera reperitur, sed etiam inter complexos, id est, inter propositiones; vnde ortum est duplex contradictionis genus simplicis nempe, & complexæ. Simplex cernitur in simplicibus terminis, quorum alter alterius negationem exprimit, eiusmodi est contradictio seu oppositio simplicis cõtradictionis inter corpus & non corpus, animal, & non animal, &c. Complexa verò cernitur inter propositiones quarum vna exprimit negationem alterius, qualis est oppositio inter duas propositiones, Homo est animal, Homo non est animal. Sunt autem contradictoria omnium maximè opposita, eo quòd inter illa nullum sit medium, siue secundùm participationem extremorum, quale inter contraria reperitur, vt inter calorem & frigus, medius est tepor; inter colorem album & nigrum medius est fuscus; siue secũdum eorundem extremorum negationem, quale medium reperitur inter priuatè oppositа, vt inter cæcum & videntem, datur aliquid quod neque cæcum, neque videns dicitur, vt lapis, &c. At verò inter hominem & non hominem nihil datur quod vtriusque extremi sit particeps; neque dari potest aliquid de quo vtrumque extremum negari possit: Si enim aliquid non sit homo, necessariò erit non homo: quòd si aliquid non sit non homo, necessariò erit homo. Sed hæc de oppositione, atque adeò de vniuerso categoriarum tractatu dicta sufficiant.

Oppositio cõtradictionis. Contradictio duplex.

Oppositio cõtradictionis est omnium maxima.

Digitized by Google

QVARTVS TRACTATVS HVIVS partis.

De definitione.

EXplicatis hactenus tùm vniuersalibus tum categorijs quasi generalibus non Dialecticæ modo, verùm totius Philosophiæ principijs, nunc ad ea quæ magis propriè Dialecticæ sunt, redeamus. Cùm igitur simplicem mentis operationem duplicem fecerimus, alteram confusam, quæ est terminorum de quibus in primo tractatu egimus; alteram distinctam, quæ definitione solet exprimi: de hac ipsa definitione postremo hoc primæ partis tractatu, nobis est differendum.

Simplex mentis operatio duplex.

Quid sit & quotuplex Definitio.

QVAESTIO I.

Definitionis descriptio.

DEfinitio in genere dicitur, Oratio naturam rei explicans, Vbi (oratio) intelligitur imperfecta, vtpote quæ sit expers affirmationis & negationis: additur (naturam rei explicans) non tantùm exprimens: nam simplices termini naturam aliquam exprimunt, siue significant, sed non explicant.

Definitio duplex.
Accurata seu essentialis.
Rudis seu accidentalis quæ dicitur descriptio.

Et quoniam natura rei aut accuratè aut minus accuratè potest explicari, hinc duplex est definitio; altera accurata, quæ absolutè & maximè propriè dicitur definitio, quæ naturam exprimit adhibitis essentialibus rei definitæ partibus, vt cum definitur homo Animal rationale, ipsius genere & differentia adhibitis: Altera verò minus accurata, quæ non tam propriè definitio, quàm descriptio dicenda est, quæ quidem rei naturam adhibitis ipsius

ipsius proprietatibus vel causis externis declarat, vt si dicas hominem esse creaturam factam ad imaginem & similitudinem Dei. Definitio accurata seu essentialis duplex est, altera metaphysica, quæ non explicat per partes cùm definitur homo Animal rationale: Altera physica, quæ rem explicat per partes essentiales physicas, nempe materiam & formam, vt cùm definitur homo, Ens naturale constãs corpore organico & anima rationali. Definitio verò accidentalis seu descriptio in genere duplex est: Altera quæ rem explicat per ipsius proprietates, aut per ea quæ habent rationem proprietatum, vt si hominem describas, Creaturam admirationis, risus ac disciplinæ capacem: Altera causalis dici potest, quæ rem explicat per causas ipsius externas, nempe per efficientem, finalem aut exemplarem: per efficientem quidem, vt si hominem describas esse singulare quoddam diuinæ sapientiæ opus: per finalem, vt si dicas hominem esse creaturam æternæ fœlicitatis capacem. Denique per exemplarem, vt si eundem hominem dicas esse creaturam conditam ad imaginem & similitudinem Dei. Quæ autem fit per causas internas, nempe materiam & formam, est essentialis physica, vt iam monuimus.

Definitio accurata duplex.

Definitio rudis seu accidentalis duplex.

Descriptio rei per causarum genera.

Vndenam petantur, & qui differant inter se partes essentiales definitionis: Et qua ratione inuestigari debeant.

QVAESTIO II.

QVod spectat ad primam trium propositarum difficultatum circa partes definitionis essentialis, quidam putant in rebus physicis & materialibus genus semper desumi ex materia, Differentiam verò ex forma. Sed melius alij arbitrantur, licèt genus materiæ, & differentia formæ secundùm quandam analogiam respondeant: nihilominus tamen vtramque partem, nempe genus & differentiam, ex toto compositi desumi, quatenus cum alijs rebus comparatum, inuenitur habere aliquid in quo cum alijs conseniat, & etiam aliquid in quo ab alijs differat: Exempli gratia, non est existimandum animal (quod est genus in homine) ex solo corpore peti, & rationale ex sola anima: sed vtrumque ex toto compositi, quatenus ho-

Prima difficultas.

Responsio. Genus & Differentia ex toto composito desumuntur.

mo comparatus cum alijs animantibus conuenit cum illis in ratione animalis, & ab ijsdem differt per differentiam rationalis. Et certè homo non est animal ratione solius corporis, cùm ipsa ejus anima sit in eo vitæ sensúsque principium: neque etiam homo dicitur rationalis eo modo quo intelligimus, ratione solius animæ, cùm ad ratiocinationem requiratur concursus phantasmatum corporeorum in hoc vitæ statu.

Secunda difficultas. Partes physica realiter à se inuicem distinguuntur.

Quod spectat ad secundam difficultatem, arbitramur partes physicas, nempe materiam & formam inter se realiter distingui; non tantùm, quia vt experientia constat, materia subinde formas mutare potest, & quædam formæ reperiuntur quæ seorsim à materia possunt existere, vt animæ rationales: sed etiam quia non repugnat virtute diuina formam à materia sejungi, & vtramque separatam conseruari, vt alibi planiùs probabimus: Partes verò metaphysicas ratione tantum ad inuicem differre arbitramur: Neque enim animal quod est in homine, sejungi vnquam potest ab ipsius differentia propria, nec è contra rationale vnquam esse potest absque animali: sed tantum conceptu seu ratione formali differunt.

Partes metaphysicæ ratione tantùm distinguuntur.

Tertia difficultas. Definitionis inuestigandæ via duplex.

Quod spectat ad postremam difficultatem, duæ sunt vtiles viæ ad inuestigandam cujusque rei definitionem, nempe diuisio, & compositio: illa quidem ad reperiendam vltimam ac maximè propriam cujusque rei differentiam; hæc verò ad proximum genus constituendum. Diuisione quidem vltimam rei differentiam comperies, si ducto à supremo genere exordio, partitionem vsque ad specialissimas differentias persequaris: Compositione verò genus inuestigabis, si rem definiendam comparaueris cum ijs à quibus minimè videtur discrepare, & quid cum illis commune habeat animaduerteris: Verbi gratia, sic differentiam hominis propriam comperies, diuidendo nempe substantiam ejusque subjectas species per differentias subdiuidendo, donec ad infimas species peruenieris. Genus verò proximum hoc modo inuenies, si hominem cum brutis animantibus, à quibus minus differt quàm à quibuslibet alijs generibus substantiarum, comparaueris, & quid in ipsis commune habeat animaduerteris. Sic enim inuenies animal esse proximum genus, in quo consentit cum viciniori sibi specie substantiæ.

Quænam

—Quænam accurata seu essentiali definitione possint explicari.

QVAESTIO III.

QVæstio hæc maximè intelligitur de ea definitione quæ constat proprio genere & differentia propria rei definitæ. Neque enim existimandũ est quodlibet istò genere definitionis explicari posse, nõnullæ enim ad hoc requiruntur conditiones. Prima conditio est, vt id quod definiendum est, sit vnum, id est, vnius essentiæ & naturæ, vt præscribit Arist. 7. Metaph. c. 1. Ex quo intelligere est, neque entia per accidens, neque æquiuoca essentiali definitione explicari posse, sunt enim multiplicis naturæ, ideoq; prius distinguenda sunt quàm definiẽda. Et quãuis æquiuoca quæ dicuntur analoga, nonnunquam rudi definitione explicata reperiuntur non tamen accuratâ aut essentiali, nisi pro vno tantùm significato accipiantur, sed desinũt esse analoga, vt si pedem sumas pro solo pede hominis, aut sanum pro solo animali sano. Secunda conditio est, vt id quod definiendum est, sit vniuersale, est enim definitio, naturæ declaratio. Non potest autem rei natura nudè & sicuti est, spectari, nisi omnibus particularibus circunstantiis expolietur. Tertia, vt id quod definiendum est, sit species, aut subalterna, aut infima: quare genera suprema non possunt accurata definitione, quæ vero genere & differentia constet, explicari, neque etiam vlla differentia constet, explicari; neque etiam vlla differentia. Vt enim supremi generis nullum est proprium genus; sic nec differentiæ differentia dari potest. Quarta, vt sit ens verũ & reale: quare nec figmenta, nec entia rationis, hoc definitionis genere possunt explicari. Sunt qui quintam conditionem addant, nempe vt res definienda sit substantia, non accidens. Verùm nihilo obesse videtur, cur accidens essentiali definitione non possit explicari, cùm (vt patet ex ipsis categoriis) accidentia suis generibus ac differentiis constent, licet non sit diffitendum substantiam facilius definiri quàm accidens, quia substantiarum differentiæ sunt notiores quàm accidentium. Cùm autem negat Aristoteles 7. Metaph. c. 4. & 5. accidentia definiri posse, loquitur de accidentibus in concreto, quo modo spectatum accidens constat rebus diuersi generis. Concreta

Conditiones essentiales diffusius.

Prima.

Secunda.

Tertia.

Quarta.

Quintam quidam addunt, sed frustra.

Locus Arist. explicatur.

enim accidentium subiecta etiam includunt, ac proinde non possunt vnica definitione explicari, verbi causa, candidum, quod non tantùm candorem, sed etiam rem candore affectam significat, non potest accurata definitione explicari: At verò candor, qui est species caloris de genere qualitatis, potest optimè definiri, modò constet quæ sit propria & legitima eius differentia.

Quanam sint proprietates, itémque canones seu Regulæ legitimæ definitionis.

QVAESTIO IV.

Definitionis proprietates.

EX multis quæ passim Aristoteles 1. & 2. Post & 7. Metaph. de proprietatibus ac præceptis definitionis fusè disserit, præcipuè hęc selegimus. Et quidem quod spectat ad proprietates, quatuor sunt illæ præcipuæ. Prima,

1. Definitionem non posse demonstrari, ex 2. Poster. cap. 3. quod intelligendum est de demonstratione à priori, eaque accurata: nihil enim est in vnaquaq; re prius ipsa definitione, per quod ipsa definitio demonstrari possit: potest tamen demonstrari definitio de re definita à posteriori, per effectus & proprietates, tanquam per ea quæ sunt nobis notiora, licet ordine naturæ sint ipsa definitione obscuriora & posteriora: Immò potest definitio demonstrari à priori, sed per causas externas & minus proprias: Verbi gratia, hominem esse animal rationis capax, quia nempe eum Deus ad sui imaginem & similitudinem finxit.

2. Secunda proprietas est, definitionem esse medium potissimæ seu accuratissimæ demonstrationis. Est enim ea accuratissima demonstratio, in qua proprietas de subiecto demonstratur per ipsius subiecti definitionem, vt si demonstres hominem esse disciplinæ capacem, quia est animal rationale.

3. Tertia proprietas est, definitionem rei naturam explicare, sicut demonstrationis proprium est rei proprietates declarare.

4. Quarta proprietas est definitionē non significare verum nec falsum, hoc est, definitionem affirmationis & negationis expertem. Quod si dicas in hac definitione, Homo est animal rationale, esse affirmationem: Respondeo, hanc non esse meram definitionē, in qua affirmatur definitio de definito. Cæterùm in definitione mera reperitur quædam veritas quæ dicitur simplex

Obiectio.

Solutio.

Veritas incumulata.

plex seu incomplexa, consistitque in conformitate definitionis cum re definita: vnde etiam initio primi tractatus, in præfatione circa finem, monuimus primam seu simplicem mentis apprehensionem non esse expertem veritatis & falsitatis incomplexæ.

Canones autem ac regulæ seu præcepta definitionis legitimæ hæc sunt: Primum, vt definitio æquè latè pateat ac definitum, sicque omnibus conueniat quibus definitū, ex 6. Topic. c. 1. Secundum, vt in definitione nihil desit, nihilque supersit seu redundet, sed id tantùm adhibeatur quod satis sit ad naturam rei definitæ explicandam. Tertium, vt constet notioribus, ne ignotum per ignotius declaretur. Quare in definiendo fugiendę sunt voces omnes ambiguæ & metaphoricæ. Quartum, vt quàm breuiter fieri potest rem explicet, hoc est, definitionem constare debere quam paucissimis verbis, modo breuitas obscuritatem non pariat. Sed hæc satis de definitione. *Canones legitimæ definitionis.*

SECVNDA PARS DIALECTICÆ.

DE IIS QVÆ SPECTANT ad secundam mentis operationem.

PRÆFATIO.

SECVNDA mentis operatio, circa quam secunda hęc nostrę Dialecticę versatur pars, tota iudicij est. In quo differt tum à prima, qua res propositæ simplici intuitu apprehenduntur, nullumque de his fertur iudicium: tum etiam à tertia, quæ non tam in iudicio, quàm in discursu, quo ex vno aliud inferimus, posita est. Vnde cùm hæc tria mentis operа distinguantur, nempe simplex intuitus, iudicium & discursus: Simplex intuitus ad primam, discursus ad tertiam, iudicium verò ad hanc secundam mentis operatio- *Tria mentis opera.*

Digitized by Google

nem pertinet: imo ipsa est secunda mentis operatio. Siue enim rebus propositis intellectus assentiat affirmando, siue dissentiat negando, semper iudicat: iudicat nempe rem esse affirmando; iudicat vero rem non esse negando. Et quoniam affirmatio est quædam veluti compositio, qua vnum cum alio componimus, vt cùm affirmamus hominẽ esse animal, ipsum animal cum homine componimus. Negatio verò quædam veluti diuisio, qua vnum ab alio seiungimus, vt cùm negamus hominem esse lapidem, ipsum lapidem ab homine diuidimus. Hinc fit vt ratio tum cõponendi, cũ diuidendi, quod optimum est cognoscendi instrumentum, vulgò Methodus dicitur, ad hanc Dialecticæ partem optimè reuocari possit. Itaque duo erunt huius secundæ partis tractatus, prior de iudicio seu enunciatione ac propositione, quæ in affirmatione ac negatione consistit; posterior de methodo, vbi de ratione componendi, & diuidendi, ex instituto dicetur.

Affirmatio quæ est compositio.

Negatio quædam est diuisio.

Ratio componendi & diuidendi est methodus.

Duo tractatus huius secundæ partis.

PRIOR TRACTATVS huius partis.

De Enunciatione seu Propositione.

QVoniam in Enunciatione seu Propositione tria cõsiderari debent, nempe principia ex quibus cõstat: deinde partes seu species in quas diuiditur, denique proprietates quas sibi peculiari iure vendicat, idcirco tres erunt huius prioris tractatus disputationes. Prima de principiis Enunciationis; altera de variis eius speciebus, postrema de eiusdem proprietatibus.

Tres huius tractatus disputationes.

PRIMA DISPVTATIO huius tractatus.

De principiis Enunciationis.

Quænam sint Enunciationis principia.

QVAESTIO I.

NOn hîc quæritur de principio seu causa efficiente enunciationis, quæ est tum anima cùm ipse intellectus

ctus, ipsius animæ facultas: neque de causa finali, quæ varia esse potest pro varia intentione operantis. Nam prior consideratio ad naturalem, posterior verò ad moralem philosophum pertinet. Sed quæstio est de principijs intrinsecis, ex quibus constat omnis propositio. Vbi obiter notandum est, non hîc de sola & pura enunciatione mentali, sed de ea etiam quatenus voce exprimitur à nobis dísseri. Sunt igitur principia hæc tria, nempe subjectum, attributum, & copula: quorum duo priora habent rationem materialis principij, postremum verò rationem formalis; quia id quo fit enunciatio seu propositio, dicitur subjectum; & id quod enunciatur vel potiùs prædicatur, dicitur attributum: at verò id quod per vnum de altero prædicatur, est copula, quæ est veluti forma enunciationis: ita vt illa sublata, nulla sit enunciatio, neque vnus horum terminorum habeat rationem subjecti, alter verò rationem attributi. Quæ omnia exemplo facillimè declarantur hujus propositionis, Homo est animal, principia intrinseca sunt eæ tres particulæ ex quibus conficitur, quarum (homo) subjectum dicitur, (animal) prædicatum, (est) verò copula: Appellatur autem vnum eorum subjectum, quia in propositione subijcitur alteri, nempe attributo: Alterum verò appellatur attributum seu prædicatum, quia in propositione attribuitur subjecto, seu de ipsa prædicatur. Denique copula sic appellatur, quia in propositione præsertim affirmante est ea, per quam attributum seu prædicatum copulatur cum subjecto. Et quidem hæc tria sunt principia, ex quibus omnis simplex & incomplexa propositio conficitur. Et licet nonnunquam plures aut pauciores particulæ in propositione reperiantur, his tamen tribus principijs æquivalent, verbi gratia in hac propositione (Homo est animal rationale) animal rationale habet rationem vnius prædicati; & in hac propositione (homo est) verbum substantivum (est) habet rationem copulæ simul & prædicati: sensus enim hujus propositionis est, Homo est existens. Similer in istis propositionibus, Animal sentit, Homo viuit, &c verba adjectiua vim habent copulæ & prædicati, sensus enim est, animal est sentiens, Homo est viuens, &c.

Principium efficiens.

Finale.

Compositio.

Primum subiectum.

2. Attributum seu prædicatum.

3. Copula.

Nota.

Digitized by Google

Quid sint Nomen & Verbum apud Logicos.

QVAESTIO II.

Quid sit Nomen.

QVoniam tum subjectum, cùm attributum enunciationis nomina sunt, ideò sciendum quid sit nomen: Definitur ab Aristotele, Vox ex instituto significatiua, tẽporis expers, cujus pars nulla separata significat. Dicitur (temporis expers) vt nomen à verbo, cujus est alicujus temporis differentiam adsignificare, distinguatur. Additur (cujus pars nulla separata significat) vt nomen, qui simplex terminus est, ab oratione secernatur, Et licèt quorundam tum simplicium, cùm maximè compositorum nominum partes separatæ aliquid significent, vt patet in his vocabulis, Dominus, Respublica, &c. non tamen planè idem significant separatæ, quod conjunctæ. At verò partes orationis idem seorsim significant, quàm conjunctim:

Quid sit Verbum.

Verbum verò ab eodem Aristotele ibidem cap. 1. describitur: Quod tempus significat, cujus nullus pars separata significat, estque eorum quæ de altero dicuntur. Nota cùm dicitur (quod tempus significat) distinguitur verbum à nomine. Additur) cujus nulla pars separata significat) vt ab oratione distinguatur. Deniq; dicitur (nota eorum quæ de altero dicuntur) vt intelligas Verbum, quod hîc ab Aristotele definitur, copulæ simul & attributi vim habere, vt patet in his propositionibus, Animal viuit, Homo sentit, &c. Si quæras vtrùm verbum substantiuum (est) in his propositionibus, Homo est animal, Homo est disciplinæ capax, habet rationem verbi. Respondeo hujusmodi particulam (est) in prædictis propositionibus, non tam esse verbum propriè dictum, quale ab Aristotele hîc definitur quàm verbalem copulam, quæ attributum cum subjecto enunciatiuè copulat. Quod spectat ad significationem terminorum, & ad quod genus terminorum pertineant, vide quæ diximus initio primi tractatus primæ partis.

Quid, & quotuplex sit oratio, & quod genus orationis sit Enunciatio.

QVAESTIO. III.

QVoniam Enunciatio definitur ab Aristotele cap. 4. lib. de Interpr. Oratio verum vel falsum significans, ideò

ideò paucis agendum de oratione, deque veritate & falsitate tanquam de quibusdam essentialibis principijs enunciationis.

Oratio igitur definitur ab Aristotele loco citato: Vox significatiua, cujus pars aliqua separata significat, vt dictio, non vt affirmatio, aut negatio. Itaque id habet oratio commune cũ verbo & nomine, quòd significet ex hominum instituto, sed in eo differt, quod illius pars aliqua separata, id est, seorsum sumpta, etiã in ipsa orationis structura aliquid significet, & quidem vt dictio, non vt negatio, aut affirmatio; qua postrema conditione significat Aristoteles, partem orationis esse debere simplicem terminum, seu habere rationem simplicis termini, non verò esse debere propositionem. Si enim pars orationis aliqua esset affirmatio vel negatio, tunc non esset oratio simplex vel vnica, qualem hic describit Aristoteles, sed multiplex seu complexa. *Quid sit Oratio.*

Oratio autem perfecta dicitur aut imperfecta: Imperfecta est, quæ sensum perfectum haudquaquam gignit in animo audientis, sed suspensos tenet audientium animos, vt sunt omnes illæ quæ carent verbo, & præterea illæ in quibus licet verbum exprimatur, tamen aliquid ad complementum sententiæ desideratur, vt cùm dicis: Si Deus est Spiritus, cum venerit Paracletus, Deus qui viuit, quisquis Deo seruit: At verò perfecta est, quæ sensum integrum & absolutum gignit, vt si dicas Deus est Spiritus, Spiritus Paracletus descendit ad Apostolos. *Oratio duplex, Perfecta & Imperfecta.*

Iam verò perfecta oratio diuiditur in enunciatiuam, & non enunciatiuam. Oratio perfecta non enunciatiua dicitur, quæ licet perfectum sensum gignat in animo audientis, non tamen significat verum vel falsum: hujusmodi sunt orationes deprecatoriæ: vt miserere mei Deus: imperatiuæ aut prohibitiuæ: vt, Deum time, noli me tangere: Optatiuæ, vt vtinam saperent, intelligerent, & nouissima prouiderent: Exhortatoriæ, & consolatoriæ, vt, expecta Dominum, viriliter age, & confortetur cor tuum, & sustine Dominum: interrogatiuæ, vt, Quis mihi dabit pennas sicut columbæ, &c. At verò enunciatiua oratio dicitur, quæ significat verum vel falsum, seu quæ significat aliquid esse vel non esse, siue in præterito, siue in præsenti, siue in futuro, siue etiam abstrahendo ab omni temporis differentia. Quare omnes illæ orationes sunt enun- *Perfecta duplex.* *Oratio enunciatiua.*

Digitized by Google

ciatiuæ ; quarum verbum est indicatiui modi cujuscunque sit temporis : in his enim omnibus verum vel falsum indicatur. Et hæc est quam enunciationem propriè appellamus , alij propositionem , enunciatum, pronunciatum,effatum,axioma nuncupant.

Quomodo se habeat veritas, & falsitas propositionum.

QVAESTIO IV.

Veritas & falsitas in tribus reperitur.

Veritas quid propriè.

Falsitas quid

Veritas & falsitas pro positionum vnde sumatur.

VEritas sicut & falsitas in tribus reperitur diuersa ratione,nempe in rebus sicut in fundamento;in intellectu sicut in subjecto, & in enunciatione seu propositione vocali sicut in signo , hoc est , res cognatas esse regulam & normam veritatis ejus quæ in intellectu nostro reperitur : cujus veritatis interpres est vocalis propositio. Ex quo intelligere est, veritatem, sicut & falsitatem, magis propriè esse in intellectu, quàm in rebus aut vocibus. Vnde & veritas propriè definitur ; Conformitas intellectus cognoscentis cum re cognita,quæ conformitas relatio quædam est assimilationis seu adæquationis intellectus ad rem intellectam ; sicut falsitas deuiatio quædam est intellectus nostri à veritate rei cognitæ. Dicuntur autem propositiones veræ vel falsæ , non tam quia cognitioni nostræ,quàm quia rei cognitæ sunt conformes, vel non. Potest enim fieri vt enunciatio sit conformis nostro conceptui , & tamen absolutè falsa sit ; vt si is qui existimat angelum esse corporeum , hanc enunciationem proferat (Angelus est corporeus) talis propositio erit conformis cognitioni ipsius , & tamen erit absolutè falsa, quia non est conformis rei cognitæ. Angelus enim à parte rei non est corporeus ; sic fieri potest vt propositio non sit conformis cognitioni nostræ, & tamen absolutè vera sit: vt si quis contra mentem propriam dicat, angelum esse spiritum ; licèt enim non ita rem esse existimet,tamen quia à parte rei ita se res habet , ideò vera est ejusmodi propositio. Interim quia voces non rerum modò significatarum, sed etiam conceptuum signa sunt : hinc fit,vt propositiones vocales,si ex animo proferantur, veritatis ac falsitatis intellectiuæ sint indices , ita vt veræ conceptionis veru sit propositio,falsæ verò falsa.

Nota.

Vbi obiter nota quasdam propositiones dici veras identi-

identicè ac materialiter duntaxat; vel quia subiectum & attributum sunt idem realiter, vt si dicas, actio est passio, quia passio est idem realiter cum actione transeunte, vel quia subiectum & attributum pro eodem supponunt, vt si dicas, agens est patiens, vel candidum est calidum, quia accidit vt idem agat simul & patiatur, idemque subiectum candore simul & calore afficiatur: alias verò dici propriè ac formaliter veras, quia nempe attributum formaliter inest subiecto, etiam secundùm formale significatum spectato, siue insit accidentariò & contingenter, vt cùm dicitur lapis est candidus, siue necessariò & essentialiter: vt cùm dicitur homo est animal.

Grauis difficultas circa propositiones de futuro contingenti.

Cæterùm grauis hìc difficultas oritur circa veritatē & falsitatem earum propositionum quæ fiunt de futuris in materia contingenti. Cùm enim cōstet eas propositiones quæ fiūt de re præterita, vel præsenti, siue contingēti, siue necessaria, esse determinatè veras vel falsas, quia absolutè verum est, aut falsum aliquid fuisse, vel non: item aliquid esse, vel non esse. Item constat de veritate & falsitate propositionum, quæ fiunt de futuro in materia necessaria, vt si quis dicat, Antichristus venturus est, difficultas est de iis proportionibus quæ fiunt de futuro in materia contingenti & non necessaria, an sint veræ vel falsæ, siue an cōtradictoriarū eiusmodi propositionū altera sit determinatè vera, altera verò determinatè falsa, exēpli gratia, istarum propositionum: Petrus cras manè sedebit, Petrus cras manè nō sedebit: quæritur an altera sit determinatè vera, altera verò determinatè falsa; licèt sit nunc æquè indifferens, Petrum cras manè sedere & nō sedere: Cui respondetur cum Aristotele, c. 6. lib. de interpr. neutram huiusmodi propositionum esse determinatè veram aut falsam. Ratio præcipua hæc est, quia cùm veritas enunciationis pendeat à veritate rerum enunciatarum, vt potè quæ nihil aliud sit quàm confo mitas ipsius cū ipsis rebus: res autem illæ, de quibus fiunt illæ propositiones, non sint determinatæ veritatis aut falsitatis, non potest veritas aut falsitas eiusmodi enunciationum esse determinata: Adde quod longè certior est veritas propositionum de futuris necessariò, quàm de futuris contingēter: quod discrimē nullum esset, si altera prædictarum propositionum esset determinatè vera, altera verò determina-

Probatur primò.

Obiectio. te falsa. Obiicies, propositiones de rebus contingentibus esse determinatæ veritatis aut falsitatis, & tamen res illæ præsentes non sunt minus contingentes, quàm futuræ. Sed

Solutio. respondetur, licet res contingentes, etiam dum fiunt, sint absolutè & simpliciter contingentes, eas tamen hypothetica necessitate tunc esse necessarias, quæ necessitas sufficit ad determinatam veritatem propositionum: at quæ futura sunt contingenter, carent eiusmodi hypothetica necessitate.

Obiectio. Instabis cum verum dixisse, qui dixit Petrum hodie sessurum, si contingat hodie Petrum sedere: eũ verò falsũ dixisse qui dixit eundem non sessurum. Sed

Solutio. respondeo, cùm res quæ contingenter erat futura, accidit, tunc propositiones illas, quæ de illa re futura prolatæ erant, benè denominari veras vel falsas, nõ tamẽ quòd antea verè essent determinatè veræ aut falsæ. Verùm occurres,

Obiectio. Prophetarum prædictiones de rebus futuris contingentibus & liberis fuisse determinatè veras. Sed respondeo, veritatem eiusmodi prædictionum fuisse determinatam, quia non pendebat ex rebus ipsis contingenter futuris, sed ex diuina reuelatione, quæ certissima est.

SECVNDA DISPVTATIO HVIVS TRACTATVS:

De partibus subiectiuis, seu variis speciebus Enunciationum.

Vndenam petatur varia & multiplex enunciationum diuisio.

QVAESTIO I.

Diuisio propositionis in affirmantem & negantem vnde petatur.

HÆc, quæ sola videtur essentialis & maximè propria enunciationis diuisio, quâ diuiditur in affirmantem & negantem (reliquæ enim omnes sunt veluti accidentariæ) petitur ex ipsa secũda mentis operatione. Cum enim secunda mentis operatio sit duplex, vt in præfatione huius partis præmonuimus, nempe assensus & dissensus, seu affir-

affirmatio & negatio, iuxta duplex mentis iudicium, res veluti componentis affirmando, vel diuidentis negando: Hinc fit vt propositio, quæ est interpres operationum mentis, maximè propriè diuidatur in affirmantem & negantem. Propositio affirmans est, quæ significat aliquid alteri inesse, vel conuenire, vt Homo est animal': negans verò, quæ significat aliquid alteri non inesse, vel conuenire, vt Homo non est lapis. Reliquæ diuisiones, licèt variæ sint ac multiplices, ex duplici fonte petuntur, nempe vel ex materia enunciationis, subiecto nempe & attributo, vel ex forma nempe copula. Sic enim supra docuimus terminos ex quibus constat propositio, nempe subiectum & prædicatum, esse instar materiæ, copulam verò verbalem instar formæ.

Quotuplex sit Enunciatio ex parte materiæ.

QVAESTIO I.

PRopositio hoc modo spectata generatim diuidi potest primò in necessariã, probabilẽ, & erroneam: quò spectat tripartita diuisio propositionum, ita vt alię dicantur esse in materia necessaria ac naturali, aliæ in materia contingenti, aliæ in materia remota & falsa. Secundò diuidi potest in perspicuam & obscuram, seu ambiguam, vulgò exponibilem, quia nẽpe termini ex quibus constat, vel sunt dilucidi, vel ob additionem ambiguæ cuiusdam particulæ, obscuri; ita vt expositione indigeant. *Propositio omnis perspicua, vel obscura, seu ambigua.*

Perspicua verò, quæ non est exponibilis, aut simplex est, aut coniuncta seu complexa, quæ vulgò hypothetica nuncupatur: illa dicitur, quæ simplicibus aut vni simplici æquiualentibus terminis constat: hæc verò quæ multiplici termino constat, ita vt pluribus enunciationibus æquialeat, vt (Petrus & Ioannes ascendebãt ad horam orationis nonam) æquialet enim duplici propositioni, Petrus ascendebat, Ioannes ascendebat: sic, Christus est Deus & homo, æquialet istis propositionibus, Christus est Deus, Christus est homo. Porrò simplex propositio ratione materiæ optimè diuiditur in finitam & infinitam, seu potiùs indefinitam, quia termini simplicis propositionis aut sunt finiti, aut infiniti. Finita rursus aut est vniuersalis, cuius *Perspicua aut est simplex aut coniuncta.* *Propositio simplex vel finita, aut infinita. Finita aut est vniuersalis, aut particularis,*

subiectum vniuersali signo est affectum, vt, Omnis homo est animal: aut particularis, cuius subiectum particulari signo est affectum; aut certè aliquid particulare significat: vt, aliquis homo est iustus, Petrus est iustus. Infinita verò propositio dicitur duobus modis: Primò, quæ constat vniuersali subiecto, sed absque signo vniuersali, vt homo est disciplinæ capax. Secundò dicitur, quæ cõstat termino aliquo, subiecto nempe vel attributo negatiuo: vt, non homo est lapis, vel, lapis est non homo, vel non ens est non homo.

Alia diuisio simplicis propositionis.

Posset etiam simplex propositio duobus aliis modis diuidi, nempe in veram & falsam: deinde in affirmantem & negantem. Sed hæ diuisiones petuntur potiùs ex parte formæ quàm materiæ: adde quod de iis iam superius dictum est.

Quo loco diligenter notandum est omnem affirmationem fundari in aliqua identitate subiecti & attributi, ita vt subiectum & attributũ pro eodem supponant, licèt non idem planè formaliter significent, præsertim si vtrumque concreto nomine exprimatur, vt cùm dicitur (homo est animal) quia idem est habens rationem hominis & animalis. Itemque negationem fundari in diuersitate subiecti & attributi, ita vt non tantùm res diuersas significent, sed etiam pro rebus diuersis supponant, vt cùm dicitur (homo non est lapis) quia aliud est quod habet rationem hominis, & aliud quod habet rationem lapidis.

Complexa est copulatiua aut segregatiua.

Quod spectat ad propositionem coniunctam seu complexam, aut est copulatiua, cuius plures termini coniunctione copulatiua connectuntur: aut segregatiua, cuius plures termini coniunctione segregatiua connectuntur.

Copulatiua species.

Rursus copulatiua duplex est altera absoluta, cuius particula copulatiua est absoluta: vt Petrus & Ioannes student. Altera conditionalis, quæ maximè propriè dicitur hypothetica, cuius particula copulatiua est conditionalis vt, si Sol lucet, dies est. Segregatiua item duplex, altera disiunctiua, altera discretiua: illa dicitur in qua reperitur particula disiunctiua (vel aut siue) & similes: vt, Petrus loquitur vel silet. Hæc verò in qua reperitur particula discretiua, quanquam, etsi, licèt, & similes: vt, Etsi Deus sit bonus, est tamen iustus. Et quidẽ hæ sunt species propositionis perspicuæ tam simplicis, quàm complexæ.

Segregatiua species.

Restant

Reſtant propoſitiones ambiguæ, ſeu exponibiles, quæ ſunt triplicis generis, nempe excluſiuæ, exceptiuæ, reduplicatiuæ. Excluſiuæ dicuntur, in quibus particula, quæ parit obſcuritatem, ſignum eſt excluſionis, quales ſunt hæ, tantum, ſolùm, duntaxat, & ſimiles. Et quoniam ejuſmodi ſigna aliquando cadunt in ſubjectum, aliquando verò in prædicatum: hinc aliæ dicuntur excluſiuæ de ſubjecto, ſeu excluſiui ſubjecti, vt, animal tantùm eſt ſenſus capax: Ibi enim particula excluſiua (tantùm) cadit in ipſum animal, quod eſt ſubjectum propoſitionis; ita vt ſenſus propoſitionis ſit Animal, & nihil aliud præter ipſum, eſſe ſenſus capax. Aliæ verò dicuntur excluſiuæ de prædicato ſeu excluſiui prædicati, vt, corui ſunt tātùm nigri: vbi particula excluſiua (tantùm) cadit in ipſum propoſitionis prædicatum. Ita vt ſenſus ſit, corui ſunt nigri, & nullo alio colore affecti. Exceptiuæ propoſitiones dicuntur, in quibus eſt aliqua exceptionis particula, vt præter, & ſi quod aliud ſit ejuſdem ſignificationis vocabulum: hujuſmodi eſt hęc propoſitio, Omne animal præter hominem eſt rationis expers. Denique reduplicatiuæ ſunt illæ, in quibus eſt aliquod ſignum reduplicationis, quales ſunt hæ particulæ, vt, prout, quatenus, &c. hujuſmodi ſunt hæ propoſitiones, Homo quatenus homo eſt admirationis capax, id eſt, homo, non quatenus eſt corpus, vel animal, ſed ſecundùm proprium naturæ ſuæ gradum, eſt admirationis capax. Item homo iuſtus, quatenus iuſtus, ſaluabitur, id eſt, homo non ratione doctrinæ, diuitiarum, dignitatis, &c. ſed ratione iuſtitiæ, ſeu ſanctitatis & innocentiæ ſaluabitur.

Propoſitio ambigua ſiue exponibilis eſt triplicis generis.

Excluſiuæ propoſitiones.

Exceptiuæ propoſitiones.

Reduplicatiuæ propoſitiones.

Quotuplex ſit enunciatio ex parte formæ.

QVAESTIO III.

FOrma propoſitionis dicitur verbalis copula (eſt) vti ſupra monuimus: Et quoniam hujuſmodi particulæ proprium eſt, vt non modò copulæ, ſed etiam attributi ſimul vim habeat, quando nempe ponitur in propoſitione, vt verbum ſubſtantiuum; vt in hac propoſitione; Deus eſt, quod etiam omnia alia verba ſibi vendicant, quæ ad hujus diſtinctionem dicuntur motiua, vt patet in his propoſitionibus (homo viuit, homo ſentit, &c.) hinc ratione formæ duo genera propoſitionum conſtituuntur, ita vt

aliæ dicantur de secundo adjacente, in quibus verbum copulæ, & prædicati rationem habet, vt (Deus est, homo fuit) & similes, quæ sic appellantur, quia attributum secundo loco adjacet immediatè post subjectum; aliæ verò de tertio adjacente, in quibus verbum substantiuum (est) copulæ duntaxat locum tenet: ita vt attributum tertio loco adjaceat, nempe post subjectum & ipsam copulam; vt, Deus est iustus, homo est viuēs, &c. Præterea quoniam copulæ est significare nexum prædicati cum subjecto, illúmque vel absolutè significat, vel etiam simul illius modum connotat: hinc fit vt ratione formæ seu copulæ propositio diuidatur in absolutam & modificatam seu modalem. Absoluta est, qua significatur absolutè aliquid inesse alteri vel non, vt, homo est animal, Petrus studet. Modalis verò dicitur in qua non modò significatur aliquid alteri inesse vel non, sed etiam modus quo alteri inest, vel non. Et quia modus ille est quadruplex, videlicet necessarius, vel contingens, impossibilis, vel possibilis, hinc propositionum modalium quatuor sunt genera, videlicet de necessario, vt hæc propositio, necesse est hominem esse animal; de contingente, qualis est hæc, contingens est hominem esse pilosum: de impossibili, qualis est hæc, impossibile est hominem esse lapidem: de possibili, qualis est ista, possibile est hominem esse bicipitem.

Quo loco notabis vnicuique modali propositioni duas negantes opponi, alteram negantem de modo, cùm particula negatiua cadit in modum; alteram negantem de subjecto, cùm particula negatiua cadit in subjectum, seu significat aliquid negari de subjecto, verbi gratia, isti propositioni, necesse est hominem esse animal, opposita de modo est ista, non est necesse hominem esse animal: oppolita verò de subjecto ista, necesse est hominem non esse animal. Ex quo exemplo facilè est intelligere negatiuam de subjecto esse magis propriè oppositam, quia nempe eodem modo rem negat quo opposita affirmat, at verò negatiua de modo non item; neque enim est de eodem modo quo opposita, si sensum propositionis spectes: verbi gratia, hæc propositio, non est necesse hominem esse animal, non est propriè de necesse, nisi voce tenus, sed potiùs de contingenti, vel possibili, æquipalet enim isti propositioni (contingens est hominem esse animal) vel

isti

isti, possibile est hominem non esse animal: idem sentiendum de oppositione affirmatiua & negatiua in alijs modis.

TERTIA DISPVTATIO HVIVS TRACTATVS.

De proprietatibus Enunciationum.

Quaenam sint proprietates Enunciationum.

QVAESTIO I.

Proprietates enunciationum, ut absolutæ sunt, aut respectiuæ.

ETsi affirmatio & negatio, veritas & falsitas, vniuersalitas & particularitas possint aliquo modo dici proprietates enunciationum, quatenus omnis propositio est affirmans vel negans, vera vel falsa, vniuersalis vel particularis (si per vniuersalem intelligas omnem propositionem cujus subjectum est vniuersale) nihilominus tamen cùm potiùs sint oppositarum enunciationum differentiæ, siue essentiales, siue accidentariæ, quàm earum proprietates, idcirco de ijs egimus, vbi de varijs enunciationum speciebus precedenti disputatione diximus. Porrò vsus inualuit apud Dialecticos, vt cùm proprietas absoluta enunciationum duplex dicatur, nempe quantitas & qualitas, per quantitatem intelligeretur vniuersalitas & particularitas; per qualitatem verò affirmatio & negatio; & etiam veritas & falsitas, sed præcipuè affirmatio & negatio; appellantúrque hæ proprietates absolutæ, quia competunt enunciationionibus in se, non verò comparatè spectatis. At verò tres sunt respectiuæ enunciationum proprietates præcipuæ, quæ nempe enunciationibus inter se collatis, seu comparatis conueniunt, nempe oppositio, conuersio, & æquipollentia, de quibus aliquid breuiter dicendum est.

Tres enunciationum proprietates respectiuæ.

***

Quæ & quotuplex sit enunciationum oppositio.

QVAESTIO II.

Duæ conditiones oppositionis legitimæ.

PRopositionum oppositio dici potest earum quæ de eadem materia fiunt, penes quantitatem aut qualitatem, aut vtramque differentia. Itaque ad hoc vt duæ propositiones legitimè opponantur, duæ conditiones requiruntur: vna est, vt sint de eadem re, seu ijsdem constent terminis, subjecto nempe & attributo: Altera, vt differant non quouis modo, sed ratione quantitatis & qualitatis, id est, ratione vniuersalitatis & particularitatis, item affirmationis & negationis. Hinc enim nascuntur quatuor oppositionum genera, nempe contrarietas & subcontrarietas earum propositionum quæ quantitate conueniunt, sed qualitate differunt; subalternatio earum quæ qualitate conueniunt, sed quantitate differunt. Denique contradictio earum quæ quantitate simul & qualitate differunt. Dicuntur igitur contrariæ, quæ ambæ sunt vniuersales, sed earum altera affirmans, altera negans: Omnis homo est animal: Nullus homo est animal. Subcontrariæ dicuntur, quæ ambæ sunt particulares, sed altera affirmans, altera negans, vt, Aliquis homo est animal, Aliquis homo non est animal. Subalternæ sunt ambæ quidem affirmantes, aut ambæ negantes, sed altera vniuersalis, altera particularis: vt, Omnis homo est animal, Aliquis homo est animal: Nullus homo est lapis, Aliquis homo non est lapis. Denique contradictoriæ censentur, quarum altera est vniuersalis, altera particularis, itémque altera affirmans, altera negans: vt, Omnis homo est animal, Aliquis homo non est animal. Nullus homo est lapis, Aliquis homo est lapis, quæ omnia patent in hoc schemate.

Propositionum oppositio duplex.

Contrariæ propositiones.

Subcontrariæ.

Subalternæ.

Contradictoriæ.

Omnis

Omnis homo eſt animal Omnis homo eſt lapis. Omnis homo eſt iuſtus.	Con tra- riæ.	Nullus homo eſt animal. Nullus homo eſt lapis. Nullus homo eſt iuſtus.



Aliquis homo eſt animal. Aliquis homo eſt lapis. Aliquis homo eſt iuſtus.	Subcontrariæ	Aliquis homo nõ eſt animal. Aliquis homo non eſt lapis. Aliquis homo non eſt iuſtus.

Cæterùm harum oppoſitionum maxima eſt, quæ inter contradictorias reperitur, quia & quantitate & qualitate differunt, & præter ea nunquam ſimul veræ aut ſimul falſæ eſſe poſſunt: deinde ſequitur oppoſitio inter contrarias, quæ licet qualitate differant, quantitate tamen conſentiunt, & licet nunquam ſimul veræ eſſe poſſint, ſimul tamen poſſunt eſſe falſæ, vt patet in materia contingenti, tum ſubſequitur oppoſitio minùs propria inter ſubcontrarias, quæ licet qualitate differant, quantitate tamen conſentiunt, & licèt nunquam ſimul falſæ eſſe poſſint, poſſunt tamen ſimul eſſe veræ, vt patet in materia cõtingenti. Denique omnium minima oppoſitio eſt ſubalternarum, quæ licet quantitate differant qualitate tamen conſentiunt, & præterea ſunt ſimul veræ aut ſimul falſæ in materia neceſſaria, licèt in materia contingenti nunquam ſimul veræ eſſe poſſint aut falſæ, quarum omnium exempla require in prædicto ſchemate.

Digitized by Google

Quid sit in propositionibus conuersio & æquipollentia.

QVAESTIO III.

Quid sit conuersio hic.

CONuersio propositionis apud Dialecticos definitur, extremorum siue terminorum trãspositio, ita vt subiectum fiat prædicatum, & è contra, seruatâ semper eiusdem propositionis qualitate, hoc est, affirmatione, vel negatione, & veritate vel falsitate, licet quantitas nonnunquam mutari possit, ita vt ex vniuersali fiat particularis: vnde conuersio duplex nascitur; altera simplex, cùm seruatur non tantùm qualitas, sed etiam quantitas propositionis conuertendæ, ita vt si conuertenda fuerit vniuersalis, conuersa quoque sit vniuersalis; si verò particularis, conuersa quoque sit particularis, quomodò legitimè cõuertuntur vniuersales negantes, & particulares affirmantes, vt si dicas, nullus homo est lapis, ergo nullus lapis est homo: aliquod animal est bipes, ergo aliquod bipes est animal: altera verò conuersio dicitur per accidens, cùm seruata qualitate mutatur quantitas propositionis; ita vt ex vniuersali fiat particularis, quomodo conuertuntur vniuersales affirmantes, & vniuersales negantes, vt si dicas, omnis homo est animal, ergo aliquod animal est homo; nullus homo est lapis, ergo aliquis lapis non est homo.

Conuersio duplex.

Conuersio genus quoddam consequentiæ.

Mitto hîc quoddam tertium genus conuersionis quod dicitur per contrapositionem, quomodo dicuntur conuerti posse particulares negantes, est enim subtile magis quàm vtile. Cæterùm ex supradictis exemplis intelligis conuersionem pertinere ad genus quoddam consequentiæ, ita vt legitima sit propositionum conuersio cùm ex vna concersarum inferri potest altera.

De æquipollentia propositionum.

Æquipollentia inter oppositas duntaxat propositiones reperitur, cum videlicet vna propositio alteri oppositæ sit æquiualens: quod maximè fit additione, vel detractione particulæ negatiuæ: verbi gratia, hæc propositio, Omnis homo est animal, quæ est contraria isti: Nullus homo est animal, fit eidem æquiualens addita particula negatiua, sic, Omnis homo non est animal. Si verò dicas, Non omnis homo est animal, fiet æquiualens isti propositioni contradictoriæ, Aliquis homo non est animal. Pertinet autem

Nota.

autem ista sicut & præcedens enunciationum respectiua proprietas ad genus quoddam consequentię, tum enim est legitima propositionum oppositarum æquipollentia, cùm ex vna inferri potest altera: vt si dicas, Omnis homo non est animal, ergo nullus homo est animal. Verùm quia diutius in istis immorari non magnæ est vtilitatis, satis sit hæc breuiter de istis duabus propositionum proprietatibus dixisse, ne omninò ignoretur quid sit apud Dialecticos ptopositionum conuersio, & æquipollentia.

POSTERIOR TRACTATVS HVIVS PARTIS.

De Methodo, vbi de optima ratione componendi & diuidendi.

QVoniam, vt supra monuimus, affirmationi compositio, & negationi diuisio respõdet, locus hic postulat vt de compositione & diuisione, adeoque generatim de Methodo, cuius hæ sunt partes, ex instituto dicamus.

Quid sit Methodus, & quænam eius vtilitates.

QVAESTIO I.

MEthodi nomen dupliciter accipitur: Primò quidem pro ordine & serie eorum omnium quæ in vniuersa aliqua doctrina, vel eius parte traduntur ac digerun- *Methodi duplex acceptio.*
tur. Secundò pro ordinatione seu eo animi iudicio, quo res illæ in aliqua disciplina continuè disponuntur. Et quoniam vnicuique ordinationi suus ordo respondet, ideo indiscriminatim pro vtrolibet accipitur methodus, attamen magis propria est posterior acceptio quàm prior. Erit igitur propriè loquendo methodus, Animi iudicium aptè, ritéque ordinantis ea omnia, quæ ad vniuersam aliquam scientiam pertinent, ex quo totius illius scientiæ ordo nascitur; sicque methodus non est quælibet, nec cuiuslibet rei dispositio; neque enim terminorum dispositio in enunciatione, neque enũciationum in ratiocinatione, *Methodus quid sit proprie.*

methodus appellatur, sed apta plurium definitionum, enunciationum, ratiocinationum, &c. ad eandē scientiam pertinentium ordinatio. Cuius methodi vtilitates permultæ sunt: vt quod res ad intelligendum faciles efficiat: quæ enim ordinata sunt, longe facilius intelliguntur, quàm quæ turbata sunt & promiscua: deinde quod memoriam iuuet, firmius enim animo inhærent quæ ordinatè addiscuntur: denique quod discentium animos alliciat ac detineat, delectat enim in oratione methodus sicut in qualibet alia re ordo & partium apta dispositio.

Methodi vtilitas.

Quotuplex sit generalis scientiarum Methodus.

QVAESTIO II.

Methodus duplex Artis & Prudentiæ.

METhodus in genere quidē duplex est: altera prudētiæ, quæ nullis certis legibus continetur, sed pro ratione circunstantiarum à vero prudenti, varia obseruatur: altera artis, quæ certis dialecticæ præceptis dirigitur, eaque duplex, altera generalis, quæ seruanda est in continuata ferè omnium partium alicuius scientiæ, altera particularis quæ in vnaquaque quæstione aut difficultate enodanda seruari debet. De generali igitur in hac quæstione agimus de particulari sequenti quæstione dicturi.

Quæsita & media.

Cum igitur duo maximè in vnaquaque scientia considerentur, quæsita nēpe & media, quæ ad quæsitorū explicationem adhiberi solent, possintque vel quæsita inter se, vel denique media cum quæsitis ratione ordinis cōparari: hinc triplex ordo seruandus est in qualibet scientia, videlicet in primis plurium quæsitorum inter se, vt quæ priora sunt, priori loco exponantur, quæ verò posteriora quæq; sine præcedētibus non possunt intelligi, posteriori: deinde mediorū inter se, vt cùm plura suppetunt media ad aliquid probandum, quæ sunt viciniora rei probandæ priori loco adhibeantur, quæ verò remotiora posteriori: denique is ordo seruandus est mediorum ad quæsita, vt prioribus quæsitis priora media, posterioribus posteriora media respondeant. Porrò in quolibet isto ordine siue quæsitorum inter se, siue mediorum inter se, siue mediorum ad quæsita, triplex methodus reperiri potest, videlicet Resolutiua, Compositiua, & Definitiua.

Ordo triplex in quaque scientia.

Methodus triplex.

Metho-

Methodus siue ordo resolutionis, quæ dicitur analysis, fit quatuor modis. Primò, cùm à toto integro ad singula membra quæ dicuntur partes integrantes, fit progressus, vt si quis de toto syllogismo primùm dicat, deinde partes ex quibus constat, nempe propositiones & terminos explicet. Secundò, cùm à toto vniuersali ad singulas ejus species quis dilabitur, vt si de syllogismo primùm in genere quis disserat, deinde singulas ejus species nempe syllogismum demonstratiuum, topicum, & sophisticum explicet, tum horum adhuc species declaret, donec ad infimas peruenerit. Tertiò, cùm conclusio in sua prima principia resoluitur, quæ methodus in demonstrando & probando Mathematicis præsertim familiaris est: vt si quis probet Dialecticam esse vtilem; quia actiones mentis ab ipsa diriguntur, actiones autem mentis dirigi posse, quia nonnunquam errare possunt, esse autem errori obnoxias, quia id experientia constat. Quartò, cùm à fine ad media fit regressus, vt si quis præuideat Dialecticæ finem esse, cæteras scientias perfectè consequi; id autem fieri non posse sine rationis legitimo discursu, discursum verò quibusdã enunciatis niti, omne autem enunciatũ suis constare terminis, ideoque inchoandum esse à simplici terminorum apprehensione, & sic paulatim progrediendo, per ea quæ sequuntur ad propositum finem perueniendum esse; prior ille rationis regressus à fine proposito ad media, & prima vsque elementa fit ordine analytico seu resolutorio.

Methodus resolutiua fit 4. modis.

1.

2.

3.

4.

Quoniam verò analysi, id est, diuisioni opponitur synthesis, id est, compositio, hinc fit vt tot modis oppositis fieri possit methodus compositionis, quot fieri potest methodus resolutionis, primò cùm à partibus constituentibus seu integrantibus ad totum integrum fit processus, vt si quis Dialecticam auspicetur ab ipsis primis elementis, nempe simplicibus terminis, tum ad propositiones quæ ex ipsis constant terminis procedat, tandem ex ipsis enunciationibus ad syllogismum, qui propositionibus constat, progrediatur. Secundò, cùm à specialissimis per ea quæ subalterna sunt ad generalissima fit progressus: qua methodo in inuenienda potius quàm in docenda aliqua scientia vti docet, vt si quis primùm experientia comperiat tres esse syllogismorum species, nempe demonstratiuum, topicum, & sophisticum, tum ex ijs

Methodus compositiua fit 4. modis.

1.

2.

communem syllogismi rationem colligat, tunc conferendo syllogismum cum inductione, & exemplo & enthymemate communem argumentationis rationem agnosca.

3. Tertiò, cùm à primis principijs per interjecta, vsque ad vltimas conclusiones fit processus, vt si quis doceat primùm ab experientia, animum hominis esse labilem, erroríque obnoxium, tum ex eo doceat certa aliqua arte dirigendum esse, eámque artem esse Dialecticam: ex quibus concludet Dialecticam imprimis vtilem esse ad rectè & sine errore disserendum. Quartò à medijs ad finem; vt si quis doceat apprehendere sine errore simplices terminos, vt ex ijs doceat enunciationes conficere, tum modum rectè enunciandi doceat, vt postea modus optimè ratiocinandi teneatur, quo tandem cæteræ omnes scientiæ habeantur perfectæ, & omnibus suis numeris absolutæ.

4.

Methodus definitiua. Tertia eaque optima methodi species, quæ diffinitiua dicitur, videturque partim ex compositiua, partim ex diuisiua methodo constare, tum maximè seruatur cùm res in genere primùm definitione explicatur, quod fit componendo genus cum differentia: deinde explicatis per definitionem rei proprietatibus, eadem primùm in sua membra, seu partes integrantes, si quas habet, deinde in suas species seu partes proximè sibi subjectas diuiditur, eodemque modo vnaquæque ex illis speciebus primò definitur, ejusque proprietatibus traditis, in sua membra primùm, deinde in suas species diuiditur, sicque deinceps proceditur, donec ad vltimas species deueniatur: vt si quis acturus de syllogismo, primùm explicet quid sit syllogismus in genere, & quænam ejus proprietates, tum partes integrantes, syllogismi materialem nempe ac formalem distinguat, tandem syllogismum diuidat in partes subjectiuas seu species, nempe in demonstratiuum, topicum & sophisticum; eodémque modo in singulis speciebus procedat, quo in ipsarum genere explicando.

Est autem aptissima hæc methodus in docendis & addiscendis doctrinis: in inueniendis verò ijsdem disciplinis, alia methodo, nempe compositiua seu synthetica plerumque vtendum est.

Qua-

Digitized by Google

Quanam sit particularis cuiusque difficultatis enodandæ methodus.

QVAESTIO III.

TOta huius methodi ratio in duobus consistit, in docendo nempe & disputando: docentis verò duę sunt partes, tradere, & confirmare sua, deinde aliena refutare. Quatuor autem sunt de vnaquaque re, si commodè fieri potest, explicanda, nempe an sit, id est, an detur aut dari possit in rerum natura; deinde, quid sit, vbi rei nomen & natura explicanda est; præterea quale sit, vbi explicandæ omnes rei proprietates; denique propter quid seu per quid sit, vbi causæ rei assignandæ sunt: posset addi quintum quæsitum, nempe quotuplex sit, vbi species rei tradendæ erunt. In confutando triplex ordo seruari potest. Primus est, si quod verum esse arbitramur primo loco statuamus, tum ex veritate comprobata aliorum sententias refutemus. Secundus est, si prius alienas opiniones recenseamus incipiendo ab iis quæ sunt minùs probabiles simúlque singulas refutemus, vt tandem nostram sententiam adhibitis rationibus stabiliamus: Tertius est, si propositis in vtramque partem oppositis sententijs, tandem propositæ quæstionis veritas explicetur: ita vt ad extremum soluantur rationes illius sententiæ, quæ minorem probabilitatem habere videbatur: sic igitur se habet ordo particularis in docendo. Sequitur ordo particularis in disputando, qui ferè positus est in officijs argumentantis & respondentis. Argumentantis officia tria sunt: primum argumentum clarè & distinctè proponere; secundum, id quod negatum à respondente fuerit, directè probare: tertium non esse nimium pertinacem: Respondentis item tria sunt officia: primum integrum argumentum fideliter resumere: secundum, ad singulas propositiones respondere, concedendo vera, negando falsa, distinguendo ambigua: tertium est animi sensum interroganti dilucidè declarare, interdúmque affirmati aut negati rationem postulanti reddere.

Docentis partes quænam sint.

Quatuor sunt de vnaquaque re explicanda.

In confutando ordo triplex.

1.

2.

3.

Argumentantis officia.

Respondentis officia.

Digitized by Google

Quanam sit legitima rei propositæ diuisio & partitio.

QVAESTIO IV.

CVm in omni philosophiæ parte frequens atque adeò vtilissimus sit diuisionis vsus, ita vt ipsa sicuti definitio atque demonstratio sciendi instrumentum, præsertim à Platonicis dicatur, non fuerit alienum nonnulla hic de diuisione specialiter subjungere; nempe quid sit, quotuplex sit, tandem quomodo fieri debeat.

Quid sit diuisio.

Quod spectat ad primum; definiri potest, Oratio, quam totum in partes diuiditur; vt si dicas, animal aliud esse rationale nempe hominem, aliud irrationale nempe brutum; vel si dicas, corporis humani pars alia est caput, alia pectus, &c. Licèt autem hæc vocabula, diuisio, partitio, analysis, seu resolutio discriminatim vsurpentur: est tamen inter ea discrimen, quòd diuisio sit propriè totius vniuersalis in species, partitio totius integri in membra, denique analysis sit reductio conclusionis in sua principia vel regressus à fine ad media.

Nota.

Diuisio in genere triplex.

Quod spectat ad secundum; diuisio in genere est triplex, pro triplici genere totius & partium. Est enim alia diuisio totius integri in partes integrantes, quæ propriè dicitur partitio, vt est diuisio corporis humani in caput, pectus, brachia, crura, &c. alia verò est diuisio totius vniuersalis in suas species, vt est diuisio animalis in hominem & brutum: alia denique diuisio totius essentialis in partes essentiales siue physicas, nempe materiam & formam, vt si hominem partiaris in corpus & animam; siue metaphysicas, nempe genus & differentiam, vt si hominem diuidas in animal & rationale. Cæterùm præter has tres proprias species diuisionis per se, tres aliæ sunt species diuisionis per accidens: Prima accidentis in subiecta, quâ diuiditur aliquod accidens penes subjecta in quibus reperitur, vt si dicas, eorum quę mouentur, aliud est cœlum, aliud elementum, aliud corpus mixtum: Secunda, subiecti in accidentia qua diuiditur subiectum penes accidentia, vt si dicas, corpus aliud est album, aliud verò nigrum: Tertia, accidentis in accidentia, qua videlicet accidens non per proprias differentias, sed per alia diuersi generis accidentia in concreto diuiditur, vt si dicas, album aliud est molle, aliud durum.

Diuisio per accidens triplex.

Quod

Quod spectat ad tertium ; quattuor sunt præcipui canones seu regulæ legitimæ diuisionis: Prima, vt vniuscuiusque diuisionis membra simul sumpta totum diuisum adæquent, quò sit vt membra diuidentia cum toto diuiso sint reciproca: Secunda, vt vtraque pars diuisionis, si fieri possit, nominibus positiuis exprimatur: Tertia, vt totum in partes viciniores, & proximas, seu vniuersaliores primùm distribuatur, deinde istæ in alias, vnde genus aliquod non statim immediatè, sed per interiectas species in remotiores vsque ad specialissimas debet subdiuidi: Quarta, vt vnum diuisionis membrum alteri opponatur; ita vt in ipso non contineatur, sed vtrumque æquè immediatè contineatur in toto diuiso. Et hæc de Methodo ac Diuisione satis ; atque adeo de secunda Dialectiçæ parte.

Diuisionis legitimæ Canones seu regulæ 4.

1.
2.
3.
4.

TERTIA PARS DIALECTICÆ.

DE IIS QVÆ SPECTANT ad tertiam mentis operationem.

PRÆFATIO.

ABsolutis duabus Dialecticæ partibus, quarum altera circa simplicem mentis intuitum, altera circa iudicium versabatur, sequitur tertia pars circa tertium genus operandi nostri intellectus, nempe discursum quo vnum ex alio infertur. Sicut autem in secunda mentis operatione aliquid præcedente simplici terminorum apprehensione enuntiatur ; ita in hac tertia aliquid precedente propositionum iudicio concluditur.

Cur in hac parte de syllogismo præcipuè agatur.

Cæterùm, licèt vel ex hoc intelligas genus omne argumentationis, immò cuiusuis legitimæ consecutionis ad hanc tertiam mentis operationem pertinere, quia ta-

Tria in syllogismo consideranda.

men inter ſpecies argumentationis (quod conſecutionis genus optimus eſt) præſtat ſyllogiſmus, & ad ipſum cætera omnia argumentandi genera poſſunt reuocari; idcirco tertia hæc pars Dialecticę de ſyllogiſmo præſertim inſtituetur. Et quoniam tria maximè occurrunt in ſyllogiſmo conſideranda; primùm quidem nonnulla quæ ad ipſum in genere pertinent; vt ſunt eius ratio, principia, & proprietates; deinde varius ac multiplex ſyllogizandi, ſeu ratiocinandi modus: denique inſignes quædam ipſius ſpecies quę iuxta conditionem rei de qua diſ-

Tres huius partis Tractatus.

ſeritur, diſtinguuntur, ſyllogiſmus demonſtratiuus, topicus, ſophiſticus; idcirco tres erunt huius tertiæ partis tractatus: primus ſyllogiſmo in genere, vbi de ipſius ratione, principiis & proprietatibus generatim dicetur. ſecundus de variis figuris & modis ſyllogiſmorum; tertius de tribus præcipuis eius ſpeciebus, nempe de ſyllogiſmo demonſtratiuo, topico, & ſophiſtico.

PRIMVS TRACTATVS HVIVS PARTIS.

De Syllogiſmo in genere.

2. In ſyllogiſmo generatim ſpectare conſiderandа.

QVoniam duo maximè in ſyllogiſmo generatim ſpectanda ſunt, nempe eius ratio ſeu natura, quò ſpectant eiuſdem principia, deinde proprietates quæ certis ratiocinandi legibus & regulis continentur; idcirco duas inſtituemus huius tractatus diſputationes, quarum altera erit de natura, & principiis ſyllogiſmi, altera erit de proprietatibus ſeu legibus boni & legitimi ſyllogiſmi.

PRIOR

PRIOR DISPUTATIO huius tractatus.

De natura & principiis Syllogismi.

Quid sit Syllogismus, vbi de consecutione & argumentatione.

QVAESTIO I.

CVm Syllogismus argumentationis, argumentatio verò consecutionis species quædam sit, doctrinæ ratio postulat, vt de consecutione primùm, deinde de argumentatione nonnihil dicamus; ex his enim facilè syllogismi rationem, seu definitionem colligere est.

Consequentia duplex accepto.

Consecutio igitur, seu (vt lubentiùs loquuntur) consequentia dupliciter accipitur, primùm quidem præcisè, & veluti in abstracto pro ipsa vi seu ratione inferendi vnum ex alio, altero modo accipitur velut in concreto pro ipsa oratione in qua vnum ex alio infertur: & quidem in hac posteriori acceptione hic à nobis vsurpatur: cúmque hoc modo accepta definiatur, Oratio in qua vnum ex alio infertur, duo necessariò includit, nempe id ex quo aliud infertur, quod dicitur antecedens, deinde id ipsum quod infertur, quod dicitur consequens: tertium addi potest, nempe signum formalis consecutionis; Verbi gratia, cùm dicitur, homo est animal, ergo homo est sensus particeps: consequentia est, cuius prior pars, nempe (homo est animal) dicitur antecedens, posterior verò, nempe (homo est sensus particeps) dicitur consequens: at verò particula (ergo) est signum illationis seu formalis consecutionis.

Consequentia definitio.

Consequentiarum duo genera.

Sunt autem consequentiarum duo genera. Vnum eorum in quibus antecedens, & consequens iisdem constant terminis, licet nonnunquam transpositis, aut aliquo modo immutaris, cuius quatuor sunt species. Prima cum propositio ex se ipsa colligitur; vt omnis homo est animal, ergo omnis homo est animal. Secunda cùm ex vna propositione alia æquipollens colligitur, vt, omnis homo est animal, ergo nullus homo non est animal. Tertia, cùm subalternata ex ea cui subalternatur, id est, particularis ex vniuersali corrigitur, vt, omnis homo est animal, ergo aliquis homo est animal. Quarta, cùm ex con-

Digitized by Google

vertenda propositiones colligitur conuersa, vt omnis homo est animal, ergo aliquod animal est homo; nullus homo est lapis, ergo nullus lapis est homo. Alterum genus consequentiarum est earum in quibus antecedens & consequens non iisdem præcisè terminis constant, quia in antecedente continetur ratio aliqua, seu argumentum quod non continetur in consequente, qualis est hæc consequentia, homo est animal, ergo homo sentit: quod enim homo sit animal est ratio seu argumentum, ex quo concluditur eundem sentire. Appellatur autem hoc genus consequentiæ argumentatio, quæ sic definiri solet. Oratio in qua ex argumento explicato, altera pars quæstionis concluditur: in qua definitione, per alteram partem quæstionis, nihil aliud intelligitur, quàm propositio quæuis affirmatiua vel negatiua: per illud verò quod dicitur ex argumento explicato, excluduntur omnes consequentiæ carentes medio seu argumento, quales sunt omnes consequentiæ prioris generis. Ex quo intelligere est in conficienda argumentatione opus esse tùm inuentione, vt nempe medium seu argumentum aliquod diuersum à re probanda habeatur; cùm iudicio, vt nempe aptè ad rem concludendam disponatur.

2. Genus consequentiæ.

Argumentatio quid sit.

Inuentio & iudicium.

Argumentationis species quatuor.

Perfecta species.

Argumentationis, Syllogismus.

Sunt autem huius generis consequentiæ seu argumentationis species quatuor, nempe, Exemplum, Inductio, Enthymema, Syllogismus, inter quas illud est discrimen, quòd tres priores comparatione syllogismi sint imperfectæ, vtpote quarum antecedens vnica propositione siue simplici, siue complexa, sicut & aliarum prioris generis consequentiarum constet: at verò in syllogismo antecedens duplici semper propositione constet, quarum altera maior, altera minor dicitur, quod ex singularum specierum definitionibus, & exemplis patebit. Definitur igitur Exemplum, Argumentatio in qua singulare aliquid ex vno vel perpaucis similibus concluditur, siue illud sit rei factæ, quod simpliciter dicitur exemplum, vt si dicas, Gulæ vitium primis parentibus in statu innocentiæ, toti humano generi temporibus Noe in lege naturæ, Israelitico populo in statu legis datæ exitij causa fuit, ergo & Christianis, præsertim religiosis in statu gratiæ, damnationis causa erit: siue rei fictæ, vt sunt parabolæ, quarum frequentia sunt exempla in sacris litteris, & etiam apologi qualis habetur lib. Iud. cap. 9. Induc-

Quid sit exemplum.

Quid sit inductio.

tio,

ctio est argumentatio, in qua ex enumeratione sufficien ti singularium, aliquid vniuersale concluditur in hunc modum, hic homo, & hic, & iste, &c. reliqui ratiocinantur, ergo Omnis homo ratiocinatur. Enthymema est argumentatio, in qua altera duarum præmissarum reticetur, altera verò exprimitur, quare meritò dicitur syllogismus imperfectus, addita enim ea propositione quæ reticetur, fiet integer syllogismus ex enthymemate, verbi gratia, istud est enthymema, Homo sentit, ergo Homo est animal. Cui si addas propositionem istam, Quidquid sentit est animal, fiet integer syllogismus hoc modo:

Quid sit Enthymema.

Quidquid sentit, est animal,
Sed homo sentit,
Ergo homo est animal.

Itaque Syllogismus, quæ est nobilissima species argumētationis, sic ab Aristotele definitur: Oratio in qua quibusdam positis, aliud quippiam ab iis, quę posita sunt necessariò sequitur eo, quod hæc sunt, id est, Syllogismus est argumentatio in qua præmissis in antecedente duabus propositionibus, tertia quæ dicitur conclusio seu consequens, ab illis duabus præcedentibus diuersa necessariò sequitur, posito quod duæ præcedentes admissæ, seu concessæ fuerint. In quo maximè differt syllogismus ab Enthymemate, cuius antecedente concesso potest negari consequens. Cuius rei ratio est, quod in syllogismo formalis consecutio siue illatio sit necessaria, propter nexum ac dispositionem medij siue argumenti, cum terminis ex quibus constat conclusio, non verò in Enthymemate, in quo eiusmodi nexus seu dispositio medij non reperitur, sicut nec in aliis consecutionum generibus, eóque in iis antecedens vnica propositione constet. Cæterùm cùm omnis legitima argumentatio ex antecedente & consequente constet, conclusio autem in syllogismo habeat rationem consequentiæ, non videtur minùs pertinere ad eius integritatem quàm præmissæ, quidquid nonnulli sentiant.

Quid sit syllogismus.

Cur antecedens syllogismi cōcessi, non potest negari consequens.

Quanam sint elementa seu principia Syllogismi.

QVÆSTIO II.

Syllogismus simplici 1 propositione constat.

ELementa seu principia ex quibus constat, & in quæ resoluitur Syllogismus, dici possunt tū propositiones,

tum termini. Propositio quidem triplex est, nempe major, minor, & conclusio; quarum duæ priores habent rationem antecedentis, dicuntúrque vulgò præmissæ, eo quòd conclusioni præmittantur: postrema verò habet rationem consequentis, dicitúrque conclusio, quia ex præmissis concessis necessariò infertur, seu concluditur. Duarum autem præmissarum altera dicitur maior, seu propositio absolutè, quæ ordinatè priori loco præmittitur, altera minor seu sumptio, vel assumptio, quæ majorem subsequitur: patet in hoc Syllogismo:

Præmissa.
Conclusio.
Propositio.
Maior.
Minor.

Major propositio. *Omne animal est substantia.*
Minor propositio, *Sed homo est animal.*
Conclusio, *Ergo homo est substantia.*

Terminus.
Extremus.
Medius.

Terminus quoque quatenus est syllogismi elementum, & principium, extremus dicitur vel medius. Extremus ille est, qui in consequente ponitur, cùm semel assumptus fuerit in antecedente. Est autem ille duplex, alius enim dicitur maior, qui in majori propositione assumitur cum medio, éstque prædicatum in conclusione, alius verò minor qui in minore propositione assumitur cum medio, éstque subjectum in conclusione (quod intelligendum est in modis directis argumentandi, nam in modis directis extremum majoris propositionis est subjectum conclusionis, extremum verò minoris est prædicatum ejusdem conclusionis, vt patebit postea.) Denique terminus medius seu argumentum est ratio probandæ conclusionis & cum vtroque extremo in antecedente ponitur, nunquam verò conclusionem ingreditur. Quæ omnia patent in supradicto syllogismo:

Omne animal est substantia,
Sed homo est animal.
Ergo homo est substantia.

Quo in syllogismo tres reperiuntur termini, nempe duo extremi, ex quibus constat conclusio: nempe, homo, & substantia quorum alter, nempe substantia, reperitur in majori propositione; alter verò nempe homo, in minori; medius verò terminus est animal, qui cum vtroque extremo in maiore, nempe, & minore propositione reperitur. Quemadmodum autem tres illi termini major, minor, & medius in omni syllogismo sunt necessarij, ita quoque plures illis non debent reperiri in vlla syllogismo simplici, seu incomplexo, sed tantùm illi tres,

In syllogismo termini non plures tribus reperiuntur.

aut

aut certè illis tribus duntaxat æquiualentes.

Quomodo se habeat terminus medius ad extremos.

QVAESTIO. II.

TErminus medius comparatione alicuius extremi, aut est antecedens, aut consequens, aut repugnans. Quod vt intelligatur, sciendum est vnum comparatione alterius dici antecedens, quo positio alterum ponitur: sic animal dicitur antecedens ad corpus, quia posito animali ponitur corpus; consequens verò, quod altero posito necessariò ponitur, sic corpus dicitur consequens ad animal, quia posito animali necessariò ponitur. Denique repugnans, quod de altero, aut de quo alterum verè non potest affirmari, sic lapis est repugnans homini & homo lapidi, quia nec lapis de homine, nec homo de lapide verè potest affirmari. Quo loco obiter aduerte ea quæ reciproca sunt mutuò antecedentis & consequentis rationem habere ad inuicem, sic animal rationale dici potest antecedens vel consequens ad hominem, & è contra.

Quid sit antecedens.
Quid sit consequens.
Quid sit repugnans.
Nota. Medius terminus vario modo se habet ad extremos.

Et quoniam extremus terminus est tum subiectum, cùm attributum conclusionis, hinc medius terminus cum vtroque comparatus varius & multiplex assignatur. Nam si conclusio sit affirmatiua, tum medius terminus vel erit antecedens ad prædicatum, & consequens ad subiectum, vt in hoc syllogismo:

Omne animal est substantia,
Omnis homo est animal,
Omnis homo est substantia.

Quomodo se habeat medius terminus ad terminos conclusionis affirmatiuæ.

Vel antecedens ad subiectum, & consequens ad prædicatum, vt in hoc syllogismo indirecto:

Omne animal est substantia,
Omnis homo est animal,
Aliqua substantia est homo.

Vel antecedens ad vtrumque, vt in hoc syllogismo:

Omnis homo est animal,
Sed omnis homo est substantia.
Aliqua substantia est animal.

Quod si conclusio sit negatiua, tum medius terminus erit vel repugnans prædicato, & antecedens ad subiectum, vt in hoc syllogismo.

Nullus homo est lapis.

Quomodo se habeat medius terminus ad extremos conclusionis negatiuæ.

Digitized by Google

Sed omnis homo eſt animal,
Nullum animal eſt lapis.

Vel repugnans prædicato, & conſequens ad ſubiectum, vt in hoc ſyllogiſmo:

Nullum animal eſt lapis.
Omnis homo eſt animal,
Nullus homo eſt lapis.

Vel repugnans ſubiecto, & conſequens ad prædicatum; vt in hoc ſyllogiſmo.

Omnis homo eſt animal,
Nullus lapis eſt animal,
Nullus lapis eſt homo.

Ex medio autem quod eſſet conſequens ad vtrumque extremum, vel repugnans vtrique, vel repugnans ſub ecto, & antecedens ad prædicatum, nulla poteſt fieri legitima conſequentia. Sed hæc ſubtiliùs diſquirere non magnæ, vt opinor, eſt vtilitatis.

Alia conſideratio medij termini ſeu argumenti.

Cæterùm poteſt medius terminus ſiue argumentum aliter conſiderari, nempe ratione materiæ quomodo è diuerſis locis petitur, vt è loco à cauſis, ab effectibus, &c. Verùm aliud erit de locis argumentorum dicendi locus, vbi agemus de argumento topico.

POSTERIOR HVIVS TRACTATUS Diſputatio.

De proprietatibue ſyllogiſmi.

Quanam ſint præcipuæ conditiones legitimi Syllogiſmi.

QVAESTIO I.

GEnerales ſyllogiſmi legitimi conditiones hæ ſunt præcipuę. Prima vt altera ſaltem præmiſſarum ſit vniuerſalis: nam ex duabus præmiſſis particularibus nihil poteſt legitimè concludi. Secunda, vt altera ſaltem præmiſſarum ſit affirmans: nam ex duabus præmiſſis negantibus nihil quoque poteſt legitimè concludi. Tertia, ſi altera præmiſſarum propoſitionum fuerit particularis, concluſio debet eſſe particularis. Quarta, ſi altera præmiſſarum fuerit negans, concluſio debet eſſe negans. Quinta, medium in ambabus præmiſſis, aut certè in earum

rum altera completè distribui debet, id est, debet vniuersaliter accipi pro omnibus suis significatis, alioqui concessis præmissis negari poterit consequutio, vt in hoc syllogismo:

Animal est equus,
Homo est animal,
Homo est equus.

Animal enim, quod est medium, non distribuitur completè in maiore propositione, id est, non accipitur generatim pro omnibus significatis, seu pro omnibus speciebus animalium; nam falsum est omne animal esse equum.

6 Sexta, terminus non completè distributus seu non generatim acceptus in antecedente, non debet completè distribui, seu omninò generatim accipi in consequente: vnde non est legitima huius syllogismi consequentia:

Omne animal est sensus capax,
Omne animal est substantia,
Omnis substantia est sensus capax.

Quia substantia non completè distribuitur in minore propositione: cùm enim dicitur, omne animal est substantia, non est sensus quod omne animal sit omnis substantia, sed sit aliqua substantia: quare non sequitur omnem substantiam esse sensus capacem, sed tantùm aliquam.

7 Septima, terminus extremus, in recto casu positus in antecedente cum medio qui fuerit in obliquo, non debet propterea poni in obliquo casu in consequente; vnde non licet sic argumentari:

Nullus pagus est maior vrbe,
Sed omne regnum est maius vrbe.
Ergo nullum regnum est maius pago.

Sed sic debet concludi, ergo nullum regnum est pagus.

8 Octaua, in nullo Syllogismo simplici, termini debent esse plures tribus, aut illis æquivalentibus, quare vitiosa, est hæc argumentatio.

Omne animal sentit,
Sed omnis lapis est corpus,
Ergo omnis lapis sentit.

9 Nona, medium, siue aliquid quod ad ipsum pertineat, nunquam ingredi debet conclusionem: quare vitiosus est hic syllogismus:

Omne animal est substantia,
Omnis homo est animal.

Digitized by Google

Ergo omnis homo est animal.

Sic enim conclusio non distingueretur ab altera præmissarum.

Quanam sint regulæ generales consequentiarum.

QVAESTIO. II.

Proprietates legitimæ consequentiæ.

QVoniam supradictæ regulæ non tam proprietates legitimæ consecutionis syllogisticas, quàm conditiones requisitas, vt fiat bona consecutio, videntur continere: hîc trademus regulas quæ veras eásque præcipuas legitimæ consequentiæ proprietates continent.

1. Prima est, ex vero non nisi verum; verum autem tùm ex vero, tùm ex falso colligitur: Prior pars huius regulæ ex eo patet, quòd veritas consequentis colligi solet ex veritate antecedentis, quod non posset fieri si ex vero antecedente, falsum consequens legitimè concludi posset: posterior verò pars his exemplis satis declaratur.

Quicquid sentit est animal,
Sed homo sentit:
Ergo homo est animal.

Deinde. *Omnis equus est rationalis,*
Sed homo est equus.
Ergo homo est rationalis.

In vtroque enim verum colligitur; sed in priori, ex vero antecedente & in posteriori ex falso.

2. Secunda ex falso & falsum & verum, falsum autem non nisi ex falso concluditur: prior pars declaratur his exemplis.

Omnis equus est lapis,
Sed homo est equus,
Ergo homo est lapis,

Deinde, *Omnis equus est animal,*
Sed homo est equus,
Ergo homo est animal.

Nam in vtroque syllogismo falsum est antecedens, sed in posteriori verum consequens, in priori verò falsum: posterior pars ex priori parte primæ regulæ patet, nempe, ex vero non nisi verum colligi posse, ex quo sequitur falsum nunquam ex vero, sed tantùm ex falso concludi posse.

Corollarium. Portò ex his duabus regulis rectè intellectis facilè potest intelligi quomodo se habeant ad inuicem necessarium, impos-

impossibile,& contingens in ratione consequentiæ : nam necessarium se habet vt verum,impossibile vt falsum,contingens modò vt verum , modò vt falsum : quare prætermittimus hîc regulas , quæ de illis tradi solent tanquam non necessarias, sed alias subiungemus.

Tertia igitur est. Quicquid stat cum antecedente, stat cum consequente : non tamen quicquid stat cum consequente stat cum antecedente , id est quicquid verum esse potest cum antecedente , potest etiam verum esse cum consequente , non tamen vice versa, verbi gratia , in hac consequentia (hoc est homo , ergo hoc est animal) antecedens est (hoc est homo) consequens verò (hoc est animal.) Quia igitur verum est dicere, hoc est homo , & bipes & implume,&c. verum quoque erit dicere , hoc est animal, & bipes & implume,&c. At licet verum sit dicere, hoc est animal & quadrupes , aut plumatum , &c. non tamen licet dicere, hoc est homo,& quadrupes,&c. Quarta, ex quocunque sequitur antecedens, sequitur consequens, & non è contra: verbi gratia, quia ex eo quod Petrus sit, sequitur hominem esse, inde etiam sequetur,animal esse, corpus esse , substantiam esse , quæ sunt consequentia ad hominem : sed licet ex eò quòd equus sit , necesse sit animal esse , non tamen sequitur hominem esse, quod est antecedens ad animal. Quinta, quicquid sequitur ex consequente, sequitur ex antecedente , sed non è contra, verbi gratia, quia posito animali , ponitur viuens, corpus, substantia , &c. hinc etiam eadem sequentur posito homine : sed licet posito homine sequatur rationale , risibile , &c. non tamen sequentur posito animali. Sexta, quicquid repugnat consequenti , repugnat antecedenti , non tamen quicquid repugnat antecedenti , repugnat consequenti. verbi gratia, quia repugnat animali esse lapidem , ideò idem repugnat homini; sed quamuis repugnet homini esse brutum,non idem continuò repugnat animali. 1 4 5 6

Cæterùm ex prioti parte huius regulæ colligi potest tritum aliud axioma Dialecticorum,In bona consequentia ex opposito contradictorio cõsequentis infertur contradictorium antecedentis,vt sic hæc est bona consequentia,Socrates est lapis, ergo non est sensus particeps ; licebit ita concludere,Socrates est sensus particeps,ergo non est lapis. Item, si hæc est bona consequentia ; Omne animal est album,igitur omnis homo est albus,licebit ita cõ- *Nota tritum Axioma.*

cludere, aliquis homo non est albus, ergo aliquod animal non est album. Nam si ex contradictorio consequentis non concluderetur contradictorium antecedentis, posset vtique contradictorium consequentis stare cum antecedente, & sic aliquid repugnaret consequenti, quod non repugnaret antecedenti, quod est contra priorem partem supradictæ regulæ.

SECVNDVS TRACTATVS huius partis.

De figuris & modis Syllogismorum.

Materia syllogismi. VT in propositione, ita in ratiocinatione, tùm materia, cùm forma considerari potest. Et quidem materiæ rationem habent imprimis res ipsa de qua differitur in Syllogismo; deinde tres illi præcipui termini qui in omni legitima ratiocinatione reperiuntur, maior nempe, minor, & medius: denique propositiones ex quibus per se primò & proximè constat omnis syllogismus, de quibus in præcedenti tractatu satis dictum est: formæ verò rationem habet illatio, seu formalis consecutio propositionis conclusæ ex præmissis. Et quoniam, vt legitima sit eiusmodi illatio seu consecutio, seruari debet certa quædam in argumentatione tùm figura cùm modus: idcircò non immeritò forma syllogistica in figura & modo posita esse dicitur. Quare de vtroque deinceps in hoc tractatu dicendum est. Siquidem tatione vtriusque, varia syllogismorum genera tradenda sunt; & quidem priori disputatione de figuris & modis syllogismorum simplicium; posteriori verò de figuris & modis syllogismorum hypotheticorum.

Forma Syllogismi in quo posita sit.

PRIOR

PRIOR DISPVTATIO.

De Figuris & Modis Syllogismorum simplicium.

Quid, & quotuplex sit figura syllogismi.

QVAESTIO I.

FIgura syllogistica est extremorum cum medio ad aliquid concludendum apta collocatio. Erit autem apta, si in altera sumptionum sit majus extremum, in altera minus, in conclusione autem, vtrumque. Medius verò terminus semel iungatur maiori extremo, semel minori, & nunquam ingrediatur conclusionem. Repete quæ supra diximus de triplici termino syllogismi. Et quoniam dispositio hęc medij cum extremis tripliciter fieri potest, vt aliquid legitimè concludatur: hinc tres figuræ syllogismorum esse dicuntur. Prima, in qua medius terminus alteri extremo subjicitur, & de altero prædicatur, vt in hoc syllogismo. *Quid sit figura syllogistica.* *Tres figuræ syllogismorum.* 1.

Omne animal est substantia,
Omnis homo est animal.
Omnis homo est substantia.

Secunda, in qua medius terminus de vtroque extremo prædicatur, vt in isto: 2.

Omne animal est corpus,
Nullus Angelus est corpus,
Nullus Angelus est animal.

Tertia, in qua medius terminus vtrique extremo subjicitur: vt in isto: 3.

Omne animal est corpus,
Aliquod animal est rationale.
Aliquod animal est corpus.

Quænam sint proprietates seu regulæ speciales singularum figurarum.

QVAESTIO II.

DVæ sunt regulæ peculiares primæ figuræ, prior est, ex maiore propositione particulari nihil vi formæ concludi; posterior ex minore negatiua nihil effici: quæ tamen intelligendę sunt in modis directè concludentibus.

Nam inter modos indirectos argumentandi nonnulli reperiuntur, quorum maior est particularis, & minor negatiua.

Canones secundæ. Duæ quoque sunt regulæ peculiares secundæ figuræ. Prior est, ex maiore particulari nihil ratione formæ colligi: posterior ex vtraque sumptione affirmatiua, nihil colligi.

Canones tertiæ. Denique vna hæc tertiæ figuræ peculiaris regula est, ex minore negatiua nihil effici. Sed hæc omnia clarius patebunt, explicatis varijs singularum figurarum modis.

Quid, & quotuplex sit syllogizandi modus.

QVAESTIO III.

Quid sit modus syllogisticus. MOdus syllogisticus, est sumptionum ad conclusionem colligendam apta secundum quantitatem, & qualitatem complicatio: Vt enim aliqua conclusio legitimè deducatur ex præmissis, non satis est quòd medius terminus aptè cum extremis disponatur, secundùm quod dicitur syllogismus esse in bona figura, sed præterea requiritur, vt propositiones premissę certa ratione ad quantitatem & qualitatem affectæ sint, secundum quod syllogismus dicitur in bono modo; ita vt modò earum altera, modò ambæ sint affirmantes. Vbi obiter nota per quantitatem intelligi vniuersalitatem, & particularitatem propositionum, qualitatem verò earundem affirmationem & negationem.

Quantitas & qualitas propositionum.

Modi syllogistici sunt 19. Sunt autem legitimi syllogismorum modi omninò vndeuiginti: quorum nouem primi ad primam figuram pertinent, quatuor sequentes ad secundam, denique sex reliqui ad tertiam, qui omnes artificiosis vocabulis significantur.

Barlara, celarent. darii, ferio, Baralipton.
Celantes dabitis, fapesmo, frisesomorum.
Cæsare; Camestres, festino, Baroco, darapti.
Felapton, disamis, datisi, bocardo, ferison.

Quæ omnia sunt trisylliba, ita vt singulis syllabis referant singulas propositiones ex quibus omnis ratiocinatio constat. (Vbi obitet nota ad modum Baralip. vnam syllabam superfluam, sicut ad modum Frisesom. duas additas esse metri tantùm perficiendi causa) ita vt prima syllaba cuiusque dictionis significet maiorē propositionem,

nem; secunda minorem; tertia conclusionem. Aduerte etiam vocalem A, significare propositionem vniuersalem affirmantem, E, vniuersalem negantem, I, particularem affirmantem, O, particularem negantem: quod hoc disticho iuuandæ memoriæ causa declaratur.

Asserit A, negat E, sunt vniuersaliter ambæ,
Asserit I, negat O, sunt particulariter ambo.

Quinam sint modi primæ figuræ.

QVAESTIO IV.

MOdi primæ figuræ alij sunt directi, alij indirecti. Dicitur autem modus concludendi, directus, cùm majus extremum de minori concluditur: Indirectus verò cùm è contra, minus extremum de maiore colligitur: Appello autem hîc majus extremum, quod in maiori propositione cum medio conjungitur, minus verò quod in minori cum eodem reperitur. *Modus directus & indirectus quid sint.*

Quatuor autem sunt modi directi primæ figuræ, qui quatuor istis vocabulis designantur; Barbara, Celarent Darij, Ferio. Primus modus est, cùm ex vtraque sumptione vniuersali affirmante conclusio vniuersalis affirmans colligitur. Exemplum: *Modi directi 4.*

Bar- *Omne animal est substantia,*
ba- *Omnis homo est animal,*
ra *Omnis homo est substantia.*

Secundus modus est, cùm ex majore vniuersali negante & minori vniuersali affirmante conclusio vniuersalis negans colligitur. Exemplum:

Ce- *Nullum animal est lapis,*
la- *Omnis homo est animal,*
rent. *Nullus homo est lapis.*

Tertius modus est, cùm ex majori vniuersali affirmante, & minori particulari affirmante conclusio particularis affirmans colligitur. Exemplum:

Da- *Omnis homo est rationalis.*
ri- *Aliquod animal est homo.*
j *Aliquod animal est rationale.*

Quartus modus est, cùm ex majori vniuersali negante, & minori particulari affirmante conclusio particularis negans colligitur. Exemplum:

Fe- *Nullus spiritus est corpus.*

Digitized by Google

ri *Aliqua substantia est spiritus,*
o *Aliqua substantia non est corpus.*

Modi indirecti 5.

Quinque verò sunt modi indirecti ejusdem figuræ, qui quinque istis vocabulis exprimuntur. Baralip, Celantes, Dabitis, Fapesmo, Frisesom.

Primus igitur modus indirectus est, cùm ex vtraque sumptione vniuersali affirmante conclusio particularis affirmans colligitur. Exemplum:

Ba *Omne animal est substantia,*
ra *Omnis homo est animal,*
lip *Aliqua substantia est homo.*

Secundus est, cùm ex majori vniuersali negante, & minori vniuersali affirmante, conclusio vniuersalis negans colligitur. Exemplum:

Ce *Nullus animal est lapis,*
lan *Omnis homo est animal,*
tes *Nullus lapis est homo.*

Tertius est, cùm ex majore vniuersali affirmante & minori particulari affirmante conclusio particularis affirmans colligitur. Exemplum:

Da *Omnis homo est rationalis.*
bi *Aliquod animal est homo,*
tis *Aliquod rationale est animal.*

Quartus est, cùm ex majori vniuersali affirmante & minori vniuersali negante conclusio particularis negans colligitur. Exemplum:

Fa *Omne animal est corpus,*
pes *Nullum elementum est animal,*
mo *Aliquod corpus non est elementum.*

Quintus est, cùm ex majori particulari affirmante & minori vniuersali negante conclusio particularis negans colligitur. Exemplum:

Fris *Aliquod corpus est animal,*
se *Nullus Angelus est corpus,*
om *Aliquod animal non est Angelus.*

Quinam sint modi secundæ figuræ.

QVAESTIO V.

Modi secundæ figuræ 4.

QVatuor sunt argumentandi modi in secunda figura, qui tantùm vtiles sunt ad colligendas conclusiones negatiuas, exprimuntúrque his vocabulis artificiosis:

Cesare,

Digitized by Google

Cesare, Camestres, Festino Baroco.

Primus est, cùm ex maiori vniuersali negante, & minori vniuersali affirmante, conclusio vniuersalis negans colligitur. Exemplum:

Ces *Nullus lapis est animal,*
a *Omnis homo est animal,*
re *Nullus homo est lapis.*

Secundus est, cùm ex maiori vniuersali affirmante & minori vniuersali negante, conclusio vniuersalis negans colligitur. Exemplum:

Cam *Omnis homo est animal,*
es *Nullus lapis est animal,*
tres *Nullus lapis est homo.*

Tertius est, cùm ex maiori vniuersali negante, & minori particulari affirmante, conclusio particulari negans colligitur. Exemplum:

Fes *Nullus lapis est animal,*
ti *Aliquod corpus est animal,*
no *Aliquod corpus non est lapis.*

Quartus est, cum ex maiori vniuersali affirmante, & minori particulari negante, conclusio particularis negans colligitur. Exemplum:

Ba *Omnis homo est animal,*
ro *Aliqua substantia non est animal,*
co *Aliqua substantia non est homo.*

Quinam sint modi tertiæ figuræ.

QVAESTIO VI.

SEx omninò sunt argumentandi modi in tertia figura, qui omnes tantùm vtiles sunt ad eliciendam conclusionem particularem, exprimuntúrque istis sex vocabulis artificiosis, darapti, felapton, disamis, datisi bocardo, ferison. *Modi tertiæ figuræ 6.*

Primus igitur est cùm ex vtraque sumptione vniuersali affirmante, conclusio particularis affirmans colligitur. Exemplum:

Da *Omne animal sentit,*
rap *Omne animal est corpus,*
ti *Aliquod corpus sentit.*

Secundus est, cùm ex maiore vniuersali negante, & minore vniuersali affirmante conclusio particularis ne-

gans concluditur, hoc modo:

Fe *Nullum animal est lapis.*
lap *Omne animal est corpus.*
ton *Aliquod corpus non est lapis.*

Tertius est, cùm ex maiore particulari affirmante & minori vniuersali affirmante, conclusio particularis affirmans concluditur, hoc modo:

Dis *Aliquod animal est homo,*
am *Omne animal est substantia,*
is *Aliqua substantia est homo.*

Quartus est, cùm ex maiore vniuersali affirmante, & minore particulari affirmante conclusio particularis affirmans concluditur hoc modo,

Da *Omnis homo est animal,*
tis *Aliquis homo est substantia.*
i *Aliqua substantia est animal.*

Quintus est, cùm ex maiore particulari negante, & minore vniuersali affirmante conclusio particularis negans colligitur in hunc modum;

Bo *Aliquod corpus non est animal,*
car *Omne corpus est substantia,*
do *Aliqua substantia non est animal.*

Sextus est, cùm ex maiore vniuersali negante & minore particulari affirmante, conclusio particularis negans colligitur, sic

Fe *Nullum animal est lapis,*
ris *Aliquod animal est corpus,*
on *Aliquod corpus non est lapis.*

Supra dictos modos esse legitimos ostenditur.

Hos autem omnes trium figurarum modos legitimos esse ex eo constat, quod in iis nunquam dari potest antecedens verum, quin consequens vi antecedentis, verum esse deprehendatur. Quod si detur aliquis argumentandi modus, in quo ex antecedente vero sequatur aliquid falsũ, non erit legitimus. Porrò nõ tantùm indirecti illi primæ figuræ, sed etiam alij reliquarum figurarum modi, licet legitimi sint & necessarij, nihilominus tamen comparatione quatuor directorũ primæ figuræ dicuntur imperfecti, ideoque ad illos quatuor, certo quodam artificio reduci possunt. Sed quia ista reductio modorum imperfectorum ad modos perfectos primæ figuræ non admodum vtilis est, vixque cadit in vsum, nihil de ea dicemus.

Reduci possunt modi imperfecti ad perfectos.

POSTE-

POSTERIOR DISPVTATIO huius tractatus.

De figuris & modis syllogismorum hypotheticorum.

Quanam sit argumentandi ratio in syllogismis hypotheticis conditionalibus.

QVAESTIO I.

PRæter supradictos omnes argumentandi modos, qui simplicibus syllogismis cõpetũt, alij sunt hypotheticorum seu coniunctorum syllogismorum proprij, quos vt intelligas, priùs notandum est, simplicem dici syllogismum, qui ex simplicibus propositionibus constat, quales sunt ij, quos hactenus in medium protulimus: hypotheticum verò seu coniunctum qui vel ex vtraque, vel altera saltem propositione coniuncta constat. Et quoniam eiusmodi syllogismi maior propositio triplex esse potest, nempe conditionalis, copulatiua, & disiunctiua, hinc triplex est syllogismus hypotheticus seu coniunctus, nempe conditionalis, copulatiuus, disiunctiuus.

Quid sit simplex syllogismus.

Conditionalium duplex figura esse potest. Prior est, cùm in simplici propositione minore seu minus principali ponitur antecedens maioris: seu principalioris propositionis, vt ponatur in conclusione consequens eiusdem; vt in hoc syllogismo:

Quid sit hypotheticus.

Conditionalium syllogismorum figura duplex.

Si sol lucet dies est,
Sed sol lucet,
Ergo dies est.

Posterior figura est, cùm tollitur consequens eiusdem maioris propositionis, vt tollatur antecedens, vt in hoc syllogismo:

Si sol lucet dies est,
Sed non est dies,
Ergo sol non lucet.

Sunt autem vtriusque figuræ modi quatuor; aut enim vtraque pars minoris propositionis coniunctæ, hoc est tã antecedens, quàm consequens affirmat, vt patet in duobus exemplis vtriusque figuræ iam allatis, vel vtraque ne-

gat,vt in hoc ſyllogiſmo prioris figuræ:

Si ſol non lucet,non eſt dies,
Sed ſol non lucet.
Ergo non eſt dies.

Et in hoc poſterioris figuræ:

Si ſol non lucet,non eſt dies,
Sed dies eſt,
Ergo ſol lucet.

Vel prior pars,nempe antecedens affirmat,& poſterior nempe conſequens negat;vt in hoc ſyllogiſmo prioris figuræ:

Si ſol lucet non eſt nox,
Sed ſol lucet
Ergo non eſt nox.

Et in hoc poſterioris figuræ:

Si ſol lucet,non eſt nox,
Sed eſt nox,
Ergo ſol non lucet.

Vel denique antecedens negat:& conſequens affirmat, vt in hoc ſyllogiſmo prioris figuræ:

Si ſol non lucet,nox eſt,
At ſol non lucet,
Ergo nox eſt.

Et in iſto poſterioris figuræ:

Si ſol non lucet,nox eſt,
At non eſt nox,
Ergo ſol lucet.

Quanam ſit argumentandi ratio in ſyllogiſmis hypothetici,tum copulatiuis,tum diſiunctiuis.

QVAESTIO II.

Syllogiſmi copulatiui aut ſunt affirmatiui, aut negatiui.

QVod ſpectat ad ſyllogiſmos copulatiuos ſi affirmatiui ſint,nonniſi per modum enthymematum concludunt,poſita enim propoſitione copulatiua, ſtatim altera pars eiuſmodi propoſitionis colligitur, ſic,

Petrus eſt bonus & philoſophus.
Ergo eſt bonus, vel *Ergo eſt philoſophus.*

Copulatiuorum negatiuum tres modi.

Si autem negatiui ſint (quod accidit cum Maior propoſitio copulatiua eſt negatiua, cuiuſmodi eſt hæc, *Non dies eſt, & nox eſt*, tribus modis fieri poterunt. Aut enim vtraque pars copulatiuæ propoſitionis affirmat, vt in

vt in hoc ſyllogiſmo.

Non & dies, & nox eſt,
Eſt autem dies. vel *Eſt autem nox,*
Non igitur nox eſt, Non igitur dies eſt.

Aut vtraque pars negatur in hoc ſyllogiſmo.

Non & Socrates non dormit, & non vigilat.
Non dormit autem, vel *At non vigilat,*
Ergo vigilat, Ergo dormit.

Aut altera pars affirmat, altera negat; vt in hoc ſyllogiſmo:

Non & Socrates deambulat & non mouetur,
Sed deambulat, vel *Non mouetur autem,*
Ergo mouetur, Ergo non deambulat.

Syllogiſmorum diſiunctiuo-umaffirmantium duplex figura.

Quod verò ſpectat ad diſjunctiuos ſyllogiſmos affirmatiuos (nam negatiuos, in quib. nempe diſjunctiua particula negatur, vt minus vſurpatos prætermittimus) duplex eſt illorum figura. Prior ponit alterã partem, vt alteram tollat. Poſterior tollit alteram partem, vt alteram ponat: vtriuſque tres ſunt modi. Nam aut vtraque pars diſjunctiuæ propoſitionis affirmat, aut vtraque pars negat, aut altera pars affirmat, altera verò negat. Exempla modorum prioris figuræ ſunt hæc. Exemplum primi modi.

Aut dies eſt, aut nox eſt,
Eſt autem dies, vel, *Eſt autem nox,*
Ergo nox non eſt, Ergo non eſt dies.

Exemplum ſecundi:

Aut dies non eſt, aut nox non eſt,
Sed dies non eſt, vel, *Sed nox non eſt,*
Ergo nox eſt, Ergo dies eſt.

Exemplum tertij:

Aut dies eſt, aut ſol non lucet,
Sed dies eſt, vel, *Sed ſol non lucet,*
Ergo ſol lucet, Ergo dies non eſt.

Poſterioris figuræ modi tres.

Modorum poſterioris figuræ exempla ſequuntur. Exemplum primi modi:

Aut dies eſt, aut nox eſt,
Sed non eſt dies, vel, *Sed nox non eſt,*
Ergo nox eſt, Ergo dies eſt. Exempli ſecundi:
Aut dies non eſt, aut nox non eſt,
Sed dies eſt, vel, *Sed nox eſt.*
Ergo non eſt nox. Ergo non eſt dies.

Digitized by Google

Exemplum tertij.

Aut dies eſt, aut ſol non lucet.
Sed non eſt dies, vel, *Sed ſol lucet.*
Ergo ſol non lucet. Ergo dies eſt.

Vbi nota partes illas disjunctiuæ propoſitionis debere eſſe repugnantes, ita vt vna poſita, altera tollatur, & vna ſublata, altera ponatur, alioqui modi illi non ſemper eſſent legitimi. Sed hæc ſatis de figuris & modis tùm ſimplicium, cùm hypotheticorum ſyllogiſmorum.

Nota.

TERTIVS TRACTATVS HVIVS PARTIS.

De tribus præcipuis ſyllogiſmi ſpeciebus.

Syllogiſmus ratione materiatripli x. Tres huius poſtremi tractatus diſputationes.

QVoniam materia ſyllogiſmi ſeu res de qua diſſeritur, aut neceſſaria eſt, aut probabilis, aut falſa; adeóque propoſitiones quæ de illa materia fiunt, & ex quibus proximè conſtat ſyllogiſmus, aut neceſſariæ ſunt, aut probabiles, aut captioſæ, ſeu falſæ; hinc ſyllogiſmus ratione materiæ triplex in genere dicitur, nempe Demonſtratiuus ſeu neceſſarius, Topicus ſeu probabilis, & Sophiſticus ſeu fallax & captioſus, ad quem pſeudographum pertinere arbitramur: Ac primus quidem gignit ſcientiam, ſecundus verò opinionem, tertius denique errorem ſeu deceptionem. Itaque tres erunt hujus poſtremi tractatus diſputationes. Prima erit de ſyllogiſmo demonſtratiuo ſeu neceſſario, ſecunda de ſyllogiſmo topico ſeu probabili, tertia de ſyllogiſmo ſophiſtico ſeu fallaci.

PRIOR DISPVTATIO huius tractatus.

De ſyllogiſmo demonſtratiuo.

Quid, & quotuplex ſit demonſtratio.

Demonſtrationis definitio duplex.

1.

2.

QVAESTIO I.

Demonſtratio in genere duplex.

DEmonſtratiuus ſyllogiſmus Græcè ἀπόδειξις Latinè demonſtratio dicitur: cujus duplex definitio ab Ariſtotele

risole tradita est, c. 2. primi poster. Altera ex fine petitur, vt demonstratio dicatur syllogismus seu ratiocinatio gignens scientiam, id est, certam & indubitatam rei conclusæ notitiam : Altera petitur ex ejusdem principijs, vt demonstratio dicatur ratiocinatio constans ex omninò veris, necessarijs, primis seu immediatis, ex prioribus ac notioribus causisque conclusionis, id est, cujus sumptiones sunt omninò veræ, necessariæ, &c.

Est autem demonstratio in genere duplex, authore Aristotele libro primo Post. cap. 10. Altera dicitur demonstratio quia, seu quod sit, Græcè ἀπόδειξις ὅτι, qua ostenditur simpliciter rem ita esse : Altera dicitur demonstratio propter quid, Græcè ἀπόδειξις διότι, qua ostenditur propter quid ita sit. Demonstratio quid sit, assumit pro argumento effectum aut causam remotam, effectum quidem, vt si demonstres lunam deficere eo quòd cùm plena sit, nullam tamen facit vmbram ; causam verò remotam, vt si demonstres lunam deficere, quia sol opponitur illi per diametrum mundi ; At verò demonstratio propter quid, assumit pro medio seu argumento causam rei proximam ; vt si ostendas lunam deficere, quia terra interposita est inter ipsam & solem : aut hominem esse disciplinæ capacem, quia est rationis particeps. Ex quo intelligis prius genus demonstrationis fieri posse tum à priori, idque impropriè, cùm nempe fit per causam remotam, tum à posteriori, cùm nempe fit per effectum, posterius verò genus fieri tantùm à priori, & quidem propriè, cùm non tantùm per causam, sed per veram & proximam fiat. Vnde nascitur illud discrimen inter vtrumque genus demonstrationis, quod prius illud certam quidem & indubitatam rei notitiam, non tamen scientiam nisi impropriam, at verò posterius scientiam propriè dictam pariat. Scire enim propriè est effectum per causam propriam seu proximam cognoscere. Vnde Aristoteles docet loco citato, aliud esse scire quia, aliud verò scire propter quid, eo quod scire quia, nihil aliud sit, quàm scire quod res sit, id est, quod vera sit, siue per causam impropriam, siue etiam per effectum seu à posteriori id cognoscatur : At verò scire propter quid, sit scire rem per causam, eámque propriam & proximam. Cæterùm licèt demonstratio propter quid, sit legitima & propriè dicta, non tamen om-

Demonstratio quia, seu quod sit.

Demonstratio propter quid.

Melium prioris demonstrationis.

Medium posterioris demonstrationis.

Nota.

Discrimen inter vtrũque genus Demonstrationis.

Scire quid.

Scire propter quid.

Demonstratio potissima quanam sit.

Digitized by Google

nis censetur potissima, sed ea tantùm quæ ex causa prima seu immediata ac indemonstrabili procedit, quæ proprietatem de subjecto demonstrat per accuratam ejusdem subjecti definitionem; vt si demonstres hominem esse disciplinæ capacem, quia est rationis particeps. Sunt autem rarissimæ ejusmodi demonstrationes, quia accuratæ rerum definitiones vt plurimum nos latent.

Alia divisio demonstrationis.

Porrò demonstratio posset etiam hoc modo diuidi, vt alia dicatur à priori, quæ rem demonstrat per causam; alia verò à posteriori, quæ rem demonstrat per effectum. Et rursus demonstratio à priori duplex, altera propria, quæ per veram & proximam causam rem demonstrat; altera impropria, quæ per causam remotam minùs propriam aliquid probat. Denique demonstratio à priori propria duplex, altera communis & ordinaria, quæ rem demonstrat per veram causam; altera specialis & patissima, quæ rem, id est, proprietatem de subjecto demonstrat per veram causam, eámque primam immediatam, seu indemonstrabilem, cujusmodi est definitio subjecti accutata,

Demonstratio à priori duplex.

Quid sint pronotiones & præcognita in demonstratione.

QVAESTIO II.

Quid sit præno tio.

PRænotio Græcis προλήψις, in genere est antecepta quædam animo circa rem plenius cognoscendam notitia. Est autem eam demonstratione primùm triplex, nempe præparans, dirigens, & efficiens. Prima, est cognitio sensuum, quæ omnem notitiam intellectiuam antecedit. Dirigens est notitia intellectus extremorum quæ in proposita quæstione, simúlque in demonstranda conclusione continentur. Denique efficiens est notitia intellectiua præmissarum propositionum, ex quibus conclusio est deducenda. Est autem dirigens prænotio duplex, nempe an sit res, & quid sit. Per illud autem an sit res, intelligitur an vera sit, seu an verè existat, aut saltem possit realiter existere: per quid sit autem, intelligitur saltem quid res significet; & quidem hæ dicuntur prænotiones.

Prænotio tripleu in genere.

Dirigens prænotio duplex.

Quid sint præcognita.

Præcognita autem dicuntur ea, quorum sunt prænotiones, seu de quibus constare debet an sint, vel quid sint, antequam de his fiat demonstratio. Sunt autem tria præcognitorum genera in demonstratione, nempe subjectum con-

conclusionis seu propositionis demonstrandæ, deinde attributum eiusdem propositionis, denique principia seu præmissæ ex quibus eiusmodi propositio deducenda est. De quorum prænotionibus figillatim, quid tenendum sit, his tribus conclusionibus determinatur. *De præcognitorum præcognitionibus conclusiones.*

Prima conclusio. De subiecto propositionis demonstrandæ præcognoscendum est an sit, & quid sit. Per illam autem prænotionem an sit, intelligitur an sit ens verum & reale quod existat, aut existere possit; per hanc verò posteriorem quid sit, intelligitur tum quid rei, id est, quæ sit ratio seu definitio rei, tum quid nominis, id est, quę sit nominis significatio. Et quidem in potissima demonstratione in qua medium est definitio subiecti, requiritur prænotio quid rei, in aliis verò necessaria est duntaxat prænotio quid nominis. *Prima conclusio.*

Secunda conclusio. De attributo eiusdem propositionis demonstrandæ, vnum duntaxat præcognoscendum est, nempe quid sit, id est, quid significet, & quæ sit eius definitio in ea potissima demonstratione, in qua medium est definitio attributi; in aliis verò saltem quid significet. Non est autem necessaria prænotio an sit, hoc enim ipsum demonstratur; cùm autem aliquid subiecto inesse ostenditur, simul illud esse comprobatur. *2. Conclusio.*

Tertia conclusio. De principiis demonstrationis præcognoscendum est, an sint, id est, an vera sint, & necessaria, cùm ab illorum constanti veritate pendeat conclusionis demonstrandæ necessitas. Et quoniam is qui nouit quid sint, seu quid significent termini, ex quibus constant principia seu sumptiones demonstrationis, satis intelligit quid sint, seu quid significent ipsa principia, ideò hæc prænotio de principiis non affertur ab Aristotele, quia non tam principiorum, quàm terminorum est propria. *3. Conclusio.*

Qualia esse debent legitimæ demonstrationis principia.

QVAESTIO III.

PEr principia demonstrationis intelliguntur hîc sumptiones seu præmissæ propositiones ex quib. conclusio necessaria deducitur. Horũ igitur principiorum varias conditiones variis locis describit Aristot. Et licet omnes *Octo conditiones primorum principiorum potissima demonstrationis.*

illæ ad omnem demonſtrationẽ non ſint neceſſariæ quia tamen ſaltem ad accuratiſſimam ſeu potiſſimam demonſtrationem omnes illæ deſiderantur, ideò illas omnes ſigillatim eo ordine quo illas ttadidit Ariſtoteles. explicabimus. Sunt autem ad ſummum illæ 8. quæ ex Ariſt. lib. 1. Poſt. c. 2. 6. 7. 8. colliguntur, nempe principia eſſe debere vera, immediata, notiora, priora, cauſas concluſionis, neceſſaria, propria, & ſempiterna. Primùm igitur debent eſſe vera, id eſt, tum ex veris conſtare, tum rerum veritati eſſe conformia, alioqui non poſſet abſolutè ex iis vera concluſio deduci, ſed tantùm ratione formalis conſecutionis, & ex hypotheſi, quod tales præmiſſę concedantur. Secundò debent eſſe immediata, id eſt, carere debent medio, ſeu eſſe indemonſtrabilia, ita vt non poſſint in ea ſcientia ad quam pertinent, à priori demonſtrari. Et quidem hęc cõditio, non in omni, ſed in potiſſima duntaxat demõſtratione requiritur. Tertiò debent eſſe notoria, id eſt, manifeſtiora ipſa concluſione, non tantùm quoad nos, ſed etiã ſecũdùm rei naturam. Dupliciter enim aliquid altero notius eſſe dicitur, naturâ nempe, vel nobis: Ariſt. autẽ vult eiuſmodi principia naturâ ſimul & nobis eſſe notiora, cuiuſmodi principia pauca ſunt præter generalia quędam axiomata, & prima in vnoquoque genere ſciẽtię principia. Ratio huius conditionis eſt, quod cùm cõcluſio nota fieri debeat per ipſa principia, certè ipſa principia debent eſſe notoria! Nam (inquit Ariſt.) propter quod vnumquodque tale, & illud magis tale eſt. Dicuntur autem principia eſſe notiora concluſione, non quòd propriè ſint veriora, ſed quia ſunt euidentiora, id eſt, veritatem habent magis perſpectam, proindéque certiora ſunt, ac illis firmius aſſentitur intellectus, non quòd minus formidinis in iis habeat intellectus, quàm in aliis de quorũ veritate ſibi conſtat. In iis enim omnibus omni caret formidine erroris, ſed quia pertinaciùs ſeu conſtantiùs inhæret iis quæ notiora ſeu euidentiora ſunt. Quartò debent eſſe priora, id eſt, priùs natura eſſe ac intelligi debent, quàm concluſio: nec immeritò; illud enim natura prius eſt eo quod ab ipſo dependet: atqui ex principiis dependet cõcluſionis veritas. Quintò debent eſſe cauſæ concluſionis. Cùm autem cauſa eiuſmodi duplex dici poſſit: altera realis, quæ veram rationem, & vim continet, cur attributum propoſitionis demon-

Prima conditio vt ſint vera.

Secunda, vt ſint immediata.

Tertia, vt ſint notiora.

Vnum altero notius dicitur dupliciter.

Quomodo principia dicuntur notiora concluſione.

Quarta, vt ſint priora.

Quinta, vt ſint cauſa concluſionis.

Cauſa cognitionis.

Digitized by Google

demonſtrandæ inſit ſubiecto; altera verò cognitionis, quę eatenus tantùm cauſa concluſionis dicitur, quatenus nos in illius cognitionẽ inducit, cuiuſmodi ſunt indicia quædam & ſigna quæ latentes rerum cauſas manifeſtant. Ariſtoteles vult principia potiſſimæ demonſtrationis eſſe cauſas concluſionis priori modo, non poſteriori. Sextò debent eſſe neceſſaria, ita vt in illis ſubiectum tale attributũ natura ſua ſibi poſtulet, & è cõtra, attributum tale ſubiectum. In hoc enim ſcientia quę demonſtratione gignitur, differt ab opinione, quod hæc ex probabilibus, illa verò ex neceſſariis conſtet. Vt autem propoſitio aliqua ſit hoc modo, quo intelligit Ariſtoteles, id eſt, perfectè neceſſaria debet eſſe κατὰ παντὸς, καθ' αὐτὸ καθ ὅλου πρῶτον, id eſt, de omni per ſe & vniuerſim primò, ita vt attributũ talis propoſitionis dicatur de ſubiecto eiuſdẽ generaliter per ſe & vniuerſim primò. Dici autẽ de omni nihil aliud eſt, quàm dici de omni parte, ſeu de omnibus inferioribus ſubiecti, & quidẽ ſemper, quomodo animal rationale dicitur de homine. Dici per ſe hoc loco, eſt de eo dici, cũ quo eſt naturę quędam neceſſitudo, quomodo eſſentialia omnio & propria ſecundo aut quarto modo prædicantur, vt idẽ animal rationale, ſenſibile aut riſibile de homine. Denique dici vniuerſim primò, eſt alteri quatenus tale eſt, primò, & immediatè competere, quomodo animal rationale, riſibile aut diſciplinæ capax homini cõpetit: Hæc enim homini, quatenus homo eſt, competunt: at verò eſſe ſenſibile, licet de omni homine ac per ſe dicatur, non tamen vniuerſim primò, neque enim primò, homini quatenus homo eſt cõuenit, ſed animali, deinde homini quatenus eſt animal. Cæterùm hæc poſtrema conditio non requiritur vt propoſitio abſolutè ſit neceſſaria. Ad hoc enim ſatis eſt, quod ſit de omni, ac per ſe, ſed tantùm id requiritur in potiſſima demonſtratione. Septimò debent eſſe propria: cùm autem proprium duobus modis dicatur; primò, quod non eſt commune, ſecundò quod non eſt alienum, principia legitimæ ac potiſſimæ demonſtrationis debent eſſe vtroque modo propria: ita vt, nec communia ſint aliis ſcientiis, nec aliena ſeu ad alias ſcientias propriè pertinentia, ſed eius duntaxat ſcientiæ propriæ ſint, in qua vſurpantur: quæ conditio non in quouis genere demonſtrationis neceſſariò ſeruanda eſt. Octauò debent eſſe

Sexta vt ſint neceſſaria.

Quid ſit dici de omni.

Quid ſit dici per ſe.

Quid ſit dici vniuerſim primo.

Septima an ſint propria.

Digitized by Google

Octava vt sint sempiterna.

sempiterna, hoc est perpetuæ veritatis. Ista autem cõplexæ veritatis perpetuitas in propositionibus, oritur ex necessaria connexione attributi cum subiecto, licet non sit necessaria attributi aut subiecti existentia: verbi gratia, sempiterna est veritas huius propositionis, homo est animal, quia necessaria est connexio animalis cum homine, licet necesse non sit hominem vel animal existere, vnde sublatis è medio homine & animali remaneret semper constans prædictæ propositionis veritas, quia semper remaneret necessaria connexio vtriusque termini. Et quidem conditio hæc necessariò requiritur in principiis cuiusuis demonstrationis.

De præcipuo demonstrationis effectu nempe Scientia.

QVAESTIO IV.

Acceptio scientiæ duplex.

ETsi nonnunquam scientia appellatur omnis certa ac euidens notitia, quę non tantùm per demonstrationẽ, sed etiam per diuisionem aut definitionẽ comparari potest, siue illa sit habitualis, siue actualis: nos tamen hic de scientia in duplici eaque præcipua acceptione disserimus:

1. primùm quidem in præsenti quæstione de scientia, quatenus est simplex, eaque habitualis quædam notitia, legitima demonstratione parta. Secundò in sequenti quæstione

2. de scientia, quatenus vulgò accipitur pro multiplici eaq; habituali notitia plurimarum rerum quæ ad vnum commune subiectum pertinent, tanquam principia, partes, & proprietates, quomodo Physiologiam vnicam esse scientiam dicimus, item Dialecticam, Moralem, &c.

De scientia in priori acceptione.

Quod igitur spectat ad scientiam priori modo sumptam, primò quæritur, quid sit. Definiri solet, Habitus mentis verus, certus, euidens rei necessariæ, per propriam causam. Dicitur habitus, vt distinguatur ab actuali scientia; dicitur habitus mentis, vt distinguatur ab habitibus voluntatis; dicitur verus, vt distinguatur ab errore qui est habitus mentis falsus; dicitur certus, vt distinguatur ab opinione qui est habitus mentis incertus; dicitur euidens, vt distinguatur à fide, qui est habitus mentis euidens; dicitur rei necessariæ per propriam causam, vt distinguatur tùm ab alio quouis habitu mentis non

Prima difficultas, quid sit.

Explicatur tradita scientiæ definitio

Digitized by Google

non demonstratiuo, tum ab habitu demonstratiuo improprio, & minus legitimo, per quem tantùm scitur quod res sit, non verò propter quid sit.

2. difficultas. Quænam sint eius causæ.

Secundò quæritur, quænam sint causæ huiusmodi scientiæ sic explicatæ. Finis est animæ rationalis ornatus & perfectio; efficiens præcipua est intellectus, instrumentaria verò proxima est demonstratio, remota verò sensus & præcepta; formalis causa est ipsa demonstrationis definitio: materialis verò est duplex: altera, in qua, nempe intellectus vel anima per intellectum, altera circa quam, videlicet obiectum.

3. difficultas, quomodo se habeat ad fidem & opinionem.

Tertiò quæritur, quomodo se habeat scientia hæc demonstratiua ad fidem, & opinionem. Consentiunt in hoc hi tres habitus, quod veri esse possint, in quo differunt ab errore, qui nunquam verus esse potest, cum hoc tamen discrimine, quod scientia sit habitus semper verus; at verò cùm opinio, cùm fides, habitus falsi esse possint, deinde scientia & opinio ratione nituntur, scientia quidem ratione necessaria: opinio verò probabili, fides verò sola authoritate nititur. Et quidem cùm duplex sit habitus fidei, alter infusus, dicitúrque fides diuina, alter acquisitus, dicitúrque fides humana: ille semper certus est, sicut & scientia, quia nititur authoritate diuina quæ nunquam falli potest, aut fallere, hic verò dubius esse potest, sicut & opinio, quia nititur authoritate humana, quæ falli simul potest & fallere, vnde nonnulli licèt minùs probabiliter, dubium hunc fidei habitum ab opinione nõ distinguunt.

Quid differant scientia, fides & opinio.

Habitus fidei duplex.

Duo fidei principia.

Fides euidens aut inuidens in testificante.

Nititur verò fides duobus principiis, nempe id quod creditur, dici, deinde dicentem esse veracem. Cùm igitur vtrumque constat, fides dicitur euidens in testificante, cùm verò alterum horum non constat, dicitur fides inuidens in testificante. Est autem de ratione fidei, vt sit semper inuidens in re testificata seu credita. Si enim res credita, seu testificata, esset euidens, hoc est, si illius rei veritas in se manifesta esset, iam non crederetur, sed sciretur. Sicut autem hi tres habitus penes obiecta distinguuntur, quod scientia sit rei necessariæ per causam, opinio rei probabilis per signa vero similia: Denique fides rei testificatæ per authoritatem: Ita quoque penes actus distinguitur. Scientia enim scimus, opinione coniecimus, fide credimus. Cæterùm fieri potest, vt de eadem re habeatur scientia, opinio, & fides, modò diuersa sint

Supradicti habitus non opponuntur, cum per diuersa distinguantur.

De eodem simul haberi possunt scientia, fides, & opinio.

media, quib. vtamur: Scientia erit, si res necessaria ratione demonstretur. Opinio, si res eadem probabili duntaxat ratione colligatur: Denique fides, si ars eadem propter dicentis authoritatem credatur. Vnde etiam ares illi habitus de eadem re simul in eodem intellectu esse possunt, licet eorundem actus simul, & semel non possint exerceri.

4. difficultas quomodo se habeat ad Sapientiam & intelligentiam.

Quartò quæritur, quomodo se habeat hæc eadē scientia demonstratiua, tum ad sapientiam, cùm ad intelligentiam. Cùm enim quinque sint semper veri mentis habitus, nempe sapientia, intelligentia, scientia, ars, & prudentia. Cōstat quidem scientiam à prudentia distingui, quod prudentia virtus moralis, non item scientia: ab arte verò quod ars sit operis cujuspiam factiua, non verò scientia. Qui verò differat à sapientia & intelligentia quibuscum majorem cognationem seu consensionem videtur habere, hîc explicandum est. Vt autem prætermittamus vulgares quidem, verùm minùs proprias juxta Aristotelis mentem sapientiæ acceptiones, vt cùm sapientia pro prudentia acipitur, quomodo sapere idem est ac prudenter agere: item deinde cùm accipitur pro consensu virtutum moralium, quomodo Plato sapientiam appellat conjunctionem iustitiæ & sanctitatis cum prudentia: item pro qualibet rei agendæ peritia, quo modo periti artifices dicuntur in sua arte sapientes, sapientiam hic accipimus cum Aristotele pro eo nobilissimo cognitionis genere quod scientiæ simul ac intelligentiæ vim habeat, quodque circa res nobilissimas, & altissima rerum principia versetur. Et hæc est prima seu summa Philosophia, alias Metaphysica, quatenus altissimorum principiorum intelligentiam complectitur. Ex quo intelligis sapiētiam non esse vnum simplicem habitum, sed vnum quid per aggregationem, constans ex multiplici notitia habituali multarum conclusionum, & ex multiplici intelligentia multorum principiorum, in quo differt tum à scientia hac demonstratiua, cùm etiam ab intelligentia quæ sunt simplices habitus. Adde quòd licet ad scientiam necessaria sit principiorum intelligentia, tamen ad scientiam propriè non pertinet: At verò altissimorum principiorum intelligentia ad sapientiam pertinet: Est enim sapientia non tantùm conclusiones scientiarum tenere, sed præterea altissima & generalissima principia contemplari.

Q. differat scientia à prudentia & arte.

Sapient. variæ acceptiones.
1.
2.
3.
4.
maximè propria.

Corolarium.

Sapientia non est vnus simplex habitus.

Intelli-

Intelligentia verò definitur, habitus, seu habitualis notitia primorum principiorum. Cùm autem principiorum alia sint simpliciter & absolutè prima, vt sunt principia Metaphysica, alia verò prima in vnoquoque genere scientiæ, vt sunt principia Physicæ, Arithmeticæ, &c. hinc intelligentia dupliciter accipitur, primò, & quidem maximè propriè pro intelligentia principiorum absolutè primorum; secundò verò etiam propriè pro habitu primorum principiorum in vnoquoque genere scientiæ. Vbi aduerte, (cùm in vnaquaque scientia principia sint duplicis generis, alia nempe incomplexa, vt sunt in scientia naturali, materia, forma, priuatio, &c. alia verò complexa, quæ nihil aliud sunt, quàm generalia quædam axiomata, vt in eâdem naturali scientiâ, *Ex nihilo nihil fieri*; *Non ex quouis quoduis generari*, &c.) intelligentiam esse habitum principiorum complexorum propriè, non verò incomplexorum. Ex ijs igitur horum trium discrimen facilè intelligitur, nempe quod intelligentia sit primorum principiorum, scientia conclusionum, sapientia altissimorum principiorum simul & conclusionum: Deinde intelligentia præcedit, scientia sequitur, vltimò accedit sapientia, quæ vtramque perficit: Intelligentia ex solo naturali lumine vt plurimùm sine discursu, scientia ex demonstratione, sapientia ex vtroque nascitur.

Quid sit intelligentia.

Intelligentia dupliciter accipitur. Nota.

Scientia principia triplicis generis.

Quid differant inter se supradicti 3. habitus.

De scientia posteriori modo sumpta, qua est vna per aggregationem.

QVAESTIO V.

SCientia hoc posteriori modo sumpta non solius demonstrationis, sed etiam diuisionis, definitionis, inductionis, ac experientiæ effectus dici potest, nec aliter vna dici potest, quàm exercitus, respublica, cœtus hominum vnus dicitur: neque adhuc solis conclusionibus demonstratis, sed etiam rebus definitis, partibus diuisis, principijs quoque inductione & experientiâ probatis constat. De hac igitur sicut & de priori scientia nonnullæ difficultates sigillatim explicandæ sunt.

Prima difficultas, de Obiecto totali scientiæ. Conditiones prædicti obiecti.

Primùm quæritur, qualenam esse debeat obiectum totalis ejusmodi scientiæ. Respondetur has esse conditiones prædicti obiecti. Prima est, vt sit id cujus gratia

cætera cognoſcuntur, id eſt, vt ſit id ad cujus pleniorem
1. notitiam cætera quæ in illa ſcientia traduntur, pertineat.
2. Secunda vt ſit vniuerſale quid, eſt enim rerum vniuerſa-
3. lium ſcientia. Tertia, vt ſit quid vnum, idque vel ſynony-
4. mum, vel analogum. Quarta, vt ſit ens verum & reale.
5. Quinta, vt ſit neceſſarium, vel certè contingens & plurimum.
6. Sexta, vt ſit adæquatum, ita vt nec magis, nec minus
7. latè pateat quàm ſcientia. Septima, vt duo in eo conſiderari poſſint: Alterum inſtar materiæ, videlicet res ipſa quæ conſideranda eſt: alterum inſtar formæ, videlicet
8. ratio ſub qua res ejuſmodi conſideranda eſt in tali ſcientia. Octaua, vt ſit menſura ſcientiæ quoad vnitatem, di-
9. ſtinctionem, nobilitatem, veritatem, certitudinem, euidentiam, ordinem, & amplitudinem. Nona, vt habeat principia, partes, & proprietates quæ de ipſo generatim, déque ejuſdem partibus ſpeciatim per principia demonſtrentur.

Secunda difficultas, vnde petatur Vnitas & diſtinctio totalium ſcientiarum.

Secundò quæritur vndenam petatur vnitas & diſtinctio ejuſmodi totalium ſcientiarum, verbi gratia, vnde habeat Phyſica, quòd ſit ac dicatur vna ſcientia ab alijs diſtincta. Reſpondetur id petendum eſſe ab objecto tali, adæquato, ita vt ſit vna totalis ſcientia cujus vnum eſt genere totale objectum in ratione ſubjecti, ad quod omnia quæ in ea ſcientia traduntur, referri poſſunt: ſic Dialectica dicatur vna totalis ſcientia, quia tota verſatur circa vnum genus objectum totale, nempe circa actionem mentis dirigibilem juxta optimum cognoſcendi modum, quod quidem in ratione objecti differt à quouis alterius ſcientiæ objecto: vnde & Dialectica differt à quauis alia totali ſcientia, idémque de morali Philoſophia

Theorica ſcientia per quid diſtinguuntur inter ſe. Triplex materia à qua obiectum intellectus poteſt abſtrahi. Triplex abſtractio in ſcientijs.

dicendum quæ verſatur circa actionem moralem ſeu humanam, ac liberam, quatenus ad optimum vitæ finem dirigibilis eſt. Quod etiam ſpectat ad tria illa genera theoreticarum ſcientiarum, nempe Phyſicam, Mathematicam, & Metaphyſicam, diſtingui ſolent penes triplicem objecti abſtractionem à triplici materia, vt docet Ariſtoteles. Quod vt planiùs intelligas, ſciendum eſt triplicem eſſe materiam à qua poteſt intellectus aliquod objectum abſtrahere, nempe materiam ſingularem ſeu conditiones indiuiduantes: ſenſibilem ſeu accidentia ſenſu perceptibilia; denique intelligibilem ſeu quantitatem, quæ per ſe ſola non cadit ſub ſenſum: vnde

ctum triplex genus abstractionis, nempe à materia singulari, à materia sensibili, & à materia intelligibili, proindeque triplex genus Theoreticarum scientiarum; nempe Physica, cuius obiectum nempe ens naturale abstrahitur à materia singulari duntaxat, non item à materia sensibili, aut intelligibili. Nam Physicus considerat quidem entia naturalia in vniuersum abstracta à singularibus, non verò abstracta à qualitate sensibili, aut quantitate; deinde Mathematica, cuius obiectum, nempe ens Mathematicum, ab omni fermè materia sensibili, non tantùm à singulari abstractum est: Mathematicus enim considerat quantitatem vel puram, id est, omni qualitate sensibili destitutam, vt in Arithmetica & Geometria: vel cum vna aut altera duntaxat specie qualitatis coniunctam, vt in musica quantitatem cum sono, in Astrologia quantitatem cum motu cœlesti, in Optica quantitatem cum lumine vel colore, denique Metaphysica, cuius obiectum nempe ens, abstrahitur ab omni materia non tantùm singulari aut sensibili, sed etiam ab intelligibili, vt patet. Vbi aduerte, quoniam in Mathematicis non vnus plane est abstractionis modus à materia sensibili, ideò penes diuersum illum abstractionis modum diuersa in illis esse totalium scientiarum genera, quod non contingit in Physicis aut Metaphysicis. Sed hæc satis de distinctione totalium scientiarum.

Scientia theoretica triplex.
1. Physica.
2. Mathematica.
3. Metaphysica.

Tertiò quæritur de ordine scientiarum inter se, quænam sint priores, & quæ posteriores. Et quoniam ordo quadruplex est præcipuè, nempe ordo naturæ, dignitatis, doctrinæ & temporis, primùm comparandæ sunt scientiæ practicæ cum theoreticis, deinde theoreticæ ad inuicem conferendæ erunt iuxta illum quadruplicem ordinem.

Tertia difficultas.
De ordine scientiarum.
Ordo quadruplex
Quo ordine theoretica sunt priores practicis & è contra.

Ordine igitur naturæ, theoreticæ practicas antecedunt. Nam verum simpliciter est natura prius vero practico. Item ordine dignitatis theoreticæ practicis anteponendæ sunt, eo quod earum finis, quæ est contemplatio, præstantior sit istarum fine, quæ est actio: adde quod illæ ad diuinorum intuitum nos excitant, hæ verò ad res humanas non deprimunt: at verò ordine doctrinæ practicæ præcedunt Theoreticas, eo quòd animum præparant ad faciliorem naturæ rerúmque diuinarum contemplationem, licèt quatenus à quibusdam scientiis theoreticis

ſua principia deſumant, ſint aliqua ratione etiam ſecundùm ordinem doctrinæ illis poſteriores; item ordine temporis practicæ theoreticas antecedunt. Nam inuẽtis (inquit Ariſt. 1. Metaph. c. 1.) iam, & inſtitutis iis ſcientiis, quæ ad neceſſitatem aut voluptatem vitæ omnium pertinebant, cuiuſmodi ſunt ſcientiæ practicæ, ac præſertim artes quædam, poſteà excogitatæ ſunt ſcientiæ ſpeculatiuæ quæ nec ad ſenſuum voluptatem, nec ad naturæ neceſſitatem pertinebant.

Quanam ſit ratio prioritatis & poſterioritatis inter theoreticas.

Quod ſpectat ad ſcientias theoreticas, Phyſicam, Mathematicam, & Metaphyſicam. Ordine naturæ Metaphyſica antecedit, ſequitur Phyſica, tandem Mathematica; eo quod obiectum Metaphyſicę natura eſt omnium primum vtpotè vniuerſaliſſimũ, obiectum verò Phyſicæ natura etiam prius eſt obiecto Mathematicarum, quia eſt cõmunius: Adde Mathematicas eſſe inferiores, & ſubalternas Phyſicæ, vtpote à qua ſua principia vt plurimùm deſumunt. Item ordine dignitatis Metaphyſicæ præit, quia res natura præſtantiſſimas, nempe ſpirituales ſubſtantias, & communia rerum omnium principia contẽplatur; ſequitur Phyſica, quæ antecellit Mathematicas, tùm ratione ſubiecti (illa enim ſubſtantias, hæc verò tantùm accidentia contemplatur) tùm rerum quas conſiderat varietate, ſicque vltimum locum tenent Mathematicæ. Ordine doctrinæ ſeu facilitatis præcedit reliquas Phyſica, ſi viam inuentionis ſpectes: prius enim & facilius rerum Phyſicarum principia, cauſæ & rationes inueniri poſſunt, quam rerum Mathematicarum quæ à ſenſu ſunt remotiores: ſi verò viam diſciplinæ conſideres, Mathematicę Phyſicam antecedunt; facilius enim & ordinatius docentur ſimul & addiſcuntur, ſicque ordine facilitatis vltimum locum tenet Metaphyſica. Deniqne ordine temporis probabiliſſimum eſt Phyſicam anteceſſiſſe Mathematicas. Primùm enim omnium naturalium rerum principia, cauſas proprias, affectiones, & effectus rimati ſunt homines, deinde cœlorum & ſiderum motibus excitati, ſeſe ad Mathematicas diſciplinas, imprimíſque ad Aſtrologiam applicuerunt: tum ex his inferioribus ſcientiis ad Metaphyſicam ſeu primam Philoſophiam ſe contulerunt.

Ordine naturæ.

Ordine dignitatis.

Ordine doctrinæ.

Ordine temporis.

Quarta difficultas de ſubalternatione ſcientiarum.

Quartò & vltimò quæritur de ſubalternatione ſcientiarum, quænam ſcientiæ aliis ſint ſubalternæ ſeu ſubalternatæ.

ternatæ. Vt autem impropriam eorum locutionem præ- *Quid sit scientia subalternata.*
termittam, qui superiorem scientiam appellant subalter-
ternatam, inferiorem verò subalternātē: dicitur in genere
scientia alteri subalternata quæ illi subest seu subiicitur,
atque ab ea dependet: illa autem subiectio seu dependen-
tia dicitur subalternatio. Et quia vna scientia ab altera
pendere potest vel secundùm aliquā sui partem duntaxat,
vel secundùm se totam, siue ab aliqua parte scientiæ supe-
rioris, siue à tota illa scientia pendeat; hinc subalternatio
in genere duplex, vna secundùm partem, quæ est minùs
propria, altera, secundum totum, quæ est magis propria, &
de qua præsertim hîc agitur. Contingit autem hæc subal- *Subalternatio in genere triplex.*
ternatio triplici ratione: Primum quidē ratione finis, cùm
nempe finis inferioris scientię refertur ad finem superio- *Subalternatio propria duplex.*
ris, sic finis Dialecticæ, qui est mentis operationes ad le-
gitimum cognoscendi modum dirigere, refertur ad finem *Prima ratione finis.*
theoreticarum scientiarum, nempe veritatis contempla-
tionem, ideoque Dialectica cæteris sciētiis tanquam ad- *Secunda ratione obiecti.*
ministra subalternatur. Secundò subalternatio contingit
ratione subiecti, cùm nempe subiectū seu obiectum vnius
sub alterius obiecto cōtinetur. Sic Astrologia subalterna-
tur ei parti Physiologiæ, quæ de cœlo differit; Physici e-
nim est in ea parte non tantùm de substantia cœlesti, sed
etiam de ipsius quantitate & motu differere, quę etiam ex
instituto contemplatur Astrologus. Tertiò denique sub- *Tertia ratione principiorum.*
alternatio contingit ratione principiorum, cùm nempe
principia inferioris scientiæ à superiori scientia desumū-
tur, ita vt principia illa inferioris sint conclusiones supe-
rioris; sic enim quædam sunt principia Geometriæ (verbi
gratia, quantitatem continuam esse in infinitum diui-
duam, à quouis pūcto ad quoduis punctum duci posse li-
neam) quæ desumuntur ab ea parte Physicę quę de quan-
titate, quatenus est proprietas corporis naturalis ex insti-
tuto differit. Ibi enim demonstrantur eæ propositiones
quæ tanquam veræ supponuntur in Geometria.

Notandum autem est hoc loco, licèt vna eadem scien- *Nota.*
tia possit alteri subalternari triplici illa consideratione,
quomodo Dialectica subalternatur ei parti physicæ quæ
est de anima, nihilominus in vera & legitima subalterna-
tione, non tam haberi rationem finis, quàm subiecti, &
principiorū, ita vt tunc legitima censeatur subalternatio,

cum vna alteri ratione vtriusque nempe subiecti simul & principiorum subalternatur. Notandum etiam illud est, nempe subiectum inferioris, seu subalternatæ scientię ita debere contineri sub obiecto alterius, vt ab ipso differat penes differentiam aliquam accidētariam non essentialē, quæ quidem sit ratio formalis, sub qua tale obiectū Opticæ seu Perspectiuę differt ab obiecto Geometrię cui subalternatur. Geometria enim considerat lineam quatenus linea est, at Perspectiua considerat eandem quatenus visualis est, seu quatenus ad visionem potest pertinere: esse autem visuale, est aliquid planè accidentarium ad rationem lineæ.

Corolarium. Quanam scientia alio scientiæ subalternentur. Omnes scientiæ subalternantur Metaphysicæ.

Ex iis autem facile est intelligere scientias practicas subalternari theoreticis, deinde Mathematicam subalternari Physicæ, immò inter Mathematicas eas quæ dicuntur impuræ, seu quæ considerant quantitatem cum aliqua specie qualitatis, nempe Musicam, Astrologiam, Opticam, subalternari puris Mathematicis, Arithmeticæ, nempe & Geometriæ. Denique omnes scientias Metaphysicæ, licèt non omninò propriè, aliqua tamen ratione subalternari, tum quia Metaphysica continet generalissima quædam principia, quibus principia cæterarum scientiarum saltem ductu ad incommodum confirmari possunt; tum quia subiectum Metaphysicæ quod est ens, in suo conceptu saltem confusè cæterarum omnium scientiarum subiecta continet.

SECVNDA DISPVTATIO *huius tractatus.*

De Syllogismo Topico.

Quid sit syllogismus Topicus, & quid sit argumentum topicum seu Dialecticum, & quid locus communis seu Dialecticus.

QVAESTIO I.

Definitio Syllogismi Topici.

SYllogismus Topicus seu Dialecticus est, qui ex probabilibus concluditur. Sunt autem Probabilia quæ videntur

dentur omnibus aut plurimis, aut ſapientibus, atque his vel omnibus, vel plurimis, vel ſpectantiſſimis. Omnibus quidem videtur obſequium amicos conciliare: plurimis, par pari referendum: ſapientibus omnibus, bona animi anteponenda eſſe bonis corporis: plurimis verò, animos hominum eſſe immortales: denique ſpectatiſſimis, mundum cœpiſſe. *Quæ dicantur probabilia.*

Eſt autem argumentum Dialecticum, Probabile inuentum ad faciendam fidem, id eſt, quod probabiliter ſeu veroſimiliter cum vtroque aut ſaltem altero termino quæſtionis ſeu propoſitionis probandæ connectitur, ex quo aſſenſus rei probatæ non omninò neceſſarius gignitur: in quo differt à demonſtratiuo: quod cum vtroque termino quæſtionis neceſſariam quandam connexionem habet. Et quoniam quod eſt neceſſarium poteſt multorum iudicio eſſe probabile dũtaxat, hinc fit, vt argumenta demonſtratiua poſſint eſſe dialectica, vt non mirum videatur ſi in hac parte, (quod etiam Ariſtoteles facit in Topicis (non tantùm probabilium, ſed etiam neceſſariorum argumentorum loci communes tradantur. *Quid ſit argumentum Dialecticũ.* *Nota.*

Porrò locus communis dicitur argumenti ſedes, quia è locis communibus quaſi è proprijs ſedibus argumenta eruuntur. Locus autem dupliciter dicitur, nempe maxima, & differentia maximæ. Locus maxima eſt propoſitio per ſe nota fidem alijs ſubminiſtrans, cujuſmodi eſt hæc; Cui non conuenit definitio non conuenit definitum. Locus differentia maximæ eſt receptaculum plurium maximarum, vt eſt locus definitionis ex quo ſupradicta maxima deſumpta eſt; item locus notationis, locus cauſarum, &c. Appellantur autem hujuſmodi loci, differentiæ maximarum quod diuerſis maximarum claſſibus diuerſam tribuant appellationem. Quæ enim maximæ in loco definitionis continentur, dicuntur à definitione; item quæ in loco authoritatis dicuntur ab authoritate, & ſic cæteræ, à ſuis quaſi receptaculis denominantur. De his igitur locis qui dicuntur differentiæ maximarum deinceps dicemus, & ſingulos ordine declarabimus, ſi priùs monuerimus eorũ alios dici artificioſos, qui continent argumenta, ἐντεχνα, id eſt Artificioſa, Cicero propriè Inſita vocat, quæ arte quadam ex ipſa quæſtione propoſita eliciuntur: alios verò dici artis expertes, qui continent argumenta, *Quid ſit locus communis.* *Locus dupliciter dicitur apud Logicos.* *Differentia maxima.* *Locorum genera duo.* *Logi artis expertes.*

cum vna alteri ratione vtriusque nempe subiecti simul & principiorum subalternatur. Notandum etiam illud est, nempe subiectum inferioris, seu subalternatae scientię ita debere contineri sub obiecto alterius, vt ab ipso differat penes differentiam aliquam accidētariam non essentialē, quæ quidem sit ratio formalis, sub qua tale obiectū Opticæ seu Perspectiuę differt ab obiecto Geometrię cui subalternatur. Geometria enim considerat lineam quatenus linea est, at Perspectiua considerat eandem quatenus visualis est, seu quatenus ad visionem potest pertinere: esse autem visuale, est aliquid planè accidentarium ad rationem lineæ.

Corolarium. Quanam scientia alia scientia subalternentur. Omnes scientiæ subalternantur Metaphysicæ.

Ex iis autem facile est intelligere scientias practicas subalternari theoreticis, deinde Mathematicam subalternari Physicæ, immò inter Mathematicas eas quæ dicuntur impuræ, seu quæ considerant quantitatem cum aliqua specie qualitatis, nempe Musicam, Astrologiam, Opticam, subalternari puris Mathematicis, Arithmeticæ, nempe & Geometriæ. Denique omnes scientias Metaphysicæ, licèt non omninò propriè, aliqua tamen ratione subalternari, tum quia Metaphysica continet generalissima quædam principia, quibus ptincipia cæterarum scientiarum saltem ductu ad incommodum confirmari possunt; tum quia subiectum Metaphysicæ quod est ens, in suo conceptu saltem confusè cæterarum omnium scientiarum subiecta continet.

SECVNDA DISPVTATIO huius tractatus.

De Syllogismo Topico.

Quid sit syllogismus Topicus, & quid sit argumentum topicum seu Dialecticum, & quid locus communis seu Dialecticus.

QVAESTIO I.

Definitio Syllogismi Topici.

SYllogismus Topicus seu Dialecticus est, qui ex probabilibus concluditur. Sunt autem Probabilia quæ videntur

dentur omnibus aut plurimis, aut sapientibus, atque his vel omnibus, vel plurimis, vel spectantissimis. Omnibus quidem videtur obsequium amicos conciliare: plurimis, par pari referendum: sapientibus omnibus, bona animi anteponenda esse bonis corporis: plurimis verò, animos hominum esse immortales: denique spectatissimis, mundum cœpisse. *Quæ dicantur probabilia.*

Est autem argumentum Dialecticum, Probabile inuentum ad faciendam fidem, id est, quod probabiliter seu verosimiliter cum vtroque aut saltem altero termino quæstionis seu propositionis probandæ connectitur, ex quo assensus rei probatæ non omninò necessarius gignitur: in quo differt à demonstratiuo: quod cum vtroque termino quæstionis necessariam quandam connexionem habet. Et quoniam quod est necessarium potest multorum iudicio esse probabile dũtaxat, hinc fit, vt argumenta demonstratiua possint esse dialectica, vt non mirum videatur si in hac parte, (quod etiam Aristoteles facit in Topicis (non tantùm probabilium, sed etiam necessariorum argumentorum loci communes tradantur. *Quid sit argumentum Dialecticũ.* *Nota.*

Porrò locus communis dicitur argumenti sedes, quia è locis communibus quasi è proprijs sedibus argumenta eruuntur. Locus autem dupliciter dicitur, nempe maxima, & differentia maximæ. Locus maxima est propositio per se nota fidem alijs subministrans, cujusmodi est hæc; Cui non conuenit definitio non conuenit definitum. Locus differentia maximæ est receptaculum plurium maximarum, vt est locus definitionis ex quo supradicta maxima desumpta est; item locus notationis, locus causarum, &c. Appellantur autem hujusmodi loci, differentiæ maximarum quod diuersis maximarum classibus diuersam tribuant appellationem. Quæ enim maximæ in loco definitionis continentur, dicuntur à definitione; item quæ in loco authoritatis dicuntur ab authoritate, & sic cæteræ, à suis quasi receptaculis denominantur. De his igitur locis qui dicuntur differentiæ maximarum deinceps dicemus, & singulos ordine declarabimus, si prius monuerimus eorũ alios dici artificiosos, qui continent argumenta, ἔντεχνα, id est Artificiosa, Cicero propriè Insita vocat, quæ arte quadam ex ipsa quæstione proposita eliciuntur: alios verò dici artis expertes, qui continent argumenta, *Quid sit locus communis.* *Locum dupliciter dicitur apud Logicos.* *Differentiæ maximæ.* *Locorum genera duo.* *Loci artis experts.*

cùm vna alteri ratione vtriusque nempe subiecti simul & principiorum subalternatur. Notandum etiam illud est, nempe subiectum inferioris, seu subalternatæ scientię ita debere contineri sub obiecto alterius, vt ab ipso differat penes differentiam aliquam accidētariam non essentialē, quæ quidem sit ratio formalis, sub qua tale obiectū Opticæ seu Perspectiuę differt ab obiecto Geometrię cui subalternatur. Geometria enim considerat lineam quatenus linea est, at Perspectiua considerat eandem quatenus visualis est, seu quatenus ad visionem potest pertinere: esse autem visuale, est aliquid planè accidentarium ad rationem lineæ.

Corolarium. Quanam scientia alio scientiæ subalternentur. Omnes scientiæ subalternantur Metaphysicæ.

Ex iis autem facile est intelligere scientias practicas subalternari theoreticis, deinde Mathematicam subalternari Physicæ, immò inter Mathematicas eas quæ dicuntur impuræ, seu quæ considerant quantitatem cum aliqua specie qualitatis, nempe Musicam, Astrologiam, Opticam, subalternari puris Mathematicis, Arithmeticæ, nempe & Geometriæ. Denique omnes scientias Metaphysicæ, licèt non omninò propriè, aliqua tamen ratione subalternari, tum quia Metaphysica continet generalissima quædam principia, quibus principia cæterarum scientiarum saltem ductu ad incommodum confirmari possunt; tum quia subiectum Metaphysicæ quod est ens, in suo conceptu saltem confusè cæterarum omnium scientiarum subiecta continet.

SECVNDA DISPVTATIO *huius tractatus.*

De Syllogismo Topico.

Quid sit syllogismus Topicus, & quid sit argumentum topicum seu Dialecticum, & quid locus communis seu Dialecticus.

QVAESTIO I.

Definitio Syllogismi Topici.

SYllogismus Topicus seu Dialecticus est, qui ex probabilibus concluditur. Sunt autem Probabilia quæ videntur

dentur omnibus aut plurimis, aut ſapientibus, atque his vel omnibus, vel plurimis, vel ſpectantiſſimis. Omnibus quidem videtur obſequium amicos conciliare: plurimis, par pari referendum: ſapientibus omnibus, bona animi anteponenda eſſe bonis corporis: plurimis verò, animos hominum eſſe immortales: denique ſpectatiſſimis, mundum cœpiſſe. *Quæ dicantur probabilia.*

Eſt autem argumentum Dialecticum, Probabile inuentum ad faciendam fidem, id eſt, quod probabiliter ſeu veroſimiliter cum vtroque aut ſaltem altero termino quæſtionis ſeu propoſitionis probandæ connectitur, ex quo aſſenſus rei probatæ non omninò neceſſarius gignitur: in quo differt à demonſtratiuo: quod cum vtroque termino quæſtionis neceſſariam quandam connexionem habet. Et quoniam quod eſt neceſſarium poteſt multorum iudicio eſſe probabile dũtaxat, hinc fit, vt argumenta demonſtratiua poſſint eſſe dialectica, vt non mirum videatur ſi in hac parte, (quod etiam Ariſtoteles facit in Topicis (non tantùm probabilium, ſed etiam neceſſariorum argumentorum loci communes tradantur. *Quid ſit argumentum Dialecticũ.* *Nota.*

Porrò locus communis dicitur argumenti ſedes, quia è locis communibus quaſi è proprijs ſedibus argumenta eruuntur. Locus autem dupliciter dicitur, nempe maxima, & differentia maximæ. Locus maxima eſt propoſitio per ſe nota fidem alijs ſubminiſtrans, cujuſmodi eſt hæc; Cui non conuenit definitio non conuenit definitum. Locus differentia maximæ eſt receptaculum plurium maximarum, vt eſt locus definitionis ex quo ſupradicta maxima deſumpta eſt; item locus notationis, locus cauſarum, &c. Appellantur autem hujuſmodi loci, differentiæ maximarum quod diuerſis maximarum claſſibus diuerſam tribuant appellationem. Quæ enim maximæ in loco definitionis continentur, dicuntur à definitione, item quæ in loco authoritatis dicuntur ab authoritate, & ſic cæteræ, à ſuis quaſi receptaculis denominantur. De his igitur locis qui dicuntur differentiæ maximarum deinceps dicemus, & ſingulos ordine declarabimus, ſi priùs monuerimus eorũ alios dici artificioſos, qui continent argumenta, ἔντεχνα, id eſt Artificioſa, Cicero propriè Inſita vocat, quæ arte quadam ex ipſa quæſtione propoſita eliciuntur: alios verò dici artis expertes, qui continent argumenta, *Quid ſit locus communis.* *Locus dupliciter dicitur apud Logicos.* *Differentia maxima.* *Locorum genera duo.* *Loci artis expertis.*

cùm vna alteri ratione vtriusque nempe subiecti simul & principiorum subalternatur. Notandum etiam illud est, nempe subiectum inferioris, seu subalternatæ scientię ita debere contineri sub obiecto alterius, vt ab ipso differat penes differentiam aliquam accidẽtariam non essentiale, quæ quidem sit ratio formalis, sub qua tale obiectũ Opticæ seu Perspectiuę differt ab obiecto Geometrię cui subalternatur. Geometria enim considerat lineam quatenus linea est, at Perspectiua considerat eandem quatenus visualis est, seu quatenus ad visionem potest pertinere: esse autem visuale, est aliquid planè accidentarium ad rationem lineæ.

Corolarium. Quaenam scientia alio scientiæ subalternentur. Omnes scientiæ subalternantur Metaphysicæ.

Ex iis autem facile est intelligere scientias practicas subalternari theoreticis, deinde Mathematicam subalternari Physicæ, immò inter Mathematicas eas quæ dicuntur impuræ, seu quæ considerant quantitatem cum aliqua specie qualitatis, nempe Musicam, Astrologiam, Opticam, subalternari puris Mathematicis, Arithmeticæ, nempe & Geometriæ. Denique omnes scientias Metaphysicæ, licèt non omninò propriè, aliqua tamen ratione subalternari, tum quia Metaphysica continet generalissima quædam principia, quibus ptincipia cæterarum scientiarum saltem ductu ad incommodum confirmari possunt; tum quia subiectum Metaphysicæ quod est ens, in suo conceptu saltem confusè cæterarum omnium scientiarum subiecta continet.

SECVNDA DISPVTATIO huius tractatus.

De Syllogismo Topico.

Quid sit syllogismus Topicus, & quid sit argumentum topicum seu Dialecticum, & quid locus communis seu Dialecticus.

QVAESTIO I.

Definitio Syllogismi Topici.

SYllogismus Topicus seu Dialecticus est, qui ex probabilibus concluditur. Sunt autem Probabilia quæ videntur

dentur omnibus aut plurimis, aut ſapientibus, atque his vel omnibus, vel plurimis, vel ſpectantiſſimis. Omnibus quidem videtur obſequium amicos conciliare: plurimis, par pari referendum: ſapientibus omnibus, bona animi anteponenda eſſe bonis corporis: plurimis verò, animos hominum eſſe immortales: denique ſpectatiſſimis, mundum cœpiſſe. *Quæ dicantur probabilia.*

Eſt autem argumentum Dialecticum, Probabile inuentum ad faciendam fidem, id eſt, quod probabiliter ſeu veroſimiliter cum vtroque aut ſaltem altero termino quæſtionis ſeu propoſitionis probandæ connectitur, ex quo aſſenſus rei probatæ non omninò neceſſarius gignitur: in quo differt à demonſtratiuo: quod cum vtroque termino quæſtionis neceſſariam quandam connexionem habet. Et quoniam quod eſt neceſſarium poteſt multorum iudicio eſſe probabile dũtaxat, hinc fit, vt argumenta demonſtratiua poſſint eſſe dialectica, vt non mirum videatur ſi in hac parte, (quod etiam Ariſtoteles facit in Topicis (non tantùm probabilium, ſed etiam neceſſariorum argumentorum loci communes tradantur. *Quid ſit argumentum Dialecticũ.* *Nota.*

Porrò locus communis dicitur argumenti ſedes, quia è locis communibus quaſi è proprijs ſedibus argumenta eruuntur. Locus autem dupliciter dicitur, nempe maxima, & differentia maximæ. Locus maxima eſt propoſitio per ſe nota fidem alijs ſubminiſtrans, cujuſmodi eſt hæc; Cui non conuenit definitio non conuenit definitum. Locus differentia maximæ eſt receptaculum plurium maximarum, vt eſt locus definitionis ex quo ſupradicta maxima deſumpta eſt; item locus notationis, locus cauſarum, &c. Appellantur autem hujuſmodi loci, differentiæ maximarum quod diuerſis maximarum claſſibus diuerſam tribuant appellationem. Quæ enim maximæ in loco definitionis continentur, dicuntur à definitione, item quæ in loco authoritatis dicuntur ab authoritate, & ſic cæteræ, à ſuis quaſi receptaculis denominantur. De his igitur locis qui dicuntur differentiæ maximarum deinceps dicemus, & ſingulos ordine declarabimus, ſi priùs monuerimus eorũ alios dici artificioſos, qui continent argumenta, ἔντεχνα, id eſt Artificioſa, Cicero propriè Inſita vocat, quæ arte quadam ex ipſa quæſtione propoſita eliciuntur: alios verò dici artis expertes, qui continent argumenta, *Quid ſit locus communis.* *Locus dupliciter dicitur apud Logicos.* *Differentia maxima.* *Locorum genera duo.* *Loci artis experſis.*

ſua principia deſumant, ſint aliqua ratione etiam ſecundùm ordinem doctrinæ illis poſteriores; item ordine temporis practicæ theoreticas antecedunt. Nam inuẽtis (inquit Ariſt. 1. Metaph. c. 1.) iam, & inſtitutis iis ſcientiis, quæ ad neceſſitatem aut voluptatem vitæ omnium pertinebant, cuiuſmodi ſunt ſcientiæ practicæ, ac præſertim artes quædam, poſteà excogitatæ ſunt ſcientiæ ſpeculatiuæ quæ nec ad ſenſuum voluptatem, nec ad naturæ neceſſitatem pertinebant.

Quanam ſit ratio prioritatis & poſterioritatis inter theoreticas

Ordine naturæ.

Ordine dignitatis.

Quod ſpectat ad ſcientias theoreticas, Phyſicam, Mathematicam, & Metaphyſicam. Ordine naturæ Metaphyſica antecedit, ſequitur Phyſica, tandem Mathematica; eo quod obiectum Metaphyſicę natura eſt omnium primum vtpotè vniuerſaliſſimũ, obiectum verò Phyſicæ natura etiam prius eſt obiecto Mathematicarum, quia eſt cõmunius: Adde Mathematicas eſſe inferiores, & ſubalternas Phyſicæ, vtpote à qua ſua principia vt plurimùm deſumunt. Item ordine dignitatis Metaphyſicæ præit, quia res natura præſtantiſſimas, nempe ſpirituales ſubſtantias, & communia rerum omnium principia contẽplatur; ſequitur Phyſica, quæ antecellit Mathematicas, tùm ratione ſubiecti (illa enim ſubſtantias, hæc verò tantùm accidentia contemplatur) tùm rerum quas conſiderat varietate, ſicque vltimum locum tenent Mathematicæ. Ordine doctrinæ ſeu facilitatis præcedit reliquas Phyſica, ſi viam inuentionis ſpectes: prius enim & facilius rerum Phyſicarum principia, cauſæ & rationes inueniri poſſunt, quam rerum Mathematicarum quæ à ſenſu ſunt remotiores: ſi verò viam diſciplinæ conſideres, Mathematicę Phyſicam antecedunt; facilius enim & ordinatius docentur ſimul & addiſcuntur, ſicque ordine facilitatis vltimum locum tenet Metaphyſica. Deniqne ordine temporis probabiliſſimum eſt Phyſicam anteceſſiſſe Mathematicas. Primùm enim omnium naturalium rerum principia, cauſas proprias, affectiones, & effectus rimati ſunt homines, deinde cœlorum & ſiderum motibus excitati, ſeſe ad Mathematicas diſciplinas, imprimíſque ad Aſtrologiam applicuerunt: tum ex his inferioribus ſcientiis ad Metaphyſicam ſeu primam Philoſophiam ſe contulerunt.

Ordine doctrinæ.

Ordine temporis.

Quarta difficultas de ſubalternatione ſcientiarum.

Quartò & vltimò quæritur de ſubalternatione ſcientiarum, quænam ſcientiæ aliis ſint ſubalternæ ſeu ſubalternatæ.

ternatæ. Vt autem impropriam eorum locutionem præ- *Quid sit scientia subalternata.*
termittam,qui ſuperiorem ſcientiam appellant ſubalter-
ternatam,inferiorem verò ſubalternātē:dicitur in genere
ſcientia alteri ſubalternata quæ illi ſubeſt ſeu ſubiicitur,
atque ab ea dependet:illa autem ſubiectio ſeu dependen-
tia dicitur ſubalternatio. Et quia vna ſcientia ab altera
pendere poteſt vel ſecundùm aliquā ſui partem duntaxat,
vel ſecundùm ſe totam,ſiue ab aliqua parte ſciētiæ ſupe-
rioris,ſiue à tota illa ſcientia pendeat;hinc ſubalternatio
in genere duplex, vna ſecundùm partem, quæ eſt minùs
propria,altera,ſecundum totum,quæ eſt magis propria,&
de qua præſertim hîc agitur.Contingit autem hæc ſubal- *Subalternatio in genere triplex.*
ternatio triplici ratione:Primum quidē ratione finis,cùm *Subalternatio propria duplex.*
nempe finis inferioris ſcientię refertur ad finem ſuperio- *Prima ratione finis.*
ris,ſic finis Dialecticæ,qui eſt mentis operationes ad le- *Secunda ratione obiecti.*
gitimum cognoſcendi modum dirigere,refertur ad finem
theoreticarum ſcientiarum, nempe veritatis contempla-
tionem,ideoque Dialectica cæteris ſciētiis tanquam ad-
miniſtra ſubalternatur. Secundò ſubalternatio contingit
ratione ſubiecti,cùm nempe ſubiectū ſeu obiectum vnius
ſub alterius obiecto cōtinetur.Sic Aſtrologia ſubalterna-
tur ei parti Phyſiologiæ, quæ de cœlo differit; Phyſici e-
nim eſt in ea parte non tantùm de ſubſtantia cœleſti,ſed
etiam de ipſius quantitate & motu diſſerere,quę etiam ex
inſtituto contemplatur Aſtrologus. Tertiò denique ſub- *Tertia ratione principiorum.*
alternatio contingit ratione principiorum , cùm nempe
principia inferioris ſcientiæ à ſuperiori ſcientia deſumū-
tur,ita vt principia illa inferioris ſint concluſiones ſupe-
rioris;ſic enim quædam ſunt principia Geometriæ(verbi
gratia , quantitatem continuam eſſe in infinitum diui-
duam,à quouis pūcto ad quoduis punctum duci poſſe li-
neam)quæ deſumuntur ab ea parte Phyſicę quę de quan-
titate,quatenus eſt proprietas corporis naturalis ex inſti-
tuto differit. Ibi enim demonſtrantur eæ propoſitiones
quæ tanquam veræ ſupponuntur in Geometria.

Notandum autem eſt hoc loco,licèt vna eadem ſcien- *Nota.*
tia poſſit alteri ſubalternari triplici illa conſideratione,
quomodo Dialectica ſubalternatur ei parti phyſicæ quæ
eſt de anima,nihilominus in vera & legitima ſubalterna-
tione,non tam haberi rationem finis,quàm ſubiecti , &
principiorū,ita vt tunc legitima cenſeatur ſubalternatio,

Digitized by Google

dentur omnibus aut plurimis, aut ſapientibus, atque his vel omnibus, vel plurimis, vel ſpectantiſſimis. Omnibus quidem videtur obſequium amicos conciliare: plurimis, par pari referendum: ſapientibus omnibus, bona animi anteponenda eſſe bonis corporis: plurimis verò, animos hominum eſſe immortales: denique ſpectatiſſimis, mundum cœpiſſe. *Quæ dicantur probabilia.*

Eſt autem argumentum Dialecticum, Probabile inuentum ad faciendam fidem, id eſt, quod probabiliter ſeu veroſimiliter cum vtroque aut ſaltem altero termino quæſtionis ſeu propoſitionis probandæ connectitur, ex quo aſſenſus rei probatæ non omninò neceſſarius gignitur: in quo differt à demonſtratiuo: quod cum vtroque termino quæſtionis neceſſariam quandam connexionem habet. Et quoniam quod eſt neceſſarium poteſt multorum iudicio eſſe probabile dũtaxat, hinc fit, vt argumenta demonſtratiua poſſint eſſe dialectica, vt non mirum videatur ſi in hac parte, (quod etiam Ariſtoteles facit in Topicis (non tantùm probabilium, ſed etiam neceſſariorum argumentorum loci communes tradantur. *Quid ſit argumentum Dialecticũ.* *Nota.*

Porrò locus communis dicitur argumenti ſedes, quia è locis communibus quaſi è proprijs ſedibus argumenta eruuntur. Locus autem dupliciter dicitur, nempe maxima, & differentia maximæ. Locus maxima eſt propoſitio per ſe nota fidem alijs ſubminiſtrans, cujuſmodi eſt hæc; Cui non conuenit definitio non conuenit definitum. Locus differentia maximæ eſt receptaculum plurium maximarum, vt eſt locus definitionis ex quo ſupradicta maxima deſumpta eſt; item locus notationis, locus cauſarum, &c. Appellantur autem hujuſmodi loci, differentiæ maximarum quod diuerſis maximarum claſſibus diuerſam tribuant appellationem. Quæ enim maximæ in loco definitionis continentur, dicuntur à definitione, item quæ in loco authoritatis dicuntur ab authoritate, & ſic cæteræ, à ſuis quaſi receptaculis denominantur. De his igitur locis qui dicuntur differentiæ maximarum deinceps dicemus, & ſingulos ordine declarabimus, ſi prius monuerimus eorũ alios dici artificioſos, qui continent argumenta, ἔντεχνα, id eſt Artificioſa, Cicero propriè Inſita vocat, quæ arte quadam ex ipſa quæſtione propoſita eliciuntur: alios verò dici artis expertes, qui continent argumenta, *Quid ſit locus communis.* *Locus dupliciter dicitur apũd Logicos.* *Differentia maxima.* *Locorum genera duo.* *Loci artis expertes.*

Loci artificiosi aut sunt ipsius rei, aut eorum quæ ad rem sunt affecta.

ἄτεχνα, artis expertia, Cicero propriè vocat assumpta, seu remota, quæ non ex ipsa quæstione, sed extrinsecus assumuntur, dicuntúrque argumenta ab authoritate, eaque vel diuina, vt sunt oracula, vaticinia prophetarum, respõsa sacerdotum, sacræ literæ, Apostolicæ, & Ecclesiasticæ constitutiones, Patrum scripta, dicta, testimonia, vel humana, vt sunt tabulæ, codicilli, leges, edicta, Senatusconsulta, plebiscita, sapientum responsa, iusiurandum, testes, &c. Et quoniam non est opus plura dicere de locis artis expertibus, superest, vt de locis artificiosis tantùm dicamus. Et quoniam ejusmodi loci vel sunt ipsius rei cujus gratia assumitur argumentum, aut eorum quæ ad illam aliquo modo affecta sunt, quæ quidem aut illi conjuncta sunt, aut ab eadem disjuncta; hinc tribus sequentibus quæstionibus locos omnes artificiosos simúlque maximas, quæ in singulis continentur explicabimus.

Quinam sint loci ipsius rei ex qua desumitur argumentum.

QVAESTIO II.

Loci ipsius rei tres. Primus definitionis. Huius loci maxima,

TRes sunt ejusmodi loci, nempe, locus definitionis, descriptionis, notationis. Locus definitionis est, ex quo desumuntur argumenta à definitione subjecti, vel prædicati: vt si probes hominem esse disciplinæ capacem, quia est animal rationale, quæ est definitio subjecti, vel quia potest scientias addiscere, quæ est definitio prædicati. Sunt autem hujus loci sex maximæ seu communia pronunciata, nempe

1. *Quicquid conuenit definitioni, conuenit definito.*
2. *Quicquid non conuenit definitioni, non conuenit definito.*
3. *Cui tribuitur definitio, tribuitur definitum.*
4. *Cui non tribuitur definitio, non tribuitur definitum.*
5. *Si definitio conuenit definitioni, etiam definitum definito conuenit.*
6. *Si definitio non conuenit definitioni, nec etiam definitum definito conuenit.*

Secundus descriptionis.

Locus descriptionis est, vnde sumuntur argumenta à descriptione subjecti vel prædicati; qui locus tum maximè adeundus est, cùm non patet aditus ad locum definitionis.

Digitized by Google

tionis. Descriptio enim imperfecta rei definitio est; vt si probes hominem esse risibilem, quia substantia quædam est admirationis capax. Est autem hujus loci tractatio eadem atque superioris, eadémque communia pronuncia-ta mutato nomine definitionis in nomen descriptionis. *Huius loci maxima.*

Locus notationis dicitur, qui continet argumenta à notatione nominis, seu ab etymologia ac interpretatione vocis, vt si probes Iesum saluos nos fecisse, quia Iesus idem est ac Saluator: éstque hujus loci rarior vsus quàm duorum præcedentium, possunt tamen supradicta axiomata etiam hic tribui mutatis vocabulis. *Tertium Notationis.* *Huius loci maxima.*

Quinam sint loci coniunctorum.

QVAESTIO III.

LOci eorum quæ rei probandæ conjuncta sunt, decem omninò esse videntur, nempe conjugatorum, totius, partium, causarum, effectorum, antecedentium, consequentium, præcurrentium, concomitantium, subsequentium. *Loci coniunctorum decem.*

Locus conjugatorum ea continet argumenta quæ ex vocis ac significationis communione fiunt, vt si probes sapientem esse iustum, quia iustè agit. Ea autem vocabula dicuntur conjugata, inter quæ & significationis & vocis quædam est conjunctio, vt sunt ista vocabula, sapere, sapiens, sapienter, sapientia. Hujus loci duo sunt communia pronunciata. *Primus conjugatorum.* *Huius loci axiomata.*

Cum quo coharet vnum coniugatorum, coharent & reliqua.

Cum quo non coharet vnum, nec reliqua.

Locus totius ea continet argumenta quibus ex toto partes confirmantur aut refelluntur, aut etiam ex toto aliquid de partibus probatur aut negatur; vt si probes hominem constare capite, pectore, corde, cerebro, &c. quia constat corpore organico, quod ex istis partibus componitur; vel si probes hominem nobilissimis partibus, anima nempe & corpore constare, quia est animal quoddam nobilissimum. Et quoniam alio modo se habet totum compositum, siue essentiale, siue integrum, ad suas partes, alio verò modo totum vniuersale ad partes sibi subjectas, hinc diuersa sunt vtriusque pronunciata. Quod igitur *Secundus Totius.* *Huius loci maxima seu pronunciata.*

ſpectat ad vſum argumentandi ex toto compoſito ſeu integro, ſunt hæc duo pronunciata.

Poſito toto integro ponuntur omnes partes.

Sublato toto integro aliqua ſaltem pars tollitur.

Totidem quoque pronunciata ſpectant ad vſum argumentandi ex toto vniuerſali, nimirum iſta:

Poſito toto vniuerſali ponitur aliqua pars ſubiecta.

Sublato toto vniuerſali tolluntur omnes partes ſubiectæ.

Tertius Partium. Locus partium ea continet argumenta, quibus totum vel de toto aliquid demonſtratur per illius partes; vt ſi probes hominem eſſe præſtantiſſimum animal, quia conſtat nobiliſſimo corpore & anima. *Vnius loci maxima.* Et aliquod ædificium eſſe domum, quia conſtat fundamento, pariete & tecto. Et quoniam alio modo ſe habent partes integrantes ad totum vniuerſale, hinc diuerſa ſunt hujus loci axiomata, juxta diuerſa partium genera. Ad partes integrantes pertinent hæc duo pronunciata:

Poſitis omnibus partibus integrantibus ponitur totum.

Sublata quacunque parte integrante tollitur totum.

Ad partes verò ſubjectas pertinent iſta duo:

Poſita quacunque parte ponitur totum.

Sublatis omnibus partibus tollitur totum.

Quartus cauſarum. Locus cauſarum continet ea argumenta quæ ex quatuor generibus cauſarum ducuntur; nempe vel à cauſa efficiente, vt ſi probes præſtantiam operis ex artificis peritiâ, aut ſi probes lucem eſſe, eo quòd Sol fons lucis exiſtat; vel à cauſa finali, vt ſi dignitatem hominis ex eo commendes, quod ad finem præſtantiſſimum conditus ſit: vel cauſa materiali, vt ſi vilem noſtri corporis conditionem ex vilitate materiæ ex qua compactum eſt, oſtendas; vel denique à cauſa formali, vt ſi probes animalia præſtare cæteris rebus naturalibus, ex nobilitate formæ nempe animæ, quæ vitæ ſenſúſque principium continet.

Huius loci maxima. Sunt autem huius loci præcipua hæc pronunciata:

Poſita cauſa in potentia, ponitur effectus in potentia.

Poſita cauſa in actu, ponitur effectus in actu.

Qualis cauſa, talis vt plurimum ſuo modo eſt effectus.

Quintus effectorum. Locus effectorum ea continet argumenta, quibus aliquid de cauſa probatur per effectum. Cùm autem tot ſint

Digitized by Google

sint effectorum, quot causarum genera, hinc tot modis licet argumentari ab effectibus quot à causis. Ex effectibus ad causam efficientem ita licet argumentari. Omnia sũt à Deo ex nihilo procreata, Deus igitur est infinitæ potestatis. Ex effectu sic finem licet colligere. Rex parat arma & cogit exercitum, ergo bellum geretur. Ex effectu materiæ conditionem sic colliges: Vilis est conditio carnis nostræ, ergo vili materia constat. Denique ex effectu ad causam formalem sic licet argumentari, Musca vermes, & cætera eiusmodi animalcula sensu ac spontaneo motu à natura donata sunt, ergo & anima sentiente sunt prædita. Sunt autem eadem fermè huius loci axiomata quæ præcedentis, inuerso tamen terminorum ordine: verbi gratia, *Posito effectu in potentia, poni quoque causam in potentia, &c.* *Huius loci maxima.*

Loci duo sequuntur, Antecedentium nempe, & Consequentium: quorum vsum vt intelligas, aduerte antecedẽtium duo esse genera, totidémque consequentiũ. Antecedens vno modo dicitur res ex qua necessariò sequitur aliud, siue ordine attributionis, quo pacto iustitia est antecedens virtutis quę necessariò ac vniuersũ de iustitia prędicatur; siue ordine tẽporis, quo pacto vulnus in corde est antecedens mortis, quia necessariò mors breui cõsequetur. Alio verò modo antecedẽs dicitur res quæ necessariò danda est, si aliud dandum est; quo pacto adolescentia est antecedens iuuentutis, & fundamẽta ædificij; si enim infans futurus est iuuenis, necesse est vt priùs adolescat; itẽ si ædes futurę sunt, iacienda sunt ante fundamẽta. Consequens quoque duplex est, vel id quod necessariò ex antecedente prioris generis consequitur, vt virtus comparatione iustitiæ, & mors respectu vulneris in corde, vel id quod necessariò requirit antecedens, vt iuuẽtus adolescẽtiam, & ædificium fundamenta. Antecedentia & consequentia simpliciter, posterioris autem, antecedentia, & consequentia ex hypothesi. De antecedentibus & consequentibus simpliciter dantur hæc duo pronunciata. *Sextus Antecedentium & septimus Consequentium.* *Antecedens dupliciter accipitur.* 1. 2. *Consequens quoque duplex accipitur.* *De Antecedentibus & consequentibus posterioris modo maximæ.*

Posito antecedente necesse est poni consequens.

Sublato cõsequente necesse est vt tollatur antecedẽs.

Vt si ita quis argumentetur. Iustitia est virtus, ergo rationi consentanea. Iustitia non est rationi consentanea,

ergo nec virtus. Item, Habet vulnus in corde, ergo breui morietur, Non morietur breui, ergo non habet vulnus in corde.

De Antec. & conseq. posteriori modo maxima.

De antecedentibus & consequentibus ex hypothesi dantur hæc duo pronunciata.

Sublato antecedente necesse est tolli consequens.

Posito consequente necesse est poni antecedens.

Exempli causa, sic licet concludere. His infans non adolescet, ergo nec iuuenis erit: & è contra iuuenis erit, ergo & adolescens.

Sequuntur loci tres circunstantiarum seu adiũctorum, nempe præcurrentium, concomitantium, & subsequentiũ. Sic à præcurrentibus probatur aliquem perpetrasse homicidium, eo quòd paucis ante diebus mortem cæso minatus fuerit, quod cum amicis clam fuerit collocutus, quod de nocte domum exierit, & cætera. A concomitantibus verò, quod subinde sit auditus pedum, & armorum strepitus in domo eius qui occisus est, quòd etiam quidam clamor subauditus fuerit. Denique à subsequentibus, quod homicida ille postea latebras quæsierit, quod inuentus expalluerit, interrogatus titubauerit, & cætera. Horum autem locorum nulla certa sunt pronunciata, & si quæ sit in hoc vno generali, vtcumque possunt intelligi.

8. Præcurrentium.

9. Concomitantium

10. Subsequentium.

Horum locorum maxima.

Quales sunt circunstantiæ, talem verò simile est esse rem, quam circumstant.

Quinam sint loci disiunctorum.

QVAESTIO IV.

Loci disiunctorum sex septem.

LOci eiusmodi sunt omninò septem: nempe, Similiũ, Maiorum, Minorum, Parium, quæ Consentanea dicuntur, Dissimilium, Oppositorum, Repugnantium, quæ appellantur Dissentanea.

Primus Similium.

Primus igitur Cõsentaneorum locus dicitur similium, hoc est eorum quæ argumenti vim habent propter aliquam cum re proposita seu probanda similitudinem, vt si quis ita argumentetur: Corpus regitur oculis, ergo animus mente gubernandus est. Huc spectat totum genus exemplorum quod quartam argumentationis formam primo huius partis tractatu fecimus, siue propriè dicantur

tur exempla, siue parabolæ sint, vel apologi. Duo autem sunt præcipua huius loci pronunciata.

Quod in uno simile um valet, valet in cæteris,
Quod non valet in uno, nec in cæteris.

Sequuntur tres loci, nempe Maiorum, Minorum, & Parium. Maiora dicuntur, quæ maiorem habent probabilitatem, quàm ea propositio quæ probanda est, Minora quę minorem; Paria, quæ parem seu æqualem. Sic igitur à maiori poteris argumentati. Si in diuitiis adiuncta etiam potestate & honoribus non est summum bonum, quî fieri potest, vt in diuitiis hominis obscuri ac priuati situm sit: A minori verò sic: Si pro Christo contemnenda est vita? cur non pecunia? A pari sic; si virtus amplectenda est, vitia quoque sunt repudianda.

Huius loci maxima.
Secundus Maiorum.
Tertius Minorum.
Quartus Parium.
Horum locorum maxima.

Locus maiorum vtitur hoc axiomate,

Si id quod verosimilius videtur non est verum, nec id quod videtur verosimile verum erit.

Ex quo intelligis loci istius argumenta tantùm negatiuè concludere. Locus verò minorum isto nititur.

Si quod minus verosimile est verum est, & id etiam erit verum quod magis videtur verosimile.

Ex quo intelligis loci istius argumenta tantùm affirmatiuè concludere. Denique locus Parium isto nititur pronunciato.

Si data propositio vera est aut falsa, ea etiam quæ videtur æquè probabilis, vera erit aut falsa.

Ex quo patet huius loci argumenta, tam affirmatiuè quàm negatiuè concludere.

Post hæc ponuntur vltimò tres loci dissentaneorum, nempe Dissimilium, Oppositorum, & Repugnantiũ. Dissimilia sunt, quæ nullam inter se proportionem habẽt quatenus talia sunt. Sic autem licet à dissimili argumentari, Si iustus, quia iustus, laudandus est, iniustus reprehendendus erit. Vsus istius loci duplici axiomate nititur.

Quintus dissimilium.

Dissimilibus dissimilia conueniunt.
Quod uni dissimilium, quia dissimile est, conuenit, non conuenit alteri.

Huius loci maxima.

Oppositæ sunt, quæ sibi inuicem aliqua ratione opponuntur: quorum quatuor sunt genera (vt alibi sub finem tractatus de Categoriis docuimus) nempe Relata, Contraria, Priuantia, Contradicentia. Sunt autem de oppositis

Sextus oppositorum.
Huius loci generales maximæ.

Digitized by Google

duo generalia pronunciata: vnum, *De quocunque affirmatur alterum oppositorum, negatur reliquū*: Vt si Sophroniscus est pater Socratis, non potest esse eiusdem filius: Si Petrus est vir probus, non est improbus, &c. Alterum est; *Si alterum è duobus oppositis sequitur alterum è duobus aliis, reliquum sequetur reliquum: quod si posterius non sequitur posterius, nec prius sequetur prius*: vt cum virtus & vitium sint contraria, itemque laudandum & reprehendendum; omnis autem virtus sit laudanda, profectò omne vitium erit reprehendendum quod si hoc (nempe vitium) non esset reprehendendum, nec illa quoque (nempe virtus) esset laudanda.

Eiusdem loci speculatio maxima.

Si verò de oppositis in specie sermo sit: Relatorum hæc sunt pronunciata. *Relata mutuò se ponunt tollúntque: Relata simul cognoscuntur aut ignorantur.* Contrariorum verò hæc duo sunt peculiaria pronunciata: *Illud non est in aliquo, quo posito sequitur duo contraria simul esse: Illud non est in aliquo cuius oppositum in eodem esse non potest.* Denique priuantium & contradicentium istud est axioma peculiare: *Ex duobus priuatiuè vel contradictoriè oppositis, si alterum non conuenit, alterum conuenire necesse est, & è contra.*

Septimus repugnantium.

Repugnantia hoc loco dicuntur quæ ita diuersa sunt, vt non sint opposita, & vulgò dicuntur disparata; cuiusmodi sunt species diuersæ, quæ sub eodem genere continẽtur, quare vna nequit esse altera, neque tamen vllo genere oppositionis opponuntur, verbi gratia, homo & bellua, quæ sub eodem genere animalis continentur. Nititur

Huius loci maxima.

iste locus duobus his pronunciatis: vnum est, *Cui conuenit vnum ex repugnantibus, eidem non conuenit alterum, vel reliqua.* Posterius est, *Si repugnantia sunt immediata in aliquo genere cui conuenit alterum vel omnia præter vnum, eidem conuenit alterum vel reliquum*: vt fœtus in vtero mulieris antequam fiat homo, viuit, nec tamen est planta, necessariò igitur est animal. Et hi sunt omnes loci communes, & communia singulorum locorum axiomata, ex quibus rei cuiusque probandæ argumenta erui solent. Et quidem de istis, atque adeò de Dialectico Syllogismo satis.

TERTIA

TERTIA DISPVTATIO huius tractatus.

De Syllogismo sophistico.

Quid, & quotuplex sit Syllogismus Sophisticus.

QVAESTIO I.

SYllogismus Sophisticus siue ratiocinatio captiosa tribus modis definiri potest. Primò quidem ratione materiæ ex qua constat; hoc modo, Ratiocinatio constans propositionibus nullius, sed apparentis duntaxat veritatis. Secundò ratione formæ præsertim, hoc modo, Ratiocinatio quæ videtur necessariò vel probabiliter concludere, nec tamen concludit. Tertiò ratione finis quò spectat, hoc modo, Ratiocinatio inducens in errorem aut falsam opinionem. Est autem captiosus syllogismus duplex: alter dicitur Pseudographus, qui constat propositionibus quæ videntur necessariæ, cùm tamen falsæ sint; opponitúrque demonstratiuo syllogismo quem videtur imitari; procedítque vt plurimùm ex principijs alicujus scientiæ perperam intellectis: cujusmodi est hæc ratiocinatio, quæ videtur esse demonstratio Geometrica:

Syllogismus Sophisticus definitio triplex.

1.

2.

3.

Syllogismus captiosus duplex.

Pseudographus.

Omnes lineæ ductæ à puncto ad punctũ sunt æquales.
Sed linea recta & obliqua possunt duci ab eodem puncto ad idem punctum.
Ergo linea recta & obliqua possunt esse æquales.

Alter verò generico nomine dicitur sophisticus qui constat propositionibus, quæ videntur probabiles, cùm tamen non sint, opponitúrque syllogismo Dialectico, quem videtur imitari; procediturque ex communibus quibusdam sophistarum locis, de quibus postea, definitúrque propriè, Ratiocinatio quæ ex probabilibus aut ex ijs quæ videntur colligere, nec colligit: quæ definitio complectitur etiam illas sophisticas ratiocinationes quæ ratione solius formæ captiosæ sunt.

2. *Sophisticus.*

Notandum igitur est triplicem esse posterioris hujus generis syllogismum: Aut enim peccat in materia, non verò in forma; aut in forma, non verò in materia; aut denique in vtraque.

Syllogismus sophisticus triplex.

Digitized by Google

Exemplum primi istud est: Quidquid non amisisti habes: Thesaurum non amisisti: Ergo, thesaurum habes. Hæc enim captio in hoc solùm peccat, quòd major propositio videtur probabilis, nec est. Exemplum secundi istud est; Veritas odium parit: Quoddam mendacium parit odium, Quoddam igitur mendacium est veritas: Peccat enim in hoc quòd consecutio non sit legitima, & si primo aspectu talis esse videatur, quippe constat hic syllogismus ex duabus præmissis affirmantibus in secunda figura.

Denique exemplum tertij hoc est: Quicquid non amisisti, habes: Hunc librum (quem scilicet cum ante amisisses, nunc inuenisti) habes: Hunc igitur librum non amisisti. Hæc enim ratiocinatio nec majorem habet probabilem, nec aptam habet concludendi formam, cùm sit ex duabus præmissis affirmantibus in secunda figura.

In captiosis rationibus præsertim considerandæ sunt.

Porrò in istis Sophistarum captiosis argumentationibus duo præsertim considerandæ sunt. Primùm occurrunt loci vnde Sophistæ sua eruunt argumenta: deinde fines ad quos spectant omnes illorum captiones. De locis igitur primùm, deinde de finibus dicemus. Et quia locorum alij in verbis siue in dictione, alij in rebus seu extra dictionem positi sunt; de illis primùm, deinde de his quærendum est.

Quinam sint loci sophistici syllogismi in verbis.

QVAESTIO II.

Sophistarum loci in dictione 6. ad totidem fallacias.

LOci ejusmodi sex vulgò assignantur, nempe Æquiuocationis, Ambiguitatis, Compositionis, Diuisionis, Accentus, & Figuræ dictionis, vnde totidem sunt captiosæ ratiocinationes seu fallaciæ sophistarum, nempe ab Æquiuocatione, Ambiguitate, &c.

Prima ab æquiuocatione.

Fallacia ab Æquiuocatione, seu ab homonymia, alicujus vocabuli ambiguitate nititur, cujusmodi est hæc:

Quod est inuestigabile potest inuestigari.
Sed viæ Dei sunt inuestigabiles, Rom. 11.
Ergo viæ Dei possunt inuestigari.

Latet enim æquiuocatio seu homonymia in vocabulo isto (inuestigabile) cujus est duplex eaque opposita significatio.

Falla-

Fallacia ambiguitatis seu Amphibologiæ, non vnius vocabuli, sed orationis ambiguitate nititur, cuiusmodi est hæc: *Secunda amphibologia.*

Pecunia quæ est Cæsaris possidetur à Cæsare,
Hæc pecunia est Cæsaris,
Ergo hæc pecunia possidetur à Cæsare.

Ambiguitas enim seu amphibologia posita est in ambiguo ac multiplici sensu huius orationis scilicet, pecuniâ est Cæsaris.

Fallacia compositionis est, cùm ex eo quod secundum sensum diuisum verum est, deducitur aliud in sensu compositio falsum, vt patet in hoc sophismate: *Tertia compositionis.*

Quicunque est bonus & Dialecticus, similiter est bonus Dialecticus,
Sed Petrus est bonus & Dialecticus.
Ergo Petrus est bonus Dialecticus.

Similis est hæc fallacia:

Cæci vident,
Sed qui carent visu sunt cæci,
Ergo qui carent visu, vident.

Hæc enim præpositio (Cæci vident) est quidem falsa in sensu compositio, est autem vera in sensu diuiso, in quo sensu debet accipi, id est, qui antea erant cæci, nunc restituto visu vident.

Fallacia diuisionis è contra fit, cùm ex eo quod secundum sensum compositum verum est, deducitur aliud in sensu diuiso falsum, vt in hoc sophismate: *Quarta diuisionis.*

Quicunque est bonus philosophus, similiter est bonus & philosophus.
Sed Aristoteles fuit bonus philosophus.
Ergo Aristoteles fuit bonus & philosophus.

Similiter est hæc fallacia:

Quisquis nunc natus verè dicitur, is hac hora natus est,
Sed Christus nunc verè natus ex virgine dicitur,
Ergo Christus hac hora ex virginine natus est.

Fallacia accentus nascitur ex varietate accẽtus, id est, modi pronũciandi: vt ista ratione accentus, propriè dicti. *Quinta actus.*

Qui leporem venatur plurima lustrat loca.
Tu verò domi sedens inter confabulandum leporem venaris.

Ergo tu domi ſedens plurima luſtras loca:

Huc etiam ſpectat captio ratione quantitatis ambiguæ vocabulorum, vt hæc:

Quicquid edis deuoras,
Sed librum edis, id eſt, in lucem emittis.
Ergo librum deuoras.

Eodem pertinet captio ratione ſpiritus ſeu aſpirationis; vt ſi dicas:

Nulli omni eſt adhibenda fides.
Sed alicui homini credendum eſt,
Ergo alicui credendum eſt, cui non eſt adhibenda fides.

Sexta, figura dictionis. Fallacia figuræ dictionis oritur ex figura ſeu ſimilitudine dictionis ſimplicis vel compoſitæ, cùm alia, propter quam ſimilitudinem videtur ei aliquid tribuendum quod verè tribuendum non eſt: vt ſi quis inferat Poëtæ nomen eſſe fœminini generis, eo quod alia vocabula eiuſdem terminationis, ac declinationis ſunt eiuſdem generis. Sed hæc de fallacijs in dictione ſatis, iam in ijs diutius ſuperfluum.

Quinam ſint loci communes Sophiſtarum in rebus.

QVAESTIO. III.

Loci Sophiſtarum in rebus ſeptem fallacia. LOci ejuſmodi ſunt ſeptem: Primus locus dicitur Accidentis. Secundus ejus quod dicitur ſimpliciter & ſecundùm quid. Tertius, Ignorationis elenchi. Quartus Conſequentis. Quintus, Petitionis principij. Sextus, Non cauſæ vt cauſæ. Septimus, Multiplicis interrogationis: vnde totidem exiſtunt fallaciarum genera, nempe fallacia ab accidente, à dicto ſimpliter ad dictum ſecundùm quid, & è contra, ab ignoratione elenchi, & cæteræ quæ omnes ſigillatim exponendæ ſunt.

Prima fallacia accidentis. Fallacia accidentis eſt, cùm id quod accidentariò de attributo dicitur aut non dicitur, exiſtimatur etiam conuenire, aut non conuenire ſubjecto: vt ſi quia animal accidentariò conuenit eſſe genus, idem exiſtimes conuenire homini, cujus eſſentiale prædicatum eſt animal; ideoque ſic argumenteris:

Animal eſt genus.
Sed homo eſt animal,
Ergo homo eſt genus.

Fal-

Fallacia ſequens duplex eſt : altera à dicto ſecundùm quid ad dictum ſimpliciter, cùm ex eo quod adhibita cõditione dicitur , aliquid ſimpliciter & abſolutè dictum concluditur , vt in hoc ſophiſmate: *Secunda fallacia dicti ſimpliciter & ſecundum quid.*

Arma non ſunt reſtituenda domino furioſo,
Ergo arma non ſunt reſtituenda domino.

Altera eſt à dicto ſimpliciter ad dictum ſecũdum quid, cùm ex eo quod ſimpliciter dicitur , aliud conditionale concluditur, vt ſi dicas:

Arma reſtituenda ſunt domino.
Ergo ſunt reſtituenda domino furioſo.

Fallacia ignorationis Elenchi fit prætermiſſione conditionum elenchi Dialectici. Quod vt intelligas, aduerte Elenchum eum eſſe Syllogiſmum, in quo contradictoria propoſitio alicuius alterius conceſſæ concluditur , adeò vt ſi hanc concedat aduerſarius , cogatur admittere duo cuntradictoria eſſe vera: Exempli gratia, ſi quis aſſerat aliquod animal eſſe immortale , poterit hoc elencho redargui: *Tertia, ignorationi elenchi.*

Nullum corpus mixtum eſt immortale,
Sed omne animal eſt corpus mixtum,
Ergo nullum animal eſt immortale.

Quam concluſionem ſi vi argumenti reſpondens conceſſerit, ſic arguens poterit inferre. Ergo ex conceſſis aliquod animal erit immortale, & ſimul, nullum animal erit immortale; quod eſt impoſſibile. Si igitur Sophiſta dum philoſophũ Elencho redarguẽtem vult imitari, nõ obſeruet leges veræ & legitimæ contradictionis, ſicque reſpõdentem imperitum rerum dialecticarũ ad anguſtias redigat, tunc dicetur decipere ex ignoratione Elenchi: verbi gratia, ſi ex eo quod aliquis cõceſſerit numerũ ternariũ, excedere binariũ, & nõ excedere quaternarium, Sophiſta inferat admiſsã eſſe contradictionem , nempe numerum excedere & non excedere , hæc enim videntur contradictnria) malè infert: neque enim iſta verè ſunt contradictoria. Nam contradictoria debent eſſe ad idem ſecũdùm idem, eodem modo, & eodem tempore; quod ſi aliqua ex his conditionibus deſit , tunc non erit oppoſitio propriè contradictoria. *Quarta cũ ſequentia.*

Fallacia conſequentis eſt , cùm ex oppoſito antecedentis colligitur oppoſitũ conſequentis, hoc enim legiti-

mè non poteſt concludi, vt ſi quis ita colligat:

Si ignis eſt, calor eſt,
Ergo ſi ignis non eſt, calor non eſt.

Quinta, petitionis principij. Fallacia petitionis principij, cùm ad probationem rei ignotæ ſumitur aliud æquè ignotum, vt ſi probes ſingulos homines eſſe iuſtos, quia omnis homo ſit iuſtus.

Sexta à non cauſa vt cauſa. Fallacia à non cauſa vt cauſa, committitur, cùm id pro cauſa rei alicuius ſumitur, quod verè non eſt illius cauſa: vt ſi quis argumentaretur ſic:

Candidum eſt diſgregatiuum viſus,
Sed paries eſt candidus.
Ergo paries eſt quid diſgregatiuum viſus.

Si igitur ex hoc quis colligeret parietem quatenus talem, eſſe diſgregatiuum viſus, malè colligitur. Contingit autem ſæpius hæc fallacia, cùm cõcluſionis alicuius falſitas, quę prouenit ex aliqua præmiſſarum falſa, tribuitur alteri veræ: Exemplum ſophiſmatis iſtud eſt, Si nullum tempus eſſet, nox non eſſet; ſi nox non eſſet, dies eſſet: ſi dies eſſet, aliquod tempus eſſet: Igitur ſi nullum tempus eſſet, aliquod tempus eſſet. Vnde malè colliget Sophiſta primam illam propoſitionem, ſi nullum tempus eſſet, nox non eſſet, falſam eſſe: non enim prima illa propoſitio, ſed ſecunda eſt cauſa eius abſurditatis quæ cernitur in prædicta concluſione.

Septima multiplicis interrogationis. Extrema captio ſeu fallacia eſt multiplicis interrogationis per modum vnius. Cùm Sophiſta vult quæſtioni multiplici, vnica reſponſione ſatisfieri, cui nonniſi multiplici reſponſione ſatisfieri poteſt: vt ſi petat Sophiſta, Homo & leo ſunt-ne animal rationale? eſt enim hæc multiplex interrogatio, quæ tamen per modum vnius proponitur. Quod ſi vnica reſponſione dicas eſſe ſtatim inferet leonem eſſe animal rationale: Si verò non eſſe reſpondens, concludet hominem non eſſe animal rationale. Et quidem hæ ſunt præcipuæ captiones ſeu fallaciæ, quibus iuxta varios argumentorum locos, vtuntur Sophiſtæ, ſuperſunt eorum fines detegendi, ad quos omnes iſtiuſmodi argutiæ collimant.

Qui-

Quinam sint fines Sophistarum.

QVAESTIO IV.

FInes seu metæ ad quas Sophistæ respondentem redigere conantur, quinque sunt præcipuæ: videlicet Redargutio, falsum, paradoxum, solœcismus, nugatio. *Fines Sophistarum quinque.*

Contingit Redargutio quotiescunque respondens cogitur in eadem disputatione admittere contradictorium eius quod antea concesserat propter argumenti fallaciã: & quidem eiusmodi syllogismus fallaciter inferens contradictorium propositionis concessæ dicitur Sophisticus Elenchus: verbi gratia, si quis naturali ratione & experientiâ ductus Sophistæ concesserit dormientes non videre, cum tamen fateatur dormientes habere visum seu oculos, sic arguet Sophista: *Primus Redargutio.*

Quisquis habet visum videt.
Atqui dormientes habent visum,
Dormientes igitur vident.

Falsum istud, est finis Sophistæ quod ab omnibus præsertim iis qui sophistæ altercationi interfunt pro absurdo ducitur ad quos Sophista hoc argumento respondentem adigere conabitur. *Secundum falsum.*

Homo habet quod non amisit:
Sed homo non amisit alas,
Ergo homo habet alas.

Paradoxum seu inopinabile hoc loco censetur id quod est contra opinionem eorum qui sophistæ contensiosam disputationem accusantur, in quod Sophista respondentem protrudere conatur, vt saltem apud astantes victoriam de illo reportasse videatur: vt si coram rusticis vel quibuslibet rerum astronomicarum imperitis respondẽtem cogeret admittere Solem esse maiorem tota terra: aut si coram auaris & lucri cupidis, diuites omnium esse miserrimos conuinceret. *Tertium paradoxum.*

Solœcismus est vitium in orationis contextu ad quod respondentem hoc pacto conabitur adigere Sophista. *Quartus Solœcismus.*

Omnis homo est cupidus scientiarum,
Sed omnis mulier est homo,
Ergo omnis mulier est cupidus scientiarum.

Negatio est eiusdem rei inutilis repetitio ad quam Sophista compellit respondentem, vt aliis ridiculus videatur, vt in hoc sophismate: *Quintus Nugatio.*

Digitized by Google

Omne simum est nasus simus,
Sed aliquis nasus est simus:
Ergo aliquis nasus est simus.

Et hi sunt fines præcipui ad quos olim Sophistæ suas cauillationes referebant, authore Aristot. lib. 1. Elenchorum. Nunc quibus remediis occurrendum sit illis captionibus videamus.

Quonam pacto occurrendum sit Sophistarum captionibus.

QVAESTIO V.

Quadam adhibita distinctione soluuntur. Quadam negatione consequentiæ.

SOphismata, si ex æquiuocatione, ambiguitate, compositione, diuisione, aut accentu ducta fuerint (quoniã hæc omnia multiplici sensu vnius aut plurium propositionum peccant) distinctione multiplicis orationis soluenda sunt. Si autem Sophisma fuerit ex figura dictionis, aut ex accidente, aut ex dicto simpliciter, vel secundum quid, aut ex consequente, aut ex non causa vt causa; sumptionibus admissis consequentiæ eludendæ erunt.

Quomodo soluenda sophismata ignorationis Elenchi. Petitionis principij. Multiplicis interrogationis.

Iam Sophismata ignorationis elenchi, negatione contradictionis dissoluenda sunt. Sophisma quoque petitionis principij negata sumptione in qua principium petitur, etsi probabilis videatur, soluendum erit. Denique fallaciam multiplicis interrogationis solues, si tot responsiones interrogationi reddideris, quot in ea implicitæ sunt. Sicque dissolutis captionum sophistarum laqueis, in ipsorum metas seu fines quasi in quædã præcipitia protrahi nequaquam poteris. Sed hæc non tantùm de Sophistico, verùm etiam de omni syllogismo satis. Atque adeò primæ huic philosophicæ Summæ parti finis feliciter ad maiorem Dei & Christi honoseu imponatur.

DEO LAVS.

INDEX

INDEX ALPHABETICVS

rerum quæ in hac prima Philosophiæ parte de rebus Dialecticis continentur, vbi numerus paginam indicat.

A.

ABstractvs terminus quid 24
Abstractio quid & quotuplex 32
Absolutus terminus quid 24
Accidentis quadruplex acceptio 52
Accidentis duplex consideratio in abstracto & concreto ibid.
Accidentis definitio vt vniuersale ibid.
Accidentis definitio qua dicitur adesse vel abesse posse sine subjecti interitu, explicatur ibid.
Accidentis inseparabilis & proprij differentiæ 53
Accidens non est genus vniuocum respectu nouem accidentium 58
Accidentia concreta non possunt accuratè definiri 108
Actionis definitio, duę proprietates, & multiplex diuisio 93
Actionis à passione differentia ibid.
Actio mentis recta rectificanda, & rectificata 8
Accidens in abstracto respectu suorum inferiorum habet rationem primi vel secundi prædicabilis, in concreto verò quinti. 37
Æquiuocus terminus quid 19
Æquiuocus terminus duplex à casu & consilio 21
Æquipollentia propositionum quid 124
Analogus terminus quid 22
Analoga quæ dicantur ibid.
Analogus terminus duplex secundùm attributionem & secundùm proportionalitatem 22
Analoga, & analogus terminus quomodo differant 22
Analogum analogans, & analogum analogatum quid. ibid.
Angeli sub categoria substantiæ continentur 69
Antecedentis duplex acceptio 172

Digitized by Google

Apologus quid 134
Argumentantis officium 134
Argumentationis definitio,& quadripartita diuisio. 134. & seq.
Argumentatio cur appelletur instrumentum disserẽdi 14
Artis triplex acceptio 4
Artis generalis definitio. ibid.

C.

CAtegoria quid 23
Categoriæ nomen quid significat 25
Categoriæ definitio ibid.
Categoricus terminus quid 23
Categorici termini in genere decem ibid.
Categorematicus terminus quid,& quotuplex ibid.
Categoriarum series duplex,directa & inditecta, directa dupliciter constituitur per diuisionem & compositionem 58
Categorias 10.esse dupliciter colligitur.54. vt in Categoriæ serie per se ac directè aliquid collocetur quinque conditiones requiruntur 61
Causa conclusionis duplex, realis & cognitionis 157
Cœli sub categoria substantiæ continentur 69
Concretus terminus quid & quotuplex 23.& 24
Connotatiuus terminus quid & quotuplex 24
Connotatiuus terminus vnde sic dictus. ibid.
Contrarietatis oppositio,quæ 102
Contradictoriè opposita sunt maximè opposita 103
Contradictionis oppositio duplex, simplex & complexa, ibid.
Conuersio propositionis quid,estque duplex,simplex,& accidens 124
Consequentiæ duplex acceptio,definitio,& multiplex diuisio 135
Consequentis duplex acceptio ibid.
Consecutionis legitimæ nouem regulæ. 130

D.

DEum nullius categoriæ ambitu contineri probatur. 66
Definitio quid,estque duplex, accurata & minus accurata 105

Definitio accurata duplex, Metaphysica & Physica 104
Definitionis essentialis partes sumuntur ex toto composito 106
Definitio essentialis partes physicæ realiter differunt, Metaphysicæ verò ratione tantùm 106
Definitionis essentialis partes inuestigantur diuisione & compositione 108
Definitione accurata quæ explicentur 109
Definitionis quatuor proprietates totidéque regulæ 108
Definitio cur appelletur instrumentum differendi 13
Definitio quomodo præcedat argumentationem, & sit instrumentum sciendi 15
Definitio quomodo integrā naturę rationem significet 40
Demonstratio cur proprie instrumentum sciendi 15
Demonstrationis duplex definitio 151
Demonstratio secundùm Aristotelem duplex, quia, & propter quid: vtriusque inter se differentia 152. 153
Demonstrationum propter quid quæ potissima 152
Demonstrationis multiplex diuisio 153
Demonstrationis principia quæ sint, eorúmque conditiones ibid.
Descriptio duplex 106
Dialectica qualis sit 1
Dialectica cur sic dicta 4
Dialecticam esse scientiam probatur 6
Dialectica duplex, docens & vtens ibid.
Dialectica docens qualis ibid.
Dialectica vtens qualis ibid.
Dialectica cur ab Aristotele dicatur facultas ibid.
Dialecticæ obiectum quodnam sit 6
Dialecticæ obiectum formatum & formale quale 8
Dialecticam & organicam & practicam esse probatur 8
Dialecticæ fines qui sint 9
Dialectica duplex, naturalis, & artificialis 10
Dialectica artificialis quomodo necessaria ad reliquas scientias 11
Dialecticæ multiplex diuisio 12
Differentia quomodo integram naturæ rationem significet 40
Differentia triplex, communis, propria, & maximè propria 45

Digitized by Google

Differentiæ maximè propriæ tres proprietates, quinque descriptiones iuxta Porphyrium, ejúsque definitio, vt est quid vniuersale,& vt prædicabile 45
Differentia cur prædicetur in quale quid 47
Differentia cum genere comparata vel ipsum contrahit, vel diuidit, cum specie comparata ipsam constituit, de ipsa propriè & per se præcicatur 46
Differentia superior non est de conceptu formali inferioris,nec de illa per se prædicatur 47
Differentiæ idem genus diuidentes, oppositáque species constituentes quomodo opponantur ibid.
Dispositionis triplex acceptio,ejúsque multiplex diuisio 81
Diuisio cur appelletur instrumentum differendi 14
Diuisio quomodo præcedat Definitionem, & sit instrumentum sciendi 14 & 15
Diuisionis definitio 130
Diuisio tum per se, cùm per accidens considerata est triplex ibid.
Diuisionis quatuor regulæ 131
Docentis officium. 119

E.

Elenchus quid 179
Enthymema quid 135
Ens non est genus synonymũ respectu 10. categoriarũ 58
Entium quadripartita diuisio 59
Enunciationis tria principia,scilicet subjectum, attributum,& copula 111
Enunciationis definitio 113
Enunciationis veritas & falsitas vnde sumatur 114
Enunciationes quæ fiunt de futuro in materia cõtingenti,non sunt determinatæ veritatis aut falsitatis 117
Enunciationis essentialis diuisio in affirmantem & negantem vnde petatur ibid.
Enunciationis multiplex diuisio accidentaria sumitur ex materia & forma 117
Ex parte materiæ & formæ multiplex diuisio.118.& seq.
Enunciatio modalis quadruplex 122
Enunciationi modali duæ negantes opponũtur de modo scili-

ſcilicet & ſubiecto ibid.
Enunciationum proprietates abſolutæ duæ, quantitas,& qualitas, reſpectiuæ verò tres, oppoſitio, conuerſio & æquipollentia. 122
Enunciationis oppoſitio quæ ſit ibid.
Enunciationum oppoſitarum quatuor genera ibid.
Ethica qualis 2
Exempli definitio,& bipartita diuiſio. 134

F.

FAlſitas in quibus reperiatur 114
Falſitatis definitio ibid.
Fidei duplex habitus,infuſus & acquiſitus 159
Fides duobus principiis nititur ibid.
Formæ & figuræ,vt ſunt ſpecies qualitatis origo, diuiſio, & à quantitate diſtinctio. 83

G.

GEneris duplex acceptio 36
Genus duplex,ſupremum & ſubalternum ibid.
Generis duplex definitio ibid.
Genus vt genus prædicatur etiam de indiuiduis.37. vnica relatione ſpeciem ſimul & indiuidua reſpicit ibid.
ſumptum materialiter non formaliter in vnica ſpecie conſeruatur 38
Quomodo contineat ſubiectas ſpecies,& differentias inferiores 40
Quomodo integram naturæ rationem ſignificet ibid.
Quomodo prædicetur de ſpeciebus,& differentiis. ibid.

H.

HAbitus triplex acceptio,eiuſq; multiplex diuiſio 79
Habere,vt eſt categ.definitio,diuiſio,& proprietates 142
Heteronyma quæ dicantur 21
Hypotheticus ſyllogiſmus quid 149
triplex,conditionalis,copulatiuus,diſiunctiuus ibid.
Hypothetici ſyllogiſmi conditionalis figura duplex & modi quatuor ibid.

Digitized by Google

Hypothetici ſyllogiſmi copulatiui quales 150
Hypothetici ſyllogiſmi diſiunctiui, duæ figuræ & tres modi 151
Homonymorum definitio. 20

L.

Indiuidui ratione nominis, & prout eſt ſubſtantiale, aut accidentale, deſcriptio 43
Inndiuiduum formaliter ſumptum, de multis accidentariò enunciatur 44
Indiuiduum duplex ibid.
Indiuiduum determinatum triplex ibid.
Inuiduum vagum non eſt vniuerſale niſi ratione vocis ſeu termini 44
Indiuidua ponuntur directè in categ. ſubſtantiæ 67
Inductio quid 134
Ideæ ſeu formæ reales à particularibus ſeparatæ cur à Platone admiſſæ 27
Intelligentiæ qui eſt habitus mentis, definitio, bipartita diuiſio, & quorum principiorum ſit notitia. 160

L.

Lineæ definitio 74
Logica cur ſic dicta 4
Locus non eſt ſpecies quantitatis 77
Locus cõmunis argumentationis, quid, & quotuplex 167
Locus differentia maximè cur ſic nominetur, eiúſque diuiſio ibid.
Loci artificioſi ipſius rei ſunt tres: eorúmq; maximæ 168
Loci coniunctorum decem eorúmque axiomata 169
diſiunctorum ſeptem, eorúmque axiomata 178

M.

Mathematica ſcientia qualis ſit 2
Mathematicæ obiectum quale 162
Mathematicæ multiplex diuiſio vnde ſumatur ibid.
Mentis operatio quid & quotuplex 13
Mētis ſimplex operatio quomodo à Dialect. dirigatur 14
Mentis ſimplex operatio duplex, confuſa & diſtincta 16

Digitized by Google

Mens humana triplici cognitionis gradu in perfectam rerum notitiam consurgit 13
Medius terminus comparatione alicuius extremi aut est antecedens, aut consequens, aut repugnans 137
Medij termini cum vtroque termino, comparati varia & multiplex assignatio, iuxta multiplicem conclusionis qualitatem 137.138
Metaphysica scientia qualis 2
Metaphysicæ obiectum quale 162
Methodi nominis duplex acceptio 125
Methodus quid, eiusque vtilitates 125.126
Methodus quotuplex 126.& 127
Methodus definitiua quomodo fiat 128
Motus vt species quantitatis definitio. 75

N.

NAturalis facultas seu potentia, & imbecillitas seu impotentia quid significent, vt sunt qualitatis species quomodo ab habitu & dispositione differant, earumque multiplex diuisio 81
Negatiuus terminus quid 18
Nominis definitio 112
Notius dupliciter dicitur, natura, & nobis 156
Numerus neque formaliter, neque materialiter sumptus, est species quantitatis. 74

O.

OBiectum Dialecticæ qaule 6
Obiectum formatum & formale 8
Oppositionis definitio, & quadripart. diuisio 103.& 104
Orationis simplicis definitio & multiplex diuisio 113
Oratio quomodo sit species quantitatis. 77

O.

PArabola quid 155
Particularis terminus quid 17
Paronymorum descriptio 25
Passionis definitio, duæ proprietates, & mukiplex diuisio 93.& seq.

Digitized by Google

Passionis ab actione differentia 93
Philosophiæ etymologia & definitio 1
Philosophiæ origo & reparatio 1. & 2. diuisio 2
Philosophiæ theoretica & practica quid, & vtriusque diuisio ibid.
Polyonyma quę dicantur 21
Positiuus terminus quid 18
πρᾶξις nomen quomodo actionibus mẽtis attribuatur 9
Prænotio quid, & quotuplex 154
Præcognita quæ, & quot sint ibid.
Propositio quæ verè necessaria 157
Propositionis veritas sempiterna vnde pendeat 158
Probabilia quæ dicantur 167
Priuatiua oppositio quæ 103
Prophetarum prædictiones de futuris contingentibus & liberis cur erant determinatæ veritatis 114
Proprij ab accidente inseparabili, differentia 53.54
Proprij quadruplex acceptio 49
Proprium maximè duplex, generi cum & specificum 50
Proprij vt vniuersale & prædicabile definitio ibid.
Proprietatum duplex consideratio 51
Proprietates quæ sint intensionis & remissionis capaces, & quæ à subiectis separabiles, vel inseparabiles. ibid.

Q.

QVantitatis ratio in quo posita sit 72
Quantitatis definitio 74
Quãtitas realiter distinguitur à substãtia corporea. ibid.
Quantitatis permanentis & successiuæ quæ sint species 75.
Quantitas genus analogum respectu quantitatis successiuæ & continuæ ibid.
Quantitatis tres proprietates 75. multiplex diuisio ibid.
Qualitatis duæ descriptiones 77.78
quatuor species esse probatur 78
Qualitates patibiles & passiones cur ita appellentur, & quomodo à naturali facultate differant 82
Qualitatis proprietates 83
Quando quid significet, quomodo definiatur, diuidatur, eiusque proprietates 96

Digitized by Google

R.

Regulæ duæ anteprædicamentales 63
Relationes generaliſſimè ſumptæ,& categoricæ deſcriptiones 86
Relatio categorica tria deſiderat ibid.
Relationis fundamentum duplex, remotum & proximum 87
Relationes categoricæ cur poſitiuæ reales 86
Relatio Dei ad creaturas non eſt realis 87
Relationum fundamenta proxima tria ibid.
Relationis terminus pertinet quidem ad ejus eſſentiam, ſed non eſt de ejus eſſentia 88
Relatso refertur ad terminum tanquam ad aliquid abſolutum ibid,
Relatum multiplici relatione refertur ad plures terminos 91
Relatorum quinque proprietates 90
Relationum multiplex diuiſio 92
Relatiua oppoſitio qualis ſit ibid.
Reſpondentis officia. 129

S.

Sapientiæ multiplex acceptio 160
Scientiæ triplex acceptio 5
in Scientiæ alicuius objecto duo ſpectanda 6
Scientiarum conſideratio 11
ad Scientias comparandas duo neceſſaria ibid.
Scientiæ generalis acceptio 158
Scientiæ habitualis ſimplicis definitio. 157.cauſę ibid.
Scientia, fides, & opinio de eadem re poſſunt haberi, ſed per diuerſa media 159
Scientiæ principia duplicis generis 161
Scientia multiplex,habitualis quid,ejúſque objecti totalis nouem conditiones,itémque vnde ejus vnitas & diſtinctio ſumatur 161.162
Scientiarum theoreticarum tripartita diuiſio vnde ſumatur 162. 163
Scientiarum ordo inter ſe & ſubalternatio 163
Significare quid 17
Signum quid,& quotuplex ibid.
Situs duplex acceptio,duæ proprietates,& diuiſio 99

Digitized by Google

Scire quia, propter quid 153
Sophystici syllogismi definitio, & tripartita diuisio 175
Sophistici Syllogismi in verbis loci sex 176. in rebus loci septem 178
Sophistarum fines quinque 181
Sophisticis syllogismis quomodo occurrendum 182
Species quomodo in vnico indiuiduo conseruetur 38
Species quomodo integram naturæ rationem significet 41
Speciei triplex descriptio ibid.
Species duplex vtriusque speciei ratio communis & propria. 42. infima qua ratione constituantur species, & qua ratione constituatur infima ibid.
Subjectum duplex, attributionis & inhæsionis 62
Substantiæ definitio 64. secundæ quomodo subsistant. 64. & 65. diuisio in primam & secundam ibid.
Substãtia prima cur maximè propriè dicatur substãtia 64
Substantia vnde dicta 65
Substantiæ primæ quomodo in secundis, & secundæ in primis ibid.
Substantiæ 6. proprietates 67. multiplex diuisio 69
Superficiei definitio 75
Supertranscendens terminus quid 23
Subalternatio scientiæ quid 165
Subalternatio duplex secundùm partem & secundùm totum ibi. triplici ratione constituitur, & quænam sit legitima ibid.
Syllogismi definitio. 135. principia 136
Syllogismi consequentiarum sex regulæ 140. & seqq.
Syllogisticæ figuræ simplicis definitio, & tripartita diuisio 143
Syllogisticarum figurarum simplicium regulæ 144
Syllogistici modi simplicis definitio & diuisio ibid.
Syllogisticus modus directus & indirectus 145
Syllogistici modi trium figurarum cur legitimi 149
Syllogismus simplex & hypotheticus quid ibid.
Syllogismi captiosi triplex definitio 175
Syllogismus captiosus duplex pseudographus & sophisticus 175
Synonymorum definitio 20
Synonyma quæ verè secundùm Aristotelem ibid.
Syncategorematicus terminus quid 23

Tem-

T.

TEmporis quatenus ſpecies quantitatis definitio 117
Tempus duplex, internum & externum 95
Terminus quid ſit 16
Termini quomodo à Dialectico conſiderentur ibid.
in Termino quolibet quot conſideranda 17
Terminus ratione materiæ triplex, mentalis, vocalis, & ſcriptus ibid.
Termini vocales quomodo ſigna ibid.
Termini vnde vim ſignificandi deſumant ibid.
Terminorum ex parte rei ſignificatæ multiplex diuiſio 18.& ſeq.
Termini vniuerſalis diuiſio 19
Terminus tranſcendens, quid & quotuplex 13
Terminus ex parte modi ſignificandi duplex ibid.
Topicus ſyllogiſmus quid ſit 166
Topicum argumentum quid. 167

V.

VBi quid ſignificet, quomodo definiatur, diuidatur,& quæ ſint eius proprietates 98
Verbi definitio 112
Veritatis definitio,& in quibus reperiatur 114
Vniuerſalis terminus quid, ejúſque diuiſio 19
Vniuerſale duplex, complexum & incomplexum 27
incomplexum quadruplex ibid.
Vniuerſalia non ſunt Ideæ Platonicæ 27
Vniuerſalia non ſunt conceptus animi, voces, aut externæ rerum denominationes ſecundùm nominales 28
Vniuerſalia ſunt naturæ reales ibid.
in Vniuerſalitate 2. conſideranda 29
Vniuerſale quomodo ſit actu in multis 30
in Vniuerſali quid ſit aptitudo ad actum eſſendi in pluribus 31
Vniuerſalitasis ratio in quo poſita ibid.
Vniuerſalitas naturis & eſſentijs rerum verè competit citra mentis operationem ibid.
Vniuerſales res quatenus vniuerſales exiſtunt tantùm objectiuè 31.32

Digitized by Google

Vniuersale habet relationem ad partes subjectas, ex eo quod aptum est in multis inesse 32
Vniuersalia quomodo cognoscantur ibid.
Vniuersalis duæ definitiones 33
Vniuersalis sex proprietates 33.34
Vniuersalia quinque esse probatur 34.35
Vniuersale est genus analogum ad quinque vniuersalia ibid.
Vniuiuocus terminus quid 20
Vniuersi termini diuisio 21
Vnitas triplex in genere, numeralis, formalis, & præcisionis. 29

FINIS.

SECVN-

Digitized by Google

SECVNDA PARS SVMMÆ PHILOSOPHICÆ,

Quæ est Ethica,

DE REBVS MORALIBVS IN TRES PARTES diuisa.

Cum duplici INDICE locupletissimo.

Digitized by Google

Digitized by Google

INDEX PER ORDINEM
EORVM QVÆ IN HAC SECVNDA Summæ Philosophicæ parte de rebus Moralibus continentur.

Vbi numerus paginam indicat.

Quæstiones procœmiales, De Morali disciplina.

Præfatio pag. 1. quæst. 1
Quid sit moralis Philosophia, & an sit verè scientia. quæst. 2. p. 2.
Quodnam sit subiectum Moralis scientiæ 3
Quænam sint præcipuæ partes Moralis Philosophiæ. quæst. 3

PRima pars Ethicæ, De Beatitudine 6
Præfatio 6.
Prior tract. huius partis, De bono & fine 7
Prior disputatio huius tractatus. De bono.
Quid sit Bonum 7 quæst. 1.
Quonam pacto res ferantur in Bonum 8 quæst. 2.
Vtrùm omnis appetitio feratur in bonum 9 quæst. 3.
Quotuplex sit bonum 11 quæst. 4.
Posterior disputatio huius tract. de Fine
An idem sit finis & bonum 12 quæst. 1.
Vtrùm omnia agant propter finem 13 quæst. 2.
Sitne aliquis vltimus finis humanarum actionum 15 quæst. 3.
Posterior Tractatus huius partis, de ipsa fœlicitate 17
Prior disputatio huius Tractatus, de Beatitudine hominis obiectiua.
Quid sit, & qualis esse debeat hac beatitudo 17 quæst. 1.
In quonam genere bonorũ pœnenda sit fœlicitas obiectiua 18 quæst. 2.
Posterior disputatio huius Tractatus, de formali hominis beatitudine.
Quid sit, & in quo posita sit eiusmodi beatitudo 20 quæst. 1.
Quænam sit supernaturalis fœlicitas tum huius cùm alterius vitæ. quæst. 1.

Digitized by Google

Secunda pars Ethicæ,de Principiis humanarũ actionum
Præfatio 24
Prior Tractatus huius partis, de principiis internis humanarum actionum ibid.
Prior disputatio huius Tractatus de principiis internis humanarum actionum à natura congenitis.
quæst.1. *Quomodo intellectus dicatur principium humanarum actionum,& an moueat voluntatem simúlque à voluntate moueatur.* 25
quæst.2. *Quomodo voluntas moueat inferiores potentias* 27
quæst.3. *Virùm appetitus sensitiuus moueat voluntatem.* 30
quæst.4. *Quomodo voluntas liberum sit agendi principium, vbi de libero arbitrio.* 31
Posterior disputatio huius Tractatus,de principiis internis humanarũ actionum acquisitis,nempe habitibus.
quæst.1. *Quid sit habitus.* 36
quæst.2. *Quomodo acquirãtur,deinde augeãtur morales habitus* 37
quæst.3. *Quomodo habitus concurrant cum facultatibus ad operandum* 38
quæst.4. *Quomodo corrumpantur habitus.* 39
Posterior Tractatus huius partis , de principiis externis humanarum actionum. 40
Prior disputatio huius Tractatus , de principio externo humanarum actionum efficaciter mouente.
quæst.1. *Quomodo Deus dicatur principium externum humanarum actionum.* 41
quæst.2. *Quomodo Deus cõcurrat cũ volũtate ad actus humanos* 42
quæst.3. *Quomodo Deus moueat voluntatem ad agendum.* 43
Posterior disputatio huius Tractatus. De aliis principiis externis humanarum actionum.
quæst.1. *Virùm nihil prater Deum possit efficienter mouere voluntatem* 44
quæst.2. *Quomodo Angeli siue boni siue mali aliquid suadeant humanæ voluntati* 46
Tertia pars Ethicæ , de ipsis actionibus humanis vbi de passionibus,deque virtutibus ac vitiis.
Prafatio. 47
Primus Tractatus huius partis,de ipsis actionibus humanis. 48
Prior disputatio huius Tractatus,de actionibus humanis generatim.

Quid

Digitized by Google

Quid sit actio humana, vbi de voluntario & inuoluntario quæst.1.
48
Quid sit inuoluntarium & quotuplex 51 quæst.2.
Quid & quotuplex sit ignorantia, & quanam sit inuolun- quæst.3.
tarij causa 52
Vtrùm nihil præter vim & ignorantiam pariat inuolun- quæst.4.
rium 54
De bonitate & malitia humanarum actionum in genere 55 quæst.5.
De circumstantijs humanarum actionum. 57 quæst.6.
Posterior disputatio huius tractatus. De actionibus humanis speciatim
Quanam sint præcipua species actionum humanarum. 59 quæst.1.
De humanis actionibus elicitis circa finem, ac præsertim de quæst.2.
volitione & intentione. 60
De humanis actibus circa media, præsertimque de electio- quæst.3.
ne 61
De consilio seu deliberatione electionem præcedente, 63 quæst.4.
De actionibus humanis imperatis. 65 quæst.5.
Secundus Tractatus huius partis, de passionibus animæ.
Prior disputatio huius Tractatus, de passionibus animæ generatim.
Quid, quotuplex, & in quanam corporis parte resideat ap- quæst.1.
petitus sensitiuus 67
Quid sint passiones & vnde nascantur. 70 quæst.2.
An omnis passio sit vitiosa, & nunquam cadat in virum quæst.3.
sapientem. 71
An rectè assignetur passionum numerus. 73 quæst.4.
Posterior disputatio huius Tractatus, de passionibus animæ speciatim.
De amore & Odio. 74 quæst.1.
De desiderio & fuga. 79 quæst.2.
De delectatione seu voluptate, & tristitia seu dolore. 80 quæst.3.
De spe & desperatione. 84 quæst.4.
De metu & audacia. 85 quæst.5.
De ira. 88 quæst.6.
Tertius tractatus huius partis, de virtutibus & vitijs. 90.
Prima disputatio huius Tractatus, de virtutibus generatim.
Quid sit virtus moralis. 91 quæst.1.
An virtutes in mediocritate consistant. 92 quæst.2.
In quanam animi parte sint virtutes. 94 quæst.3.

Digitized by Google

quæst. 4. *Quid, & quot sint virtutes quæ vulgo Cardinales appellantur.* 95
quæst. 5. *Vtrum virtutes morales sint inter se connexæ.* 97
Secunda disputatio huius Tractatus, de virtutibus sigillatim, nempe de quatuor cardinalibus.
Prima sectio de prudentia.
quæst. 1. *Quid sit prudentia* 98
quæst. 2. *Quodnam sit subiectum circa quod versatur prudentia.* 99
quæst. 3. *An habitus prudentiæ sit in viro sapiente multiplex.* 100
quæst. 4. *Quinam sint actus seu officia prudentiæ.* 101
quæst. 5. *Quænam sint partes integrantes prudentiæ.* 102
quæst. 6. *Quænam sint subiectæ partes prudentiæ.* 103
quæst. 7. *Quænam sint partes potentiales prudentiæ.* *ibid.*
Secunda sectio, de iustitia.
quæst. 1. *Quid sit iustitia.* 104
quæst. 2. *Quænam sint partes integrantes iustitiæ.* 105
quæst. 3. *Quænam sint partes subiectæ seu species iustitiæ.* 106
quæst. 4. *De iustitia generali seu legali.* *ibid.*
quæst 5. *De iustitia speciali.* 107
quæst. 6. *Quænam sint partes potentiales iustitiæ.* 109
quæst. 7. *De lege.* 111
quæst. 8. *De iure.* 114
Tertia sectio, de Fortitudine.
quæst. 1. *Quid sit fortitudo.* 116
quæst. 2. *Quinam sint fortitudinis actus.* 117
quæst. 3. *Quænam sint partes fortitudinis.* 118
Quarta sectio, de Temperantia. 119
quæst. 1. *Quid sit temperantia, & quodnam eius obiectum.* 120
quæst. 2. *Quænam sint artes temperantiæ.* 121
Tertia disputatio huius Tractatus de vitijs & peccatis.
quæst. 1. *Quid sint vitium & peccatum.* 121
quæst. 2. *Quænam sit vitiorum ac peccatorum origo.* 123
quæst. 3. *An vitium sit contra naturam.* *ibid.*
quæst. 4. *Quænam sit propria peccati differentia.* 124
quæst. 5. *Vtrum habitus vitiosus possit fieri bonus, & è contra.* 125
quæst. 6. *An actus vitiosus sit pejor habitu.* 126
quæst. 7. *An vitium simul cum virtute esse possit.* 127
quæst. 8. *Quænam sint vitiorum ac peccatorum species.* 128

SECVN-

Digitized by Google

Schema C

Qu

Summæ huius Philoſophicæ Secunda pars eſt Ethica ſeu Mo. ralis diſciplina, cuius tres ſunt partes.

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ
ROMA
VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

SECVNDA PARS SVMMÆ PHILOSOPHICÆ.

De rebus Moralibus.

QVÆTIONES PROOEMIALES De ipsa Morali disciplina.

PRAEFATIO.

QVONIAM vniuersæ Philosophiæ finis est humana fœlicitas, cum nulla res antiquos magis ad philosophandum impulerit, quàm vt cæteris hominibus beatiores essent, quæ quidem fœlicitas, partim in veritatis contemplatione, partim in actione virtuti consentanea posita est: ideo præter scientias contemplatrices oportuit aliquam esse scientiam, quæ recti honestique rationem contineret, & ad virtutem morúmque probitatem erudiret, quam Ethicam, hoc est, moralem disciplinam seu morum scientiam appellarunt, vnamque è præcipuis Philosophiæ partibus esse censuerunt. De hac igitur priùs quam de ijs quæ ad ipsam pertinent nonnihil præfationis loco dicemus. *Philosophia finis humana fœlicitas*

Quid sit Moralis Philosophia, & an sit verè scientia.

QVAESTIO I.

MOralis Philosophia vulgò appellatur hæc Philosophiæ pars, quòd tota in moribus rectè instituendis posita sit. Mores autem dicuntur tùm actiones humanæ, id est actiones hominum liberæ, præsertim consuetæ ac sæpius iteratæ, cùm etiam habitus qui ex eiusmodi actionibus iteratis comparantur. Et quoniam de hac morum disciplina controuertitur, an sit ars, an verò prudentia, aut potiùs dicenda sit scientia, totam hanc litem triplici conclusione dirimemus. *Mores quid.*

Digitized by Google

Prima conclusio. Prima conclusio. Moralis disciplina nõ est ars propriè dicta: non enim primò per se versatur citca actiones corporeas: licèt enim plerǽque actiones humanæ seu morales ad objecta quædam externa & corporea referantur, vt liberalitas, temperantia, &c. non tamen propterea actiones illæ sunt externæ aut corporeę. Et quamuis actiones quædam corporeæ dicantur humanæ seu liberæ, atq; ad moralem philosophum pertineant, quatenus liberè imperantur à voluntate, non tamen circa illas primariò versatur moralis philophus, sed tantùm secundariò quatenus sunt effectus actionum internarum seu elicitarum voluntatis, in quibus ratio virtutis aut vitij primò & per se reperitur. Nec enim tam depositum reddere aut debitum soluere, quam efficax & constans voluntas tribuendi vnicuique ius suũ, iustitiæ munus est: itémq; non tã cursũ accelerare amici tuendi causa, quàm sũmo studio velle amico opitulari amicitię officiũ est. At verò nõ tãtùm opera, sed etiã actiones circa quas primò per se versatur ars, externę sũt & corporeæ. Repete ex Logicę Prolegomenis ea quę de arte propriè & impropriè dicta docuimus.

Probatur.

Virtutes non tam externæ quam internæ actiu mẽ surandæ sunt

2. *Conclusio probatur.* Secunda conclusio. Moralis disciplina non est prudentia. Primùm quia prudentia non nisi in probis hominib. reperitur, nam animi sagacitas morum probitate destituta, calliditas est & astutia magis quàm prudentia. At moralis Philosophia etiam in perditissimis hominibus inueniri potest. Deinde prudentis officium istud potissimum est ea quæ ad finem magis conducibilia sunt solerter eligere: at moralis Philosophus non tantùm ea quæ sunt ad finem: verum etiam finem ipsum ex instituto contemplatur. Præterea prudentia est tantùm eorum quæ cadunt in deliberationem: at moralis philosophia est rerum, quarum constans & indubitata veritas est: vnde viri prudentis est adhibito consilio maturè deliberare; moralis verò philosophi aliquid certò definire ac determinare. Denique moralis philosophiæ est humanas actiones dirigendas in vniuersum contemplari: prudentiæ verò munus est singulas eiusmodi actiones pro circunstantiarum ratione sapienter moderari.

1.

2

3.

4.

Corolarium. Licèt igitur tùm moralis disciplina, cùm etiã prudentia sint morales habitus qui in eadem intellectiua animę parte residẽt, & circa easdẽ hominũ actiones versantur, quia

Digitized by Google

quia tamen non in eodē sunt ordine, cùm prudentia moralī disciplinæ tanquam inferior superiori subordinetur, nec eadem sunt vtriusque officia, vt patet: ideò nō formali ratione modo, sed etiam reipsa distinguuntur; præsertim cùm moralis disciplina nonnun quam sine prudentia, & è contra prudentia absque morali disciplina esse possit.

Tertia conclusio. Moralis disciplina est scientia propriè dicta, cuius conclusionis veritas ex præcedentiū conclusionum veritate satis elucescit, & confirmatur adhuc vnicā hac validissima ratione. Ea censenda est propriè scientia, in qua aliquid certò & euidenter per vera principia cognoscitur: Atqui eiusmodi est moralis philosophia, in qua multa traduntur de actionibus humanis certò & euidenter per vera principia: vt cùm philosophus moralis probat tribuendum esse vnicuique quod suum est, hac demonstratione. Id semper agendum est quod recta ratio postulat. Sed recta ratio postulat vt vnicuique reddatur quod suum est. Ergo vnicuique ius suum tribuendum est. Et licèt actiones humanæ in actu exercito (vt loquuntur) inconstantes sint, leues & incertæ, & nonnullæ etiam naturā suā adiaphoræ sint seu indifferentes, ità vt modò bonæ modò malæ esse possint, nihilominus tamen de iis omnibus indubitatas ac perpetuæ veritatis propositiones habet Moralis Philosophus.

3. *Conclusio.*

Confirmatur.

Occurritur obiectioni.

Quodnam sit subiectum Moralis scientiæ.

QVAESTIO II.

CVm constet apud omnes moralem philosophiā maximè dici practicā, necesse est vt ipsius obiectū siue subiectum circa quod versatur, & à quo denominatur propriè practica, sit praxis maximè propriè dicta, quæ nihil aliud est quàm actio humana seu moralis. Itaque obiectum proprium totale & adæquatum huius scientiæ, est actio hūmana quatenus est dirigibilis ad bonum morale, seu ad finem rectæ rationi consentaneum. Vbi per actionem humanam intelligimus quamuis actionem hominis liberā, siue elicitā ab ipsa voluntate, siue ab eadem imperatā. Cui additur ipsa ratio formalis obiecti videlicet (quatenus dirigibilis est ad bonum morale.) Quod vt intelligas repetēdū est quod in Dialecticæ Prologemenis docuimus in sciētiis practicis aliud esse obiectū cōsiderādum duntaxat, aliud verò obiectum considerandū simul

1. *Eth. hic. c. 3. & lib. 2. c. 4. Aff. 110.*

Obiectum huius scientiæ est actio humana.

Nota. q. 2. sub finem.

Digitized by Google

Actio rectè Rectificanda Rectificata.

& dirigẽdũ. Sic enim in morali disciplina actiones morales rectæ, vt rectæ, dici possunt obiectum considerandum duntaxat: actiones verò humanæ rectificandæ dici possunt subiectum moralis philosophiæ considerandum simul ac dirigendum. Quod verò spectat ad actiones rectificatas, quæ à nonnullis dicuntur obiectum formatum non tam scientiæ subiectum quàm eiusdem scientiæ finis remotior censendæ sunt.

Probatur supradicta assertio.

Quod igitur actiones humanæ seu morales rectificãdæ in ordine ad bonum morale, sint verum & legitimũ scientiæ moralis subiectum vel ex eo patet (vt cætera prætermittam) quòd omnia quæ in eiusmodi scientia traduntur, ad actiones eo modo spectatas referantur tanquam principia, partes, aut proprietates. Et quidem principia humanarum actionum simplicia sunt intellectus, voluntas, liberum arbitrium, habitus virtutum, finis vltimus, & earum obiecta. Principia verò complexa, quæ dicuntur principia scientiæ, permulta sunt, verbi gratia, esse vnum vltimum finem humanæ vitæ propositum, media esse proportionata fini, hominem esse libero arbitrio præditum, virtutes assuetudine comparari, &c.

Principia huius disciplinæ.

Partes.

Partes præterea seu species actionum humanarũ sunt actiones voluntatis elicitæ & imperatæ: tum actiones ex natura sua bonæ, prauæ, vel indifferentes. Earũdem verò proprietates dici possũt bonitas vel malitia moralis, meritum vel demeritum, item circunstantiæ nonnullæ, quæ eas comitantur, homo verò aptus purgari à vitiis & virtutibus instrui, & finis cui prodest moralis philosophia.

Proprietates.

Finis.

Finis verò morali philosopho propositus, est primùm dirigere actiones hominis, deinde ipsæ actiones directæ: tandem ipsa humanæ vitæ fœlicitas non tantùm humanę vitæ rectificatarum actionum, sed etiam ipsius moralis disciplinæ finis vltimus dici potest.

Quanam sint præcipuæ partes Moralis Philosophiæ.

QVAESTIO III.

Hominis beatificandi consideratio triplex.

CVm institutum moralis philosophiæ sit hominem probitate morũ informare, eúmque ad fœlicem vitę statum perducere, homo verò quatenus sic informari potest, triplici modo spectetur, primò in se absque respectu ad mul-

Digitized by Google

ad multitudinem; secundò, vt pars est domesticæ societatis; tertiò, vt est membrum totius reipublicæ, hinc orta est celebris illa philosophiæ moralis in tres partes diuisio: nempe in Ethicam seu monasticam, hoc est priuatam, Oeconomicam seu domesticam, & Politicam seu ciuilem; quarum prima mores hominis in se absolutè considerati componit, pertinetque ad bonum priuatæ cuiusque personæ: secunda mores hominis, vt est pars familiæ, informat, ordinatúrque ad bonum societatis domesticæ: tertia mores eiusdem hominis quatenus est reipublicę membrũ in ordine ad bonum totius ciuitatis ac reipublicæ instituit. Itaque prima prodest priuatæ cuique personę, secunda domui vel familiæ, tertia ciuitati vel reipublicæ.

Philosophia Moralis, triplex.
Ethica.
Oeconomica.
Politica.

Ex quo intelligere est Ethicam siue monasticam tùm naturæ cùm doctrinæ ordine reliquas duas præire: tùm quia rem simpliciorem nempe priuatum hominem considerat, qui simplicius quippiam est quàm familia, quæ ex singulis hominibus, & ciuitas aut respublica quæ ex multis familiis coalescit; tum quia necesse est propriam vitã priùs componere; quàm ad familiæ aut reipublicæ gubernaculum accedere. Ordine tamen dignitatis politica reliquas duas antecedit, tum quia cæteras eminentiori quodam modo in sese continet; tum quia circa nobilius subiectum versatur; adde quod regimen reipublicę multo perfectius est quàm regimen sui ipsius aut familiæ, quia nempe ad plura se extendit, & ad nobiliorem finem refertur; atqui vt docet D. Thomas 2. 2. q. 50. art. 1. ciuilis seu politica scientia iuuat regimen reipublicæ, œconomica familiæ, ethica verò vnuscuiusque priuatæ personæ.

Quis ordo inter illas tres disciplinas.

Vtriusque autem disciplinæ tam politicæ quàm œconomicæ duæ sunt præcipuæ partes, quarum altera in instruendis iis qui præsunt, altera in instituendis iis qui subsunt posita est. Præest autem in œconomia seu familia is qui vulgò dicitur Paterfamilias, qui idem est vir, pater & dominus. Subsunt verò vxor, liberi & serui: vnde œconomica triplici societate dicitur constare: despotica seu herili, gamica seu coniugali, & patrica seu paterna. At verò in politia, aut vnus, aut pauci, aut multi præsunt, cæteri verò subsunt, ex quo orta est reipublicæ forma triplex, nempe Monarchica, in qua vnus: Oligarchica, ad quam spectat Aristocratica in qua pauci, isque vel diui-

Politica & œcon. mica partes duæ.

Politia forma triplex.

Digitized by Google

tes, vel optimates; & Democratica, in qua multi, nempe populus imperant. Licet autem naturæ lege Democratia Monarchiam & Oligarchiam siue Aristocratiam præcedat, quia omnes nascimur liberi, nec facile alterius imperio subiicimur: Nihilominus tamen ordine dignitatis, & habita ratione optimæ gubernationis cæteras antecedit Monarchia diuino imperio quam simillima, quam sequitur Aristocratia: vltimum verò locum tenet hoc ordine Democratia.

Porrò prætermissis iis quæ tum ad Politicam, cùm ad Oeconomicam pertinent: quoniam ea non sunt nostri instituti, ea duntaxat explicabimus in hac secunda parte nostræ Summæ, quæ ad Ethicam siue Monasticam primò & per se spectare videbuntur: quæ tamen optima sunt, tum politicæ cùm etiam œconomicæ fundamenta. Et quoniam Ethicæ subiectum sunt actiones humanæ ad finem vitæ priuatæ consentaneum dirigibiles, eo ordine progredimur, vt primum de ipso fine vltimo humanarum actionum, seu de beatitudine priuata differamus, vbi nonnulla de Bono & Fine in communi prætermittemus; deinde in secunda parte agemus de earundem humanarum actionum principiis tùm internis cùm externis; denique de ipsis humanis actionibus dicemus in tertia parte, vbi de passionibus animi, tùm de virtutibus ac vitiis pertractabimus.

Ethica tres partes.

1.

2.

3.

PRIMA PARS ETHICÆ.

DE BEATITVDINE.

PRÆFATIO.

Huius partis Tractatus duplex.

QVM beatitudo sit finis humanarum actionum vltimus, atq; adeò omnis humana actio sit propter finem, finis autem bonum quoddam sit: doctrinæ

ctrinæ ratio postulat vt paulò post acturi de fœlicitate, priùs de bono ac fine disseramus: sicque huius primæ partis duo erunt tractatus: prior de bono & fine, posterior verò de ipsa fœlicitate seu beatitudine humana.

PRIOR TRACTATVS HVIVS PARTIS.

De Bono & Fine.

QVia finis species quædam est boni, idcirco priùs de bono quàm de fine agendum est. Quare prior huius tractatus disputatio de bono, posterior verò de fine instituetur.

PRIOR DISPVTATIO huius tractatus.

DE BONO.

Quid sit Bonum.

QVAESTIO I.

Boni definitio.

BOnum à veteribus rectè definitum fuisse id quod omnia appetunt, scribit Aristotel. in ipso limine lib. 1. Ethicorum ad Nicomachum. Quam boni definitionem vel potiùs descriptionem vt intelligas, notandum est hìc quod alibi fusiùs explicabitur, bonum qua bonum ex sua ratione formali significare relationem conuenientiæ, quandoquidem bonum est objectum appetitus, & vnumquodque eatenus appetitur quatenus conueniens est, aut saltem tale esse existimatur: quam quidem cõuenientiam sequitur appetibilitas vti propria boni affectio sese habens ad bonũ, vt ad colorem visibilitas. Quare, si bonum ex sua formali ratione spectetur, definiendũ erit: Id quod cuique conueniens est: si verò spectetur ratione præcipuæ proprietatis, quæ est appetibilitas, rectè describetur: id quod omnia appetunt. Posset etiam ratione aliarum ipsius proprietatum aliter describi, vt si dicatur id quod natura sui diffusiuum est, &c. Et licet supradicta boni descriptio singulis bonis primò non competat, quia non omnia quoduis particulare bonum appe-

Alia boni definitio.

D. Dionys. 4. div. nom.

tunt, bono tamen in communi proculdubio conuenit: hoc enim expetũt omnia cùm in singulis bonis quæ res quęq; optant, includatur: deinde etiam secundario bonis particularibus simul collectiue sumptis competit quatenus vnaquæq; res appetit suum bonum, & bonum cuiusq; est id quod vnumquodq; appetit. Adde etiã eandem descriptionem adaptari posse summo bono: Cùm enim omnibus rebus congenita sit procliuitas in bonum, & omne bonum quædam sit summi boni participatio, necesse est vt omnia saltem virtute & implicitè in summũ bonũ tendant: quare ipsum optimè definiri poterit, quod omnia appetunt.

Quomodo omnia summum bonum appetunt.

Quonam pacto res ferantur in bonum.

QVAESTIO II.

FErri in bonum nihil aliud est quam appetere bonum. Vnde facilè est intelligere omnia appetitu aliquo in bonum tendere, cùm bonum sit quod omnia appetunt. Iam verò quonam appetitu vnumquodque in illud feratur quæstio est. Cui vt satisfiat notandum est primò appetitum aut esse innatum, aut elicitum. Innatus est propensio vnicuique rei à natura congenita, qua vnumquodque ad id quod sibi conueniens est, inclinatur. Elicitus est ipse appetendi actus, præsertim is qui in animantibus præeunte aliqua cognitione contingit. Secundò notandum est appetitum innatum triplicem esse, nempe naturalem, animalem seu sensitiuum, & rationalem seu intellectiuum. Naturalis dicitur quo vnaquæque res absque vlla notitia inclinatur ad id quod sibi conueniens; est qualis reperitur etiam in rebus inanimatis & sensus expertibus, verbi gratia, in lapide inferiorem locum tanquam naturæ suæ congruentem appetente. Animalis seu sensitiuus est ille quo res inclinatur in id quod sibi conueniens est præeunte notitia sensus; qui in solis animantibus reperitur: distribuitúrque in irascibilem & concupiscibilẽ (de quibus in progressu dicemus) quo genere appetitus, equus vrgente fame pastum expetit. Denique rationalis seu intellectiuus ille est quo res appetit bonum sibi conueniens præuia notitia intellectus, qui appetitus est ipsa voluntas, nec vlli animantium generi præterquam homini competit. Hoc genere appetitus homo in id quod rectum honestúmque est inclinatur.

Notandum primo.
Appetitus innatus.
Elicitus.
Appetitus triplex Innatus.
Naturalis.
Animalis.
Rationalis.

Quibus

Quibus positis ad quæstionem propositam respondetur ea quæ cognitione carent, solo naturali appetitu in bonum ferri; bruta verò quæ cognitione sensuum prædita sunt, non tantùm naturali, sed etiam animali seu sensitiuo appetitu duci in bonum; denique homines qui intellectiua cognitione dotati sunt, non tantùm naturali, & sensitiuo, sed præterea rationali seu intellectiuo appetitu bonum appetere. Quo loco nota naturalem appetitum impropriè dici appetitum, sed potius appellari naturæ propensionem, & naturalem potentiam; sicut etiam in brutis ipse etiam animalis appetitus sæpenumero naturalis instinctus solet appellari. Nota etiam in homine rationalem appetitum posse ferri in subjectum appetitus sensitiui, nempe in bonum iucundum & vtile; licet appetitus sensitiuus non possit ferri in bonum honestum, quod est objectum peculiare rationalis appetitus. Cuius rei ratio est, quod rationalis appetitus eminenter contineat tum sensitiuum cùm naturalem appetitum, quemadmodum anima ipsa rationalis tùm sensitiuam cùm vegetantem eminenti quadam ratione continet. Ex his intelligere est omnem appetitum esse inclinationem quandam in bonum. Obijcies appetitum sensitiuum in homine semper in malum propendere, iuxta illud Genes. 28. *Proni sunt sensus hominis in malum ab adolescentia sua.* vnde & concupiscentia ipsa interdum ab Apostolo peccatum dicitur, quia à peccato est, & ad peccatum inclinat: ideoque vulgò à Theologis fomes peccati dici consueuit. Sed occurro, ac dico ideò appetitum sensitiuum dici inclinari ad malum, quia cùm feratur in bonum iucundum, sæpe accidit, vt tale bonum rectæ rationi ac diuinæ legi auersetur, sicque ea ratione dicatur malum. Licèt igitur appetitus sensitiuus in eiusmodi malum inclinet, ideoque peccatum, & fomes peccati vocetur; non propterea desinit ferri in bonum sibi conueniens, nempe bonum iucundum ac delectabile.

Solutio quæstionis proposita. *Nota.* *Nota.* *Obiectio.* *Solutio.*

Vtrùm omnis appetitio feratur in bonum.

QVAESTIO III.

Quæstionis propositæ sensus explicatur.

SEnsus propositæ quæstionis est, an id omne quod actu appetitur sit bonum, ita vt malum, vt malum, nunquam

possit appeti. Et quidem difficultas non est de appetitu naturali, nec de sensitiuo: sunt enim hæc appetituum genera ab authore naturæ ad bonum determinata. Verum tota difficultas est de appetitu rationali, seu de voluntate; vtrùm omnis eius appetitio feratur in bonum, ita vt non possit voluntas pro sua libertate malum etiam, vt malum appetere. Dico malum, vt malum, seu sub ratione mali; neque enim dubium est eandem ferri posse in malum, quatenus tamen alicuius boni speciem præ se fert: sic enim voluntas ferri potest in malum inhonestum seu turpe, quatenus illud idem bonũ est iucundum seu delectabile, vel quatenus illud idem quod verè inhonestum est speciem quandam habet apparentis honestatis.

Sententia de proposita quæ tenenda.

Licèt igitur non desint qui asserant posse voluntatem appetere malum, vt malum est, & è contra repudiare bonum, etiam quâ bonum est: Nihilominus tamen perstandum est in opposita eaque communi sententia, quæ procul dubio est Aristotelis 8. Eth. cap. 2. 1. Polit. cap. 1. & alibi: quam amplectitur ac probat D. Thomas 1. 2. quæst. 8. artic. 1. Ratio Diu. Thom. est, quod appetitio nihil aliud sit quàm rei appetentis ad aliud inclinatio; nihil autem inclinetur nisi ad aliquid sibi simile & conueniẽs,

Probatur prime.

2. quod est bonum: Deinde si voluntas ferri posset ad malum sub ratione mali, malum vt malum esset actu appetibile, quod planè repugnat, cùm ipsa malitiæ ratio tollat conuenientiam, qua sublata tollitur appetibilitas quæ ex conuenientia seu ex congruentia boni nascitur. Quod si malum vt sic non est appetibile, non potest intelligi quomodo possit appeti à voluntate quatenus tale. Si obiicias voluntatem esse liberam circa bonum & malum, ac proinde non tantùm posse appetere bonum, vt bonum, sed etiam malum, vt malum. Respondeo, libertatem voluntatis circa bonum & malum non esse libertatem contrarietatis quasi possit positiuè ferri appetendo in ipsa contraria, nempe in bonum & malum quatenus talia sunt, aut quasi possit contrariis actibus in bonum ferri, aut etiam in malum, verbi gratia appetere bonum, repudiare bonum vt sic aut etiam repudiare malum, & illud idem vt malum appetere, sed esse libertatem contradictionis, qua potest bonum velle aut non velle, item nolle seu actu repudiare malum, vel non nolle seu non

Obiectio.

Solutio.

Libertas contrarietatis.

Libertas contradictionis.

nō actu repudiare: hoc est voluntatē tùm circa bonū cùm circa malum, vt sic liberam esse quoad exercitium actus, quia potest circa illa actum aliquem exercere aut suspendere. Adde quod libertas humanę voluntatis circa bonum & malum satis elucet in eo quod possit velle bonum, & etiam velle malum quod in eodem genere non potest habere rationem boni, verbi gratia, potest voluntas ferri in obiectum temperantiæ quod habet rationem boni honesti, & præterea in obiectum intemperantiæ quod habet rationem mali inhonesti, nec vnquam potest habere rationem boni honesti, licèt in illud feratur quatenus est bonum iucundum. Non est tamen propterea negandum bonum & malum pertinere ad eandem appetendi facultatem, licèt non ad eundem eiusdem facultatis actum; nā bonum pertinet ad voluntatem quatenus sub ea ratione ab ipsa potest appeti, malū verò quatenus sub ea ratione ab eadem repudiari potest: quomodo verum & falsum ad eandem intelligendi facultatem pertinent. Quædam verò peccata dicuntur esse ex malitia, non quod in eis malum vt malum appetatur; sed quod illud bonum iucundum vel vtile quod appetitur, non ignoretur esse auersum à Deo, aut à recta ratione alienum. Si dicas damnatos velle Deū non esse, velle quoque flagitia, quia norunt ea Deo displicere: item desperatos homines mortem sibi optare, quæ omnia non nisi mali rationem habent. Respondeo, licèt illa verè sint mala, illis tamen perditis animabus aut desperatis, hominibus apparere bona quatenus illa sibi conuenire iudicant, aut quatenus arbitrantur per illa se à maioribus malis liberari.

Nota.

Bonum & malum ad eandem appetendi facultatem pertinent.

Peccata ex malitia.

Obiectio.

Solutio.

Quotuplex sit bonum.

QVAESTIO IV.

BOnum in genere diuidi potest iuxta S. Augustinum in Psal. 134. in bonum à seipso, & bonum ab alio: illud dicitur bonum per essentiam, qualis est solus Deus, iuxta Domini sententiam Luc. 8. *Nemo bonus, nisi solus Deus*: hoc verò dicitur bonum per participationem. Quod quidem rursus diuidi potest in bonum transcendens seu Metaphysicum, quod cuique rei competit quatenus est aut esse potest: naturale seu physicum,

Bonum per essentiam.

Bonum per part. in tres triplex.

Eorum in genere eorum triplex.

quod naturæ cuiuſque rei competit, vt ſunt naturales cuiuſque rei facultates & potentiæ; morale denique ſeu humanum, quod ab homine ſponte ac liberè poteſt appeti,

Alia diuiſio boni Moralis.

quod quidem ratione ſubiecti ſeu materiæ diuiditur in bonum animi, vt eſt ſcientia: corporis, vt eſt ſanitas; & fortunæ, vt ſunt diuitiæ: ratione verò finis & magis propriè ab Ariſtotele bonum idem morale diuiditur in honeſtum, vtile & iucundum: quam quidem celebrem boni partitionem in hunc fermè modum explicat S. Doctor 1.p.q.5.art.6. Vnumquodque dicitur bonum prout appetibile eſt, ſeu quatenus eſt terminus appetitionis. Dicitur autem aliquid eſſe terminus appetitionis dupliciter, nempe, ſimpliciter, quod terminat motum appetitionis tanquam quid vltimum: vel ſecundum quid, quod terminat motum appetitionis tanquam medium, quo ad vltimum itur: Iam verò ſi bonum ſimpliciter terminat appetitionem tanquam quid vltimum: vel ſe habet vt res quæ per ſe apppetitur; dicitúrque bonum honeſtum: vel vt quies in re habita, dicitúrque bonum iucundum: quòd ſi appetitionem ſecundùm quid terminat tanquam quid medium, dicetur bonum vtile. Itaque per bonum vtile peruenitur ad honeſtum, ex cuius poſſeſſione naſcitur iucundum. Vbi notandum, fieri poſſe vt idem bonum diuerſa conſideratione dicatur honeſtum, vtile & iucundum: deindè aliquid vtile & iucundum dici poſſe non tantum ratione ſenſus & corporis, ſed etiam ratione animi. Denique bonum honeſtum dici abſolutè bonum morale ſeu bonum hominis; vtile verò & iucundum quatenus rectæ rationi conformantur.

Nota.

POSTERIOR DISPVTATIO huius tractatus.

De Fine.

An idem ſit Finis & Bonum.

QVAESTIO I.

PRoposítæ quæſtioni triplici concluſione ſequenti ſatisfiet.

Prima

Prima concluſio. Finis & bonum non ſunt idem formaliter, hoc eſt, non eſt eadem formalis ratio boni quę finis: quia bonum quà bonum, ſignificat relationem conuenientiæ: at finis quà finis importat relationem cauſæ finalis: vnde bonum definitur id quod conueniens eſt: finis verò id cuius gratia cætera fiunt. *Prima concluſio.*

Secunda concluſio. Finis & Bonum, ſi ſecundùm actum ſpectentur, non ſunt ſemper idē realiter quoad fundamēti reciprocationem, vt loquitur. Licet enim id quod eſt actu finis, ſit etiam actu bonum (cùm nihil poſſit per modum cauſæ finalis aliud mouere niſi ſit bonum & conueniēs) non tamen reciprocè quicquid eſt actu bonum eſt etiā actu finis. Multa enim ſunt in ſe actu bona, & etiā cuipiam conuenientia, quæ quia ab eo non expetuntur non sūt actu finis reſpectu illius. Quo loco notandum eſt, licèt aliud bonum expetatur tanquam finis, aliud verò tāquam id quod eſt ad finem: Nihilominus tamen id omne quod actu appetitur à re creata, quatenus actu appetitur, eſſe cauſam actu finaliter mouentem ipſum appetitum. Vnde non tantùm fines mediorum, ſed etiam ipſa media verè dici poſſunt cauſæ finales ipſius appetitus, quod videtur voluiſſe S. Tho. 1. 2. q. 1. paſſim, præſertim art. 4. vbi aut bonum habere rationē finis, ſicque non tantùm omne quod eſt actu finis, erit actu bonum, ſed etiam omne bonum quod actu experitur erit actu finis, ſaltem in rebus creatis, nam in diuinis actibus ad intra id non poteſt eſſe. *Secunda concluſio.* *Nota.* *Non tantum fines verum etiam media finaliter mouent appetitum.*

Tertia concluſio. Finis & Bonum, ſi ſecundùm potentiam ſpectentur, ſunt idem reipſa quoad fundamenti reciprocationem, id eſt, Quicquid poteſt reddi bonum & conueniens reſpectu alicuius, licèt fortaſſe tunc non ſit illi actu bonum & conueniens, idem poteſt eſſe finis reſpectu illius, & ab ipſo appeti; & reciprocè quicquid poteſt ab aliquo expeti; & habere rationem finis comparatione alicuius, poteſt eſſe eidem bonum & conueniens, vel ſaltem vt tale apprehendi. *Tertia concluſio.*

Vtrùm omnia agant propter finem.

QVAESTIO II.

Agere propter finem dicitur dupliciter.

DVobus modis dici poteſt aliquid agere propter finem, primò quidem abſolutè quod tendit in aliquē

finem, siue quod alicuius rei gratia operatur, siue finem seu rem illam cognoscat, siue non; siue etiam in talem finem cognitum se derigat, siue ab alio ad ipsum dirigatur. Altero modo & quidè maximè propriè id dicitur agere propter finem quod ita illius gratia operatur, & ad illum tendit vt illum cognoscat, & ad illum se & sua dirigat. Hac enim præmissa distinctione sequentibus conclusionibus proposita difficultas explicatur.

Prima conclusio. Prima conclusio. Si agere propter finem primo modo sumatur, omnia agunt propter finem. Ratio in promptu est, quia omnia agentia dum operantur, intendunt aliquod bonum ad quod vel seipsa dirigunt, vel ab authore naturæ diriguntur, vt patet inductione: operari autem hoc modo est absolutè propter finem operari cùm ipsum bonum ad quod tendunt seu quod appetunt eiusmodi agentia, sit finis seu finalis causa appetitiuæ motionis illorum.

2. Conclusio. Secunda conclusio. Si agere propter finem secundo modo sumatur, solius intellectualis creaturæ proprium est agere propter finem, quia eiusdem proprium est seipsam dirigere, vtpotè quæ sola inter cæteras creaturas sit suorum actuum domina propter liberum arbitrium quo est prædita; At verò irrationalis creatura non nisi ab alio mota tendit ad finem; siue in ipsum tendat aliquâ notitiâ præeunte, vt bellua; siue nullâ, vt arbores & elementa: tum quia non est domina suorum actuum cùm careat libero arbitrio, quæ est facultas voluntatis & rationis, tùm quia non cognoscit rationem finis, & ideò nihil in finem ordinare potest, sed tantùm ipsa in finem ordinatur. Quo loco nota, licet belluæ nonnunquam cognoscant finem, id est, rem quam appetunt, non tamen cognoscunt rationem finis, ac proinde non possunt se aut suos actus ad ipsum ordinare. Quòd si obiicias contrarium videri in quibusdam animalibus quæ videntur suos actus ad finem ordinare, cùm media apta ad finem consequendum eligant ac disponant, vt cùm hirundo & nonnullæ aliæ aues nidos miro artificio præsertim fœtus parturiendi causa extruunt. Respondetur, hæc & similia ab illis animalibus præstari, non quòd finem præuideant ad quem suas actiones dirigant, aut quod nouerint se commodè finem assequi posse adhibendo hæc vel illa

Quomodo bellua cognoscunt finem.

Obiectio.

Solutio.

illa media,sed naturali tantùm instinctu: ita vt hæc animalia sicut & cætera omnia rationis expertia, à motore primo,id est à Deo qui rerum omnium fines nouit impulsa in eundem dirigantur, eo modo quo sagitta fertur in scopum à iaculatore directa.

Tertia conclusio.Omnis appetitio humana seu appetitio hominis voluntaria sit propter finem. Ratio est,quia omnis eiusmodi appetitio est boni, vt docuimus priori disputatione,quæstione secunda; At bonum quod actu appetitur, est etiam actu finis ex secunda conclusione prioris quæstionis: quare nulla est eiusmodi appetitio quæ non sit propter finem. Ex quo etiam intelligis appetitionem humanam siue versetur circa media siue circa finem mediorum, semper esse propter finem, quia omnis appetitio est propter id quod appetitur: id autem quod appetitur est finis ipsius appetitionis, quare nihil absurdi est, si dicas ipsam appetitionem vltimi finis esse propter finem,imo fruitionem vltimi finis obiectiui, quæ dicitur beatitudo formalis, esse propter finem,nempe propter ipsum vltimum finem obiectiuum,quæ dicitur beatitudo obiectiua. Porrò cũ finis dupliciter dicatur,nempe vel respectu mediorũ,quę appeti solent in ordine ad ipsum,vel respectu ipsius motionis appetitiuæ seu appetitionis quam per modum causæ finalis excitat: quando dicimus hîc omnem appetitionem esse propter finem, finem accipimus posteriori modo spectatum.

1. *Conclusio.*

Finis dupliciter dicitur

Sitne aliquis vltimus finis humanarum actionum.

QVAESTIO III.

VAria sunt finium genera: alij enim dicuntur vltimi, alij verò dicuntur medij. Et quidem vltimorum vnus est absolutè vltimus,alij verò in certo genere vltimi, qui comparatione finis absolutè vltimi,dici possunt medij. Mediorum verò in certo aliquo genere alij sunt proximi alij remotiores. Denique finis absolutè vltimus alius verus est & natura sua talis,alius verò opinatus, quę quisque ad libitũ sibi potest proponere. His præsupositis,

Fines alij sunt vltimi, alij verò medij.

Sit prima conclusio. Datur aliquis finis vltimus simpliciter & ex natura suâ talis omnium actionum humanarum, qui idem est finis absolutè vltimus cæterarum omnium rerum, nempe Deus opt. Max. qui quoniam est primum mouens absolutè & simpliciter, quod omnia creat, agit, & ordinat propter se, cùm ipsum sit perfectissimum, idcirco idem ipse est finis vltimus propter quem sunt omnia iuxta illud Prouerbiorum 16. *Vniuersa propter semetipsum operatus est Dominus.* Vnde etiam tenentur omnes homines, vbi vsum rationis assecuti sunt ipsum eundem finem vltimum suarum actionum sibi proponere: Licet non soleant nec teneantur homines eundem finem actu sibi proponere in singulis suis actionibus: satis enim est quod illæ actiones potestate ac virtute in ipsum vltimum finem referantur: quod fit cùm aliquis ipsum suarum actionum finem vltimum sibi aliquando actu proposuit, nullúmque alium deinceps sibi præfiniuit.

1. Conclusio. Deus finis vltimus rerum omnium.

2. Conclusio. Secunda conclusio. Finis vltimus opinatus humanarum actionum non vnus, sed varius ac multiplex est: neque enim eundem vltimum finem sibi proponunt homines improbi: Alij enim honores, alij diuitias, alij voluptates tanquam finem vltimum sibi proponunt; fieri etiam potest, vt aliquis plures sibi fines vltimos proponat, imò modò vnum sibi proponat, modò alterum: est enim in his finibus mira varietas & inconstantia, vtpote qui pendent ex ipso hominum arbitrario delectur.

3. Conclusio. Tertia conclusio. Omnes homines eundem finem vltimum in genere & in confuso sibi proponunt, nempe beatitudinem in genere, quamuis in singulis actionibus de illa non cogitent. Probatur ista conclusio, quia quilibet homo in omnibus quæ agit, expetit propriam perfectionem & beatitudinem: siue eam collocet in eo fine qui verè est vltimus, siue in eo qui verè non est talis: vt in honoribus, diuitijs, &c.

Probatur.

4. Conclusio. Quarta conclusio. Cùm quælibet actio humana, id est, libera exercetur, necesse est eum qui operatur de fine aliquo cogitare siue vltimo quocunque, siue medio, eoque vel proximo, vel remotiore. Vt enim aliqua actio dicatur propriè fieri propter finem, debet ordinari in finem aliquem actu cognitum ab ipso operante; vt patet ex secunda con-

Probatur.

da conclusione præcedentis quæstionis, siue finis ille sit obiectum ipsius actionis, siue sit finis talis obiecti seu propter quem actio versetur circa tale obiectum.

POSTERIOR TRACTATVS HVIVS PARTIS.

De ipsa fœlicitate.

BEatitudo seu fœlicitas humana, quæ summum bonum seu vltimus finis hominis dicitur, duplex vulgò assignatur: altera obiectiua, altera formalis: illa dicitur res, quæ suum possessorem beatum facit, hæc verò dicitur huiusmodi rei perfecta possessio, seu fruitio. De vtroque igitur genere fœlicitatis hoc posteriori tractatu differemus. In quo duas disputationes instituemus, priorem quidem de priori specie fœlicitatis seu de beatitudine hominis obiectiua, posteriorem verò, de posteriori seu de hominis formali beatitudine. *Beatitudo duplex.*

PRIOR DISPVTATIO huius tractatus.

De beatitudine hominis obiectiua.

Quid sit, & qualis esse debeat hac beatitudo.

QVAESTIO I.

BEatitudo propriè loquendo, formaliter est in ipso homine beato; nihilominus tamen bonum etiam illud seu finis in cuius fruitione beatitudo illa formalis posita est, solet appellari Beatitudo seu fœlicitas obiectiua, quia nempe est obiectum formalis & propriè dictæ fœlicitatis: quemadmodum conceptus obiectiuus dicitur obiectum formalis, & propriè dicti conceptus qui in animo concipiente residet. Ex quo intelligis beatitudinem obiectiuam esse aliquid aliud ab ipso homine, imò aliquid ipso homine præstantius, cùm sit finis absolutè vltimus propter quem homo est atque operatur; nihil autem *Beatitudo obiectiua est quid præstantius homine.*

Digitized by Google

esse vel operari debet nisi propter id quod seipso sit præstantius. Vnde illud obiectum humanæ fœlicitatis dicitur esse summum bonum absolutè; id est vndequaq; perfectũ, quod nullius rei indigẽs sibíque ipsi sufficiens propter se tantùm & non propter aliud sit summè appetibile, cuius summi boni desiderium est à natura ipsi homini insitum. Licet autem idem sit reuera obiectiua illa beatitudo & finis absolutè vltimus, ratione tamen aliqua differũt. Finis vltimus enim appellatur, quatenus est id, cuius gratia omnia operamur; Beatitudo verò obiectiua quatenus est id quo beati seu fœlices efficimur. Deinde dicitur finis vltimus respectu quarumcumque rerum quæ ad ipsum natura sua vltimò referuntur : at verò appellatur beatitudo obiectiua respectu earum duntaxat rerum quæ sunt capaces beatitudinis.

Idem dicitur finis vltimus & beatitudo obiectiua.

In quonam bonorum genere ponenda sit fœlicitas obiectiua.

QVAESTIO II.

Tria bonorum genera. Externa.

Corporis.

COnstat quidem ex præcedenti quæstione obiectiuam hominis fœlicitatem esse bonum aliquod summum, ac proinde summè ac propter se solùm appetibile. Quodnam autem illud sit quæritur, seu in quonã genere bonorum positum sit. Sunt autem in genere tria bonorum genera, nempe bona externa, quæ vulgò bona fortunæ dicuntur cuiusmodi sunt diuitiæ & honores, ad quod spectant laus, gloria, potestas, & authoritas: deinde bona corporis siue insita sint, vt sanitas, robur, pulchritudo, voluptas ; siue dissita sint, vt ea omnia quæ ad sensuum vpluptatem pertinent: denique bona animi, eaque adhuc vel insita, vt facultates, habitus, operationes, vel dissita, nempe ea omnia quorum cognitione vel amore animus delectatur. Quibus positis propositæ quæstioni sequentibus conclusionibus breuiter respondetur.

Prima conclusio probatur.

Prima conclusio. Fœlicitas obiectiua in bonis externis seu fortunæ non est ponenda: tum quia bona illa appetitum non explent, tum quia non sunt propter se expetenda, sed propter vsum: tum quia bona illa ignobiliori hominis parti nempe corpori subseruiunt ; tum quia non sunt in nostra potestate : neque enim cùm volumus, iis potimur, imò sæpè ab inuitis dominis auferuntur: tum

1. 2. 3. 4. 5.

quia

quia pleraque ex iis, vt honor, laus, gloria, pendent ex hominum falsa plerumque opinione, & simulato vt plurimum fauore.

Secunda conclusio. Fœlicitas obiectiua non est ponenda in bonis corporis siue infitis siue dissitis: tum quia bona illa, appetitum hominis adhuc non satiant: tum quia non sunt propter se expetenda, cùm omnis bona corporis habitudo ad bonum animæ referenda sit: tum quia non sunt in nostra potestate, neque enim cùm volumus voluptate potimur, aut sani sumus, robusti, vel elegantes. Adde quod in pleriſque id genus bonis, à belluis superamur. *2. Conclusio probatur.* 1. 2. 3. 4.

Tertia conclusio. Fœlicitas obiectiua non est ponenda in bonis animæ insitis. Cùm enim illa sint facultates, aut habitus, aut operationes, non potest primùm in facultatibus, aut habitibus collocari, cùm facultates & habitus propter aliud expetantur, nempe propter operationes: neque etiam in ipsa animæ operatione, nam vel eiusmodi operatio non erit præstantissima hominis operatio, vel erit: si non sit præstantissima, sanè in ea non videtur collocanda fœlicitas obiectiua, quæ debet esse summum bonum saltem in suo genere perfectissimum: si verò sit præstantissima & vltima in genere finis hominis operatio, sicque dici possit fortasse fœlicitas formalis, non tamen erit fœlicitas obiectiua, quæ est obiectum ipsius fœlicitatis formalis, quæque debet esse extra ipsum hominem, & aliquid ipso homine præstantius. *Conclusio. probatur.*

Quarta conclusio. In nullo alio dissito animi bono supradicta fœlicitas est collocanda, præterquam in Deo, cùm in ipso solo summi boni conditiones omnes reperiantur, ac ipse solus inexplebilem hominis appetitum sua infinita bonitate ac perfectione explere possit: vnde illud Augustini dictum: ***Fecisti nos, domine ad te, & ideò irrequietum est cor nostrum, donec requiescat in te.*** *4. Conclusio probatur.* *Solus Deus appetitum hominis explet.*

POSTERIOR DISPVTATIO huius tractatus.

De formali hominis beatitudine.

Quid sit & in quo posita sit eiusmodi beatitudo.

QVAESTIO I.

AGitur deinceps de beatitudine propriè dicta, quæ in eo qui fœlix dicitur, insidet; quæritúrque primò in quanam hominis parte aut facultate posita sit. Quo loco notandum nos in hac quæstione loqui tantùm de fœlicitate naturali hominis cuiusque priuati, non verò de supernaturali; aut de politica seu ciuili.

1. *Conclusio. Explicatur.* Sit igitur prima conclusio: Formalis beatitudo in operatione animi ponēda est. Cùm enim nihil sit in corpore cui laus ista debeatur, cùm ipsum corpus & quęcunque sunt in corpore insita, animo subseruiant vniuersa, videndum si quid sit in animo, quod formalem beatitudinem contineat. Cúmque, si generatim loquamur, quicquid in animo est, aut potentia sit seu ingenita facultas, aut habitus seu consuetudine parta & diuturnitate confirmata facultas, aut operatio seu elicitus à naturali facultate actus; duo verò priora ad operationem tanquam ad finem referantur; fœlicitas autem sit maximè propter se expetenda: Concludendum est fœlicitatem in aliqua eximia animi operatione collocandam esse: Et quoniam ex eiusmodi assidua operatione nascitur status quidam vitę præstantissimus, hinc tradita est hæc beatitudinis descriptio à Boetio: Status omnium bonorum aggregatione perfectus. Vt autem ex eiusmodi operatione quis denominetur fœlix seu beatus, non est necesse vt in ea perpetuò occupetur: sed satis est in ea versari vti ratio præscribit, & vitæ huius ratio atque humana imbecillitas patitur.

3. *In animo, Facultas, Habitus, Operatio.*

Formalis beatitudinis definitio.

Secunda conclusio. Secunda conclusio. In ea animi operatione ponenda est formalis beatitudo per quam obiectiua beatitudine, seu summo bono, nempe Deo perfectè, quantum patitur naturalis hominum conditio, fruimur. Ea autem animi operatio, non vna, sed duplex est, nempe contemplatio summi boni perfectissima, tum etiam eiusdem vehementissima

Duplex animi operatio.

ma dilectio. Quod autem in vtraque hac animi operatione posita sit fruitio summi boni, non verò in alterutra tantùm, probatur: Quia possessio seu fruitio summi boni consistit in vnione quadam seu adhæsione cum summo bono: Atqui non sola contemplatio, verum etiam amor firmissimus est illius vnionis nexus. Deinde quemadmodum contemplatio amorem excitat, sic amor excitatus contemplationem iuuat & promouet. Nam quo magis bonum aliquod per contemplationem nobis innotescit, eò magis in illius amorem exardescimus; & quò magis aliquid amamus, eò frequentiùs de ipso cogitamus, ac in ipsius contemplationem impensiùs incumbimus. Denique, si formalitas fœliciter esset in sola actione intellectus, vt volunt plerique, vel in solo actu voluntatis, vt alij censent, non esset homo vndequaque fœlix. Nam quid, quæso, ad fœlicitatem prodest amare summum bonum, si non nosses, aut nosse si non ames.

In vtraque posita est fœlicitas.

Probatur.

1.

2.

3.

Tertia conclusio. Ad perfectionem accidentariam supradictæ beatitudinis desideratur sanitas corporis, aut certè morborum ac dolorum grauiorum vacuitas. Ratio est, quia animus, quamdiu in isto corporis ergastulo cõtinetur, pẽdet ab optima illius habitudine, quo perfectiùs operetur: quò fit vt dum aliquis acerbissimo aliquo dolore angitur; ægrè possit contemplari, aut quoduis aliud rationis munus exequi. Quare licet in bona corporis valetudine formalis fœlicitas non sit posita, sine illa tamen nõ potest essentialis fœlicitas obtineri, ita vt accidentaria quidem sit ad prædictam fœlicitatem, sed tamen necessaria: sicut applicatio ligni ad ignem, necessaria est ad combustionem. Quod autem de valetudine corporis diximus, dici etiam potest de bonis externis, quorum mediocris copia iuxta cuiusque vitæ statum est ad fœlicitatem cõseruandam necessaria. Neque enim is potest contemplationi & amori rerum diuinarum vacare, qui in comparãdis rebus ad vitam necessariis cogitur occupari. Itaque licèt formalis beatitudo in bonis animi & non in aliis essentialiter sit posita, à bonis tamen tùm corporis cùm fortunæ mediocribus saltem conditionaliter pendet.

Tertia conclusio.

Bona etiam externa ad integram fœlicitatem desiderantur.

Porrò virtutes aut potiùs virtutum actiones non tam sunt ipsa fœlicitas, quàm rationes ad eam fœlicitatem, qua loquimur, acquirendam, conseruandam, ornandam,

Nota.

Digitized by Google

Obiectio. atque promouendam conducibiles. Quod si opponas Aristotelem docuisse 1. Eth. cap. 7. fœlicitatem esse actionem
Responsio. virtutis in vita perfecta. Respondetur Aristotelem ibi assignasse finem vltimum seu fœlicitatem vitæ humanæ
Humanæ vitæ pars duplex. non absolutè spectatæ: sed quatenus practica est. Cùm enim humanæ vitæ pars duplex sit, altera practica, altera contemplatiua: quarum illa ad hanc refertur: hinc finis practicæ refertur ad finem contemplatiuæ, ideóque finis practicæ non est finis absolutè vltimus, seu potissima beatitudo formalis humanæ vitæ, quemadmodum finis contemplatiuæ partis, qui ideò absolutè dici potest beatitudo seu fœlicitas formalis humanæ vitæ: & de hac beatitudine locuti sumus in hac quæstione.

Quanam sit supernaturalis fœlicitas, tùm huius cùm alterius vitæ.

QVAESTIO II.

Fœlicitas humana duplex. Naturalis. Supernaturalis. HActenus de naturali beatitudine quam naturæ viribus homo consequi potest, quamque solam Philosophus moralis ex instituto considerat, disseruimus. Et quamuis supernaturalis beatitudo ad Theologiam pertineat, non alienum tamen erit à nostro instituto, de hac supernaturali tam huius quàm futuræ vitæ beatitudine nonnullas assertiones Theologicas hîc subiungere.

Prima conclusio. Sit igitur prima assertio. Supernaturalis beatitudo futuræ vitæ in clara Dei visione, quæ fit maximè beneficio luminis gloriæ, simulque perfecta seu consummata eius dilectione posita est. Est enim eiusmodi beatitudo perfectissima Dei fruitio, quæ absque clara eiusdem contemplatione & eiusdem dilectione consummata concipi nullo modo potest. *Probatur primò.* Cùm enim Deus simul sit suprema veritas ac bonitas infinita, non nisi cognitione perfectissima simul & ardentissimo amore polliderí potest. Deinde cùm anima nõ nisi per suas facultates, intellectum & voluntatem sit beata, necesse est vt in præstantissima vtriusque illius facultatis actione suprema illa fœlicitas consistat. Tantaque est vtriusque actionis necessitudo, vt ex illa pendeat prædictæ fœlicitatis perpetuitas atque constantia. Dum enim beati summam illam veritatem simul ac bonitatem reuelata facie speculãtur, non possunt non per-

Digitized by Google

perpetuò amare: dumque perpetuò amant, non possunt non perpetuò in illam oculos animi intendere. Quo loco aduerte fruitionem nihil esse diuersum ab illa Dei beatifica tùm contemplatione cùm dilectione, dilectionem verò quæ ex illa fruitione consequitur, non esse ipsam essentialem beatitudinem, sed potiùs beatitudinis effectum, simúlque ipsius complementum ac veluti condimentum.

Nota.

Fruitio Dei quid sit.

Secunda assertio. Supernaturalis beatitudo præsentis vitæ præsertim contemplatiuæ, posita est in supernaturali Dei tum cognitione, quæ pendet maximè ex dono sapientiæ, cùm etiam amore qui oritur ex charitate. Et quidem potissimùm in amore seu dilectione, quia Deus perfectiùs in hac vita diligitur, quàm cognoscitur: videmus enim nunc per speciem in ænigmate (inquit Apost. ad Roman. 13.) vbi cùm tria hæc præcipua præsentis vitæ charismata inter se contulisset, nempe fidem, spem, & charitatem: sic tandem concludit. Nunc autem tria hæc, fides, spes, charitas: maior autem horum est charitas. Adde etiam beatitudinem huius vitæ in sacris literis, vt Matth. 5. maximè spectari in ordine ad futuram quatenus quædam est ad illam via: hanc autem viam vitæ sternunt maximè actus meritorij quos partim elicit partim imperat charitas. Ex quo intelligere est cùm eiusmodi actus charitatis vt plurimùm sint laboriosi propter carnis rebelles motus, & frequentes dæmonum impugnationes, fœlicitatem huius vitæ supernaturalem non esse omnibus suis numeris absolutam; sed sic appellari, quia est via ad veram omnibus bonis & cumulatissimam & certissimam. Neque obstat quod voluntas in qua insidet charitas secundùm gradum ordinémque naturæ minùs perfecta sit, quàm intellectus: sat enim est eam perfectiorem esse secundùm gratiæ donum ac rationem tendendi per actiones meritorias ad cœlestem patriam & Dei visionem tanquam ad vltimum terminum intellectualis creaturæ. Sed hæc de beatitudine tùm obiectiua cùm formali, eaque naturali & supernaturali satis: sicque finis impositus sit primæ huic Moralis Philosophiæ parti.

2. Concl. ista.

Deus perfectiùs in hac vita diligitur quàm cognoscitur.

Nota.

Fœlicitas supernaturalis huius vitæ non est integra.

Ita ista obiectiua accurrentur.

Digitized by Google

SECVNDA PARS ETHICÆ.

De Principijs actionum humanarum.

PRAEFATIO.

Principia humanarum actionum interna vel externa.

QVONIAM principia humanarum actionum ſunt in duplici differentia, alia quidem interna, vt ſunt potentiæ naturales, & habitus acquiſiti: alia externa, vt obiectum ſeu finis & cauſa mouens effectiuè, vt Deus, angeli, dæmon. Idcirco huius partis duo erunt tractatus: prior quidem de principijs internis humanarum actionum; poſterior de principijs externis earundem.

PRIOR TRACTATVS HVIVS PARTIS.

De Principijs internis humanarum actionum.

Principia actionum humanarum interna ſunt duplicis generis.

CVm interna actionum humanarum principia ſint vel à natura congenita, vt ſunt potentiæ; vel acquiſita, vt ſunt habitus: idcircò huius tractatus duæ futuræ ſunt diſputationes; prior de principijs humanarum actionum congenitis; poſterior verò de principijs earundem acquiſitis. Et licet omnes tum cognoſcitiuæ, cùm appetitiuæ facultates homini à natura congenitæ, dici poſſint aliqua ratione principia humanarum actionum, duæ tamen ſunt præcipuæ, eæque rationales potentiæ, quæ id ſibi peculiari iure poſſunt arrogare, quarum altera eſt cognoſcitiua, altera appetitiua, intellectus nempe & voluntas, ad quas reuocari poſſunt tam phantaſia quæ intellectui, cùm appetitus ſenſitiuus qui voluntati reſpondet: idcirco de vtraque illa rationali potentia præſertim agendum eſt in iſta priori diſputatione, vbi etiam de libe-

Digitized by Google

de libero arbitrio, quæ vtriusque potentiæ facultas dicitur à D. Thoma, differemus.

PRIOR DISPVTATIO huius tractatus.

De principijs internis humanarum actionum à natura congenitis.

Quomodo intellectus dicatur principium humanarum actionum, & an moueat voluntatem simúlque à voluntate moueatur.

QVAESTIO I.

PRopositæ quæstioni, quæ tres continet difficultates, tribus sequentibus conclusionibus satisfacere conabimur.

Prima conclusio. Intellectus dicitur principium humanarum actionum, non tantùm quia est facultas, cuius actiones elicitæ possunt esse humanæ, hoc est, voluntariæ seu liberæ; sed etiam maximè, quia vt actio aliqua etiam alterius facultatis ab intellectu dicatur humana seu voluntaria, prærequiritur ad eam concursus ipsius intellectus, hoc modo nempe, vt res circa quam versatur humana actio, sit ab ipsa rationali facultate cognita: nempe enim liberè circa id versari possumus, quod à ratione perceptum non fuerit: & sicut nihil in genere est volitum nisi cognitum, sic nihil est liberè volitum nisi ab intellectu cognitum. Si quæras an intellectus etiam effectiuè concurrat ad eliciendos quosuis actus humanos. Respondetur hoc videri valde probabile, licèt pars opposita sua probabilitate non careat. *1. Conclusio.* *Dubium.* *Responsio.*

Secunda conclusio. Intellectus mouet voluntatem quoad speciem actus, vt loquuntur, id est, non tantùm intellectus dicitur mouere voluntatem, quia nulla potest esse actio voluntatis nisi præcesserit actio intellectus tanquam conditio præsupponenda, quod non satis esset vt intellectus diceretur mouere voluntatem; sed etiam & maximè in quantum intellectus per antecedentem obiecti seu finis notitiam est causa, cur sequatur talis vel talis *2. Conclusio.* *Nota quòd sit facultatem animæ moueri ab aliquo.*

Digitized by Google

actio voluntatis. Quod vt intelligas, nota moueri facultatem animæ ab aliquo nihil esse quàm ab illo de potentia in actũ exeri. Cumque dupliciter facultas animæ dicatur esse in potentia, nimirum ad eliciendum vel non eliciendum actum quod vocatur esse in potentia quoad exercitium actus, vel quoad hoc vel illud, seu hoc vel illo modo agendum, id est, quoad producendum actum huius vel illius speciei, quod dici solet esse in potentia quoad specificationem actus; hinc eadem facultas duobus modis indiget mouente à quo ad actum educatur: vno quoad exercitium actus, altero quoad determinationem illius. Hoc igitur loco asserimus voluntatem ab intellectu moueri quoad speciem actus, quia intellectus proponit voluntati objectum à quo tanquam à principio formali externo actus voluntatis speciem sumunt. Vbi aduerte bonum cognitum non solum sese habere ad actus voluntatis, vt causam formalem externam, prout illis tanquam terminus ad quem referuntur, speciem tribuit, sed etiam vt finem quatenus motu metaphorico allicit voluntatem.

Voluntas mouetur ab intellectu quoad speciem actus.

Nota.

3. Conclusio. Tertia conclusio. Intellectus quoad exercitium mouetur à voluntate in actibus liberis. Experimur enim nos animum nostrum applicare ad aliquid cognoscendum, vel ab ipso retrahere cùm volumus: Adde quod principium agendi ac proinde intelligendi est finis, cùm omne agens gratia finis operetur. Atqui bonum in commune, quod habet rationem finis omnium actuum humanorum in genere, est objectum voluntatis: ideoque pertinet ad voluntatem mouere alias potentias animæ ad suos actus, ac proinde intellectum. Semper enim ars vel potentia ad quam pertinet finis vniuersalis mouet ad agendum artem vel potentiam, ad quam pertinet finis particularis sub illo vniuersali comprehensus: Sicut dux qui intendit bonum commune, scilicet ordinem totius exercitus, mouet suo imperio aliquem ex tribunis qui intendit ordinem vnius aciei: Atqui finis actionum intellectus continetur sub fine seu objecto voluntatis, quod est bonum in communi ac bonum totius supposíti.

Intellectum moueri à voluntate probatur.

Nota.

Simile.

Obiectio. Verùm obijcies. Voluntas nihil appetit nisi quod ab intellectu repræsentatur: igitur si vt intellectus actum suum eliciat, & voluntati aliquid proponat, debet priùs à voluntate moueri: dabitur in actionibus voluntatis & intel-

intellectus infinita progressio, si quidem omnem actionē voluntatis antecedet actio intellectus, & omnē actionem intellectus actio voluntatis, nullusque dari poterit actus quem non præcesserit alius. Respondetur dari aliquem actum, ad quem eliciendum intellectus non mouetur à voluntate, proindéque non omnem actum intellectus procedere ab actu voluntatis. Nā in supradicto progressu deueniendum est ad aliquem actum ad quem intellectus ab obiecto, solius phantasmatis interuentu non liberè, sed necessariò moueatur, ad quem proinde non oportet concurrere voluntatem. *Responsio.*

Obiicies rursus: Si intellectus voluntatem moueat, idémque à voluntate moueatur, idem respectu eiusdē erit mouens & motum, quod planè absurdum est. Respondeo primò non esse absurdū idem respectu eiusdem esse moues & motum in diuerso genere causæ. Finis enim est id quod ab agente fit, & tamen idem mouet agens ad operandū: Atqui in re proposita intellectus mouet voluntatē in genere causæ formalis externæ; voluntas verò intellectū in genere causæ efficientis & finalis. Secundò respondeo idem respectu eiusdem etiam in eodem genere causę esse moues & motum respectu diuersorū actuum, vt contingit in re proposita: verbi gratia, Mouet volūtas intellectum ad deliberandum iudiciúmque ferendū de pharmaco, intellectus verò per hanc actionem non concurrit cū voluntate ad ipsummet actum quo eum voluntas mouet, sed ad alium, nempe ad electionem pharmaci, quod ei vt conueniens ad obtinendum valetudinem repræsentat. *Obiectio.* *1 solutio.* *2 solutio.*

Quomodo voluntas moueat inferiores potentias.

QVAESTIO II.

SVperiori quęstione explicatum est quomodo intellectus quæ est facultas superior, moueatur à volūtate. Nunc verò explicandū est quomodo inferiores potentię, quæ illius imperio subsunt nēpe facultates sensitiuæ, ab ipsa moueantur, & quale sit in eis voluntatis imperium.

Notandum autem est imprimis, non omnes inferiores animæ facultates in homine voluntatis imperio subesse. Nam ea quæ gradum vegetandi sequuntur, cùm sint *Notandum primò.*

omnino naturales, nullo modo rationis participes esse possunt, ita vt ne quidem rationis imperio subsint: At verò potentiæ sensitiuæ, quæ gradum sentiendi consequuntur, etsi propriè loquendo rationis sint expertes, nihilominus tamen eatenus ab Aristotele 1.Ethic.ad Nicomac.vlt.dicuntur participes rationis,quatenus aptæ natæ sunt imperio rationis obtemperare.Notandum est secundò imperium esse duplex,alterum despoticum seu herile, quo herus seu dominus imperat seruis qui facultatem resistendi non habent, cùm nullo modo sint sui iuris:alterum politicum seu ciuile, quo princeps reipublicæ imperat ciuibus,qui licèt eius dictis obediant,attamen cùm liberi sint,aliquid suum habent quo eius imperio resistere valeant. Denique notandum est partis animæ sensitiuæ tres esse præcipuas facultates in genere,nempe cognoscitiuam, quæ omnes sensus tum internos cùm externos complectitur;appetitiuam,quæ vtrumque appetitum cõcupiscibilem nempe & irascibilem continet; denique locomotiuam, quæ in membris externis præsertim residet. His præmissis, propositæ quæstioni sequentibus conclusionibus satisfiet.

2. *Imperium duplex.*

Tertio. Facultas animæ triplex.

1.Conclusio. Prima conclusio. Voluntas mouet actiuè reliquas animæ potentias quæ illius imperio subduntur concurrendo cum illis tanquam causa vniuersalior;ita vt ex potentia cum qua voluntas concurrit,& ex ipsa volũtate fiat vna integra causa à qua vna eadémque numero actio manat.Ex quo intelligis actionem qua voluntas formaliter mouet alias potentias,esse transeuntem: neque enim distinguitur ab actione elicita aliarũ potentiarum, quæ respectu voluntatis dicitur imperata: præterea concursum illum voluntatis interdum esse spiritualem, nempe cùm voluntas concurrit cum potentia spirituali, vt cum intellectu:aliquando verò materialem, nempe cùm voluntas concurrit cum potentia corporea seu inhærente organo corporeo,vt cum imaginatione vel appetitu sensitiuo.

Quid sit concursus voluntatis.

2. Conclusio. Sensus communis imperio voluntatis non subiacet. Secunda conclusio. Voluntas mouet sensus internos imperio politico duntaxat,non despoticè.Neque enim sensus illi voluntati ad nutum semper obediũt;immò inter illos,sensus communis non videtur vllo modo voluntatis imperio subesse. Perseuerante enim sensus externi operatione necessariò operatur,nec impediri potest. Reliqui verò

verò ſenſus interni nonnũquã adeò tenaciter rem apprehendunt, vt voluntas eorũ cogitationem aut nullomodo, aut difficile compeſcat. Oritur autem eiuſmodi cogitationũ pertinacitas vel ex præſentia obiecti, vel ex interna dæmonum inſtigatione, vel ex naturali tẽperie organi, vel ex nimio affectu appetitus ſenſitiui. Quod ſpectat ad ſenſus externos, nullo modo ſubsũt per ſe & directè imperio voluntatis, ſed tantùm per accidens, quatenus poteſt voluntas illorum actus impedire, ſubminiſtrando aliquod impedimentum ex parte organi, vel obiecti, vel medij. *Cogitationum pertinacitas vnde naſcatur.*

Tertia concluſio. Voluntas mouet appetitum ſenſitiuum imperio politico duntaxat, non deſpotico: Et quidem quod appetitus animalis ſubſit imperio rationalis, ſatis conſtat experientia, cùm ipſius effrænatos motus poſſimus pro arbitrio incitare vel coercere, iuxta illud Gen. 4. *Sub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius.* Quod verò politico duntaxat, non verò deſpotico voluntatis imperio ſubſit, eadem experientia conſtat. Sæpe enim vehementi impetu in bonum aliquod ſenſibile fertur appetitus reclamante iudicio rationis, & præter voluntatis inclinationem. Quod clarè ſignificat Apoſt. ad Ro. 7. *Non quod volo bonum hoc ago, ſed quod odi malum hoc facio.* Poteſt autem hæc reſiſtentia ex iis idem cauſis oriri, ex quibus præcedenti concluſione docuimus cogitationum ſeu imaginationum pertinacitatem oriri. Porrò voluntas non mouet appetitum niſi mediante ſenſuũ internorum phantaſiæ nempe vel æſtimatiuæ notitia, cùm appetitus non feratur in incognitum. *3. Concluſio.* *Appetitus voluntati ſubiect.* *Eidem reluctatur nonnunquam.*

Quarta concluſio. Voluntas mouet membra externa quoad motum ſpontaneum illis conuenientem imperio planè deſpotico citra vllam repugnantiam: Cur autem diſpar ſit obtemperandi ratio in membris corporis & in appetitu ſenſitiuo, conſtat ex eo quod facultas appetitiua eſt magis ſui iuris, quàm facultas motrix membrorum externorum, ſequitur enim naturaliter facultatem apprehenſiuam, nempe imaginationem ſeu phantaſiam, quæ iudicio rationis ſæpenumero contrariatur: At verò facultas motrix membrorum ſpontanea immediatè ſequi poteſt imperium rationis, licèt vt plurimùm id fiat etiam interuentu appetitus ſenſitiui. Si quæras, an membra externa moueri poſſint nonnunquam à ſolo appetitu ſenſi- *4. Concluſio* *Nota.* *Dubium.*

Responsum. tiuo absque vllo voluntatis imperio. Respondeo id posse contingere cùm sit admodum verosimile motus quosdam membrorum repentinos non semper prouenire à voluntate etiam deliberata, sed nonnunquam à solo appetitu: vt cùm aliquis natura biliosus ex subita appetitione vindictæ manum effert ad lædendum.

Vtrùm appetitus sensitiuus moueat voluntatem.

QVAESTIO III.

NOn est hîc quod de phantasia aut æstimatiua quicquam seorsim dicatur; neque enim sensus illi absque aliqua motione appetitus sensitiui voluntatem mouere queunt, neque etiam ipse appetitus voluntatem allicit, nisi ipse præuia sensus interni apprehensione priùs excitetur. Itaque proposita quæstio triplici conclusione explicatur.

1. Conclusio. Prima conclusio. Appetitus aliqua ratione mouet voluntatem. Experimur enim motum appetitus inclinare ad se voluntatem; iuxta illud Iacobi 1. *Vnusquisque tentatur à concupiscentia abstractus & illectus.*

2. Conclusio. Secunda conclusio. Appetitus non mouet voluntatem imperando cùm facultas interior & corporis organo affixa non habeat imperium, vel dominium in potentiam superiorem & immaterialem.

3. Conclusio. Tertia conclusio. Appetitus mouet voluntatem indirectè & mediatè, vt scribit D. Thomas ex parte obiecti (hoc est vt ipsemet explicat) interuentu notitiæ intellectiuæ, quæ obiectum amplectendum aut declinandum proponit. Passio enim appetitus est in causa cur intellectus hoc vel illo modo aliter atque aliter de re iudicet; quò fit vt voluntas quæ sequitur iudicium intellectus idem sæpe velit aut repudiet quod ipse appetitus. Potest autem adeò esse vehemens appetitus, vt omninò rationis vsum absorbeat, sicque necessariò trahat voluntatem, quamuis id semper fiat interueniente iudicio rationis, sed perturbato. Turbat autem ac peruertit omninò iudicium rationis appetitus affectio, cùm ei deliberandi facultatem adimit; dum cogit ipsum intellectum statim cogi-

Vehemens passio iudicium rationis peruertit.

cogitare de obiecto passionis. Vnde tales motus voluntatis qui ex tali iudicio perturbato sequuntur dicuntur indeliberati.

Quomodo voluntas liberum sit agendi principium, vbi de libero arbitrio.

QVAESTIO IV.

QVoniam liberum arbitrium censetur esse proximum & immediatum principium humanarum actionum quæ eatenus humanæ seu liberæ dicuntur, quatenus à libero arbitrio proficiscuntur. Idcirco hoc loco nonnullæ difficultates de libero arbitrio explicandę sunt.

Prima difficultas.

Quid sit liberum arbitrium.

Prima, quid sit liberum arbitrium. Respondetur: Licèt ex vi nominis significet actum quendam rationis imperatum à voluntate, cùm arbitrari nihil aliud sit quàm de re aliqua deliberare, aut de ipsa probabiliter iudicare: Nihilominus tamen communiter apud Philosophos & Theologos significat potentiam seu facultatem hominis electiuam; nempe ipsam voluntatem quatenus circa suos actus libera est: Quare non malè ex doctrina D. Thomæ 1. parte qu. 83. sic describi potest liberum arbitrium; Potestas libera eligendi ex ijs quæ ad finem conducunt vnum præ alio, aut vnum idemque acceptandi vel respuendi: vel breuius; Voluntas libera quatenus libera. Vt autem planiùs intelligas quænã sit illa voluntatis libertas quæ ad formalem rationem liberi arbitrij pertinet. Notandum est libertatem, sicut & liberum dupliciter accipi: primò vt ducitur à verbo (libero) opponiturque seruituti: quæ appellari potest libertas conditionis. Secundò vt deducitur à verbo (libet) dicíque potest libertas appetitionis, quomodo dupliciter adhuc sumitur. Primò vt opponitur coactioni, dicitúrque libertas à coactione, qualis reperitur in spontaneis motibus non tantùm hominum, sed etiam belluarum. Secundò vt opponitur necessitati, dicitúrque libertas à necessitate, qualis reperitur in actionibus humanis seu propriè liberis. Notandum est secundò libertatem non tantùm reperiri formaliter in ipsis actionibus, sed etiam & quidem primariò, in ipsa potentia seu facultate appetitiua à qua eiusmodi actiones liberæ eliciuntur, vel imperantur. Libertas igitur, quæ formaliter est in voluntate, quæque ne-

Descriptio liberi arbitrij.

Nota. Liberum & libertas dupliciter accipiuntur.

Libertas voluntatis, quanam sit, & quotuplex.

cessariò desideratur ac constituendum liberum arbitrium, est libertas à necessitate, quæ vulgò duplex constituitur; altera cõtradictionis seu quoad exercitium actus; altera contrarietatis seu quoad specificationem actus.

N.B. Notandum tertio illud agens dici liberum hoc postremo genere libertatis, quod positis omnibus requisitis ad agendum potest agere, & non agere; aut ita vnum agere vt contrarium agere possit, ita vt non tantùm non cogatur, sed etiam à nullo necessariò determinetur ad agendum, aut non agendum præterquam à seipso.

Secunda difficultas.

Liberum arbitrium idem cum voluntate realiter.

Secunda difficultas est, quî differat liberum arbitrium ab intellectu & voluntate. Respondetur esse idem realiter cum voluntate, vt probat Diu. Thomas 1. p. quæst. 83. articul. 4. quia est eiusdem potentiæ, velle & eligere: At voluntas est finis qui propter se appetitur, liberum arbitrium est mediorum ad finem quæ cadunt sub electionem: distinguitur tamen conceptu aliquo formali à voluntate, quatenus voluntas qua voluntas vt sic, se ad plura extendit quàm liberum arbitrium, nempe ad actus quosdam non liberos ad quos liberum arbitrium non pertingit. Itaque cùm voluntas ab intellectu reipsa & formaliter distinguatur, liberum autem arbitrium sit idem realiter cum ipsa voluntate, facilè est intelligere, non formaliter modò, sed etiam realiter ab intellectu distingui.

Ab eadem differt conceptu quodam formali.

Quomodo liberum arbitrium à ratione dependeat.

Vt autem intelligas quomodo liberum arbitrium ab intellectu seu ratione dependeat, sciendum est liberum arbitrium sicut & ipsam libertatem voluntatis duobus modis spectari posse; primò quoad potentiam seu habitum; secundò quoad actum seu vsum. Si igitur priori modo spectetur, nullo modo pendet ab intellectu, sed à solo Creatore Deo, qui ad majorem sui gloriam principium illud agendi liberè rationali creaturæ indidit. Si autem posteriori modo spectetur, sic sanè pendet ab intellectu seu ratione, quia non potest facultas libera in actum exeri, nisi præcedat rationis iudicium aliquod, à quo etiam nomen ipsum liberi arbitrij accepit: atque isto sensu Diu. Thomas 1. 2. quæst. 1, articul. 2. ait: liberum arbitrium esse vtriusque potentiæ, nempe rationis & voluntatis facultatem, id est, ab vtraque potentia quoad vsum dependentẽ. Et idẽ doctor Angelicus 1. p. qu. 83. art. 1.

Liberum arbitrium est vtriusq. potentia, rationis nempe & voluntatis facultas.

ex eo

ex eo probat hominem esse liberi arbitrij, quia agit ex iudicio rationis libero, seu ad vnum minime determinato propter indifferentiã rationis circa contingentia seu particularia agibilia, quale iudicium nõ reperitur in belluis.

Tertia difficultas est an verè detur supra descripta libertas humani arbitrij, seu an homo verè sit præditus supradicto libero arbitrio, ita vt verum habeat in suos actus dominium. Respondetur, ita esse, tum quia id fides orthodoxa docet ex varijs sacræ Scripturæ locis Genes. 4. *Nonne si bene egerù*, &c. Ios. vlt. *Optio vobis datur eligere*. Eccles. 15. *Deus ab initio constituit hominem rectum, & reliquit eum in manu consilij sui.* Et paulò post ibidem. *Apposuit tibi aquam & ignem, ad quod volueris porrige manum tuam.* tùm ex œcumenicorum conciliorum decretis & nouissimè Concilij Trident. sess. 6. c. 1. denique ex multis sanctorum Patrum authoritatibus. Nec fides tantùm, verùm etiã ratio & naturalis experientia idem docent. Et vt prætermittam paulò ante allatam D. Thomæ rationem: ratio alia duci posset ab iniuria quæ naturæ humanæ (quam belluinæ simílem faciunt qui libertatem tollunt) & Deo (quem ijdem in homines iniurium faciunt) infertur. Deinde alia ratio duci potest ab ipsa peccati ratione; implicat enim contradictionem, peccatum esse, & non voluntarium ac liberum: Adde superfluas fore admonitiones & adhortationes ad virtutem: inutilia fore capta de rebus agendis consilia: pœnas & supplicia iniustè male agentibus esse imposita. Denique etiã nulla esset ratio, ipsa tamen non conuincit experientia qua experimur nos pleraque pro libito posse agere vel non agere.

3 *Difficultas.* *Hominem esse liberi arbitrij probatur primo authoritate.* *Secundo ratione.* 1. 2. 3.

Quarta difficultas est, ad quosnam actus se extendat libertas humani arbitrij. Repetendũ est hìc quod suprà docuimus, libertatem humani arbitrij propriè esse libertatẽ à necessitate: Deinde illam esse duplicem, nempe libertatem quoad exercitium actus, quæ potest dici libertas cõtradictionis, & libertatem quoad specificationem actus, quæ dici potest libertas contrarietatis. Quibus positis,

4 *Difficultas.*

Respondeo primo voluntatem in statu futuræ vitæ non esse liberam neque quoad exercitium, neque quoad specificationem circa actum amoris Dei clarè cogniti. Sicque actus ille non est liber, licet sit voluntarius, id est à voluntate sponte, id est, non inuitò elicitus. Vbi nota

Nota. quod necessitas illa non facit voluntatem deterioris conditionis, quia non determinat indifferentiam voluntatis illam cogendo, sed potius complendo & perficiendo, cùm proueniat ex perfectissima apprehensione objecti vndequaque & summe boni.

Secunda assertio. Respondeo secundò voluntatem in præsenti statu esse liberam quoad exercitium actus circa quodcumque objectum, hoc est, illam posse pro libito elicere vel suspendere actum circa quodcumq; objectum etiam vndequaque bonum: tum quia potest liberè auertere animum à cogitatione talis objecti, tum quia perseuerante etiam tali cogitatione potest pro sua libertate suspendere actum volitionis vel amoris, idque prpter defectum ipsius apprehensionis intellectiuæ in statu præsentis vitæ.

3. Assertio. Respondeo tertiò: voluntatem in hac vita non esse liberam quoad specificationem actus, circa bonum in communi, aut circa malum in communi, nec etiam circa id peculiare bonum quod nullam habet rationem mali, vt est beatitudo; aut circa peculiare malum si absque vlla ratione boni illi repræsentaretur: id est voluntas potest quidem velle seu amplecti bonum in communi, similitérque bonum vndequaque bonum, aut non velle seu suspendere actum volitionis aut amoris circa illud bonum, sed non potest nolle positiuè, seu respuere vel odisse. Itemque voluntas potest nolle seu respuere vel odisse malum in communi, similitérque malum peculiare quod absque vlla ratione boni illi repræsentaretur, aut etiam non nolle, seu non respuere, vel non odisse. At non potest velle seu consectari vel amare tale malum.

4. Assertio. Respondeo quartò. Voluntatem esse liberam non tantùm quoad exercitium, sed etiam quoad specificationem actus circa bonum quodlibet in particulari in quo potest aliqua ratio mali repræsentari. Itémque circa malum in particulari in quo potest aliqua ratio boni conderari. Quod sic accipiendum est non tantùm quia voluntas ita potest amare huiusmodi bonum vt possit illud idem respuere vel odisse, quia in eo potest aliqua ratio mali spectari, sed etiam quia potest amare malum illi bono oppositum, quia in illo malo peculiari potest aliqua boni ratio spectari. Ex quo intelligis libertatem contrarietatis duplicem assignari posse, nempe vnam esse libertatem

Libertas contrarietatis duplex, prima quoad actum.

con-

contrarietatis quoad actum ipsum, cùm contrarietas inter ipsos actus formaliter reperitur, qualis est contrarietas inter velle & nolle positiuè, seu inter amplecti & respuere, inter amare & odisse. Alteram verò esse libertatem contrarietatis quoad obiectum, cùm contrarietas non reperitur inter ipsos actus nisi ratione contrariorum obiectorum, qualis est contrarietas inter velle bonum aliquod peculiare, aut velle malum illi bono oppositum, ad quam reuocari potest libertas indifferentiæ circa plura bona quæ vt sic non sunt contraria, sed tantùm disparia, vt posse velle hoc vel illud bonum. *2. quoad obiectum.*

Quinta difficultas est quale iudicium rationis requiratur ad vsum liberi arbitrij. D. Tho. & sectatores existimauerunt requiri semper iudicium aliquod practicum à quo ita determinatur voluntas vt istud statim & quidem infallibiliter sequatur, quod propterea vocant iudicium practicè practicum, quod sine præiudicio liberi arbitrij fieri dicunt, eo quòd tale iudicium sit liberum, id est, à libera voluntate imperatum. Verùm quia illa opinio grandes & explicabiles patitur difficultates, probabilius est asserere eiusmodi iudicium practicè practicum non esse necessarium ad vsum liberi arbitrij, sed satis esse illud iudicium quo medium iudicatur vtile & pensatis omnibus aptum quod eligi possit: quod iudicium licèt verè sit determinatum, posito tamen tali iudicio manet adhuc voluntas indeterminata, ita vt possit actum suspendere, quia per tale iudicium iudicatur ita hoc bonum esse eligibile, vt tamen non sit necessariò eligibile. *Nostra assertio.*

Sexta difficultas est, an maneat liberum arbitrium in ipso actu, seu an voluntas etiam dum operatur sit verè libera. Respondeo ita esse, alioqui nullus daretur actus liber nisi quatenus futurus esset, ac proinde nullum esset propriè meritum. Itaque voluntas in eodem instanti reali quo elicit actum, priùs natura quàm eliciat actum, intelligitur habere potestatem ad eliciendum vel suspendendum actum; sicque in sensu diuiso voluntas etiam dum operatur censetur libera licèt in sensu composito dicatur necessariò operari. Sed hæc de libero arbitrio satis, atque adeò de principiis internis congenitis actionum humanarum. *Sexta difficultas. Resp. probatur. Voluntas dum operatur quo modo dicatur libera.*

POSTERIOR DISPVTATIO huius tractatus.

De principiis internis humanarum actionum acquisitis, nempe de habitibus.

Quid sit Habitus.

QVAESTIO I.

Definitio Habitus.

HAbitum hoc loco accipimus quatenus pertinet ad primam speciem Qualitatis, definitúrq; ab Aristot. 7.Ph.c.3. dispositio perfecti ad optimum, id est, dispositio subiecti integri & omnibus suis partibus ac facultatibus instructi ad optimum sui statum, qui in perfectissima eius operatione præsertim consistit. Habitus autē sunt principia perfectissimè operādi. Verùm quia hæc definitio solis habitibus competit, posset generalius & aptius definiri in hunc modum: Qualitas vel dispositio subiecti non dās ei primam facultatem operandi, sed conferens facultatē faciliùs ac determinatiùs operandi, quæ manet in subiecto, ipso etiā non operante. Qua definitione distinguitur primo habitus acquisitus à naturali facultate per quā confertur prima facultas operādi, deinde ab habitibus infusis qui conferunt facultatem operandi simpliciter; præterea ab iis habitibus qui non sunt per se operatiui; cuiusmodi est pulchritudo, sanitas, &c. denique ab actione quę nō est potentia, sed actus. Quod autem eiusmodi habitus cōcedendi sint volūtati in ordine ad actus morales, patet; tùm ex indeterminatione, cùm ex difficultate quam experitur voluntas in suis actibus. Quare necesse est, vt per aliquos habitus sibi superadditos ad hos potiùs quàm ad illos actus inclinetur, atque etiam ad eosdem faciliùs & perfectiùs exercēdos iuuetur. Sic experimur eū qui sibi cōparauit habitum temperantiæ procliuem esse ad actus temperantiæ, nec vllam in eis exercendis difficultatē pati: secus autem contingere in eo qui nondū sibi eiusmodi habitum comparauit. Quòd si opponas oculū indeterminatum esse ad hos vel illos colores videndos, deinde etiam sæpissimè difficultatem pati, immò in errorem labi circa obiecta visibilia, nec tamen admitti habitum in oculo.

Accuratior definitio.

Admittendos esse habitus probatur.

Obiectio.

Respon-

Digitized by Google

Respondetur hanc indeterminationem & difficultatem non prouenire ex vlla indispositione facultatis: Et quidē quod spectat ad indeterminationē, satis tollitur per solā partem obiecti præsentiā. Quod verò spectat ad difficultatē aut deceptionē; Respondetur eam nō oriri ex vlla repugnantia ipsius facultatis videndi, ex indispositione organi, vel indebito situ obiecti, vel etiam ex indebita dispositione medij interiacētis inter organum & obiectū: At indeterminatio voluntatis non tollitur ex sola presentia obiecti, quia obiecto presente potest circa illud actum suspēdere, immò etiam ad aliud se diuertere; difficultas verò quam patitur ex ipsiusmet voluntatis indispositione prouenit.

Responsio ad 1 partem obiectionis.

Responsio ad secundam.

Quomodo acquirantur, deinde augeantur morales habitus.

QVAESTIO II.

ETsi nonnulli habitus vnico dūtaxat actu acquiri possint, vt in intellectu habitus scientiæ vnica demōstratione: Nihilominus tamen permulti alij sunt qui partim ob inefficaciam actuum, partim ob resistentiam subiectorum non nisi frequenti eorundem actuum repetitione acquiri possunt: Cuiusmodi sunt morales habitus, qui propter prauam voluntatis inclinationem & appetitus sensitiui rebellionem non nisi repetitis actibus in ipsa voluntate procreantur. Actus autem illi per quos habitus acquiruntur, debent esse eius facultatis in qua recipiuntur, vt quia prudentia moralis est habitus in intellectu residens, idcirco nonnisi per actus intellectiuos procreatur. Item quia iustitia, fortitudo, temperantia, sunt habitus interni ipsius voluntatis, ideò nonnisi actibus internis ipsius voluntatis acquiruntur.

Per quosnam actus habitus producantur.

Gratis autem hîc difficultas oritur: cùm enim habitus illi morales simul ab omnibus illius actibus in sui productione dependeant, ita vt singuli actus aliquid ad ipsum habitum producendum conferant, & quidem in genere causæ efficientis, quæritur iam an omnes illi actus eodem modo se habeant ad habitum producendum.

Difficultas circa productionem habituum.

Nonnulli arbitrantur per priores actus tantùm disponi facultatem ad recipiendum habitum, vltimum verò actum virtute præcedentium producere habitum,

Digitized by Google

Varia de re proposita sententiæ. Alij in oppositum dicunt per primum actũ duntaxat totalem habitum produci, per actus verò subsequentes eundem iam productum confirmari & stabiliri, vel vt loquũtur, radicari in subiecto. Verùm probabilius arbitramur neque per primum, neque per vltimum actum duntaxat: sed per omnes & singulos collectiuè sumptos produci habitum: quo loco per habitum intelligimus dispositionẽ subiecti firmiter inhærentem. Quod igitur per primum dũtaxat actum non producatur eiusmodi habitus firmiter inhærens, satis constat experiẽtia. Quod verò vltimus ille actus non sit expectandus eadem constat experiẽtia, cùm ante vltimum actum, si iam plures actus virtutis aliquis exercuerit, sentiat se non mediocriter ad eam virtutem sublatis grauioribus difficultatibus inclinari. Adde quod difficile esset assignare quis ille foret vltimus actus per quem habitus virtute præcedentium produceretur.

Probabilior sententia.

Confirmatur.

Dubitatio. Quod spectat ad modum quo habitus augetur, constat quidem repetitis actibus augeri: verùm cùm actiones ad habitum cõparatæ, aut remissæ, aut æquè intensæ, aut remissiores ipso habitu; quæstio est an habitus nõ possit augeri nisi intensioribus actibus. Cui respondetur ita esse: nã actiones remissæ habitum debilitant, æquè intensæ fouent, sed intensiores augent. Quod igitur soli intensiores actus possint augere habitum, non verò remissiores, aut æquè intensi: Probatur, quia, vt scribit Arist. l. de ortu & interitu, actio non fit à proportione minoris inæqualitatis, sed à proportione maioris inæqualitatis, id est agens infirmius aut debilius, aut æqualium virium non agit in fortius aut æquè fortè: sed debet esse maioris virtutis, quàm sit id in quod agit. Quare non potest remissior actus agere in habitum intensiorem seu ipsum perficere.

Responsio.

Probatur.

Quomodo habitus concurrant cum facultatibus ad operandum.

QVAESTIO III.

Quorundam sententia. SVnt qui licèt vltrò fateantur facultatem habitu instructam promptiùs & perfectiùs operari quàm si eodem destitueretur, negant tamen habitum esse verum agendi principium, sed aiunt meram esse dispositionem subie-

subjecti omnis efficientiæ expertem: ex qua tamen pendet maior facultatis efficacia. Verum probabilius est habitum simul cum facultate quam instruit effectiuè concurrere ad eliciendum actum. Neque enim habitus dicitur tantùm dispositio perfecti, id est, subjecti, sed dispositio subjecti ad optimum, nempe ad actum. Adde etiam nullum fore discrimen inter habitus operatiuos, si nullus habitus esset verum agendi principium. Licet enim quidam sint habitus non operatiui, vt pulchritudo, &c. alij tamen plerique & fermè omnes sunt operatiui, ac proinde vera agendi principia. Et licet verum sit totam actionem esse à facultate, non repugnat tamen eandem simul esse ab habitu in eodem genere causę subordinatæ. Sicut idem opus totum pendet à manu artificis & simul à malleo. Instabis habitum produci per actiones, ac proinde non posse esse principium seu causam effectiuam earundem. Cui respondetur habitum non posse esse effectum simul & causam earundem numero actionum; sed posse dici respectu earundem specie: in quo nihil absurdi est, cum pluuia vaporibus primùm excitata, vapores rursum excitet, non quidem eosdem numero, sed eosdem specie.

Probatur sententia.

Quidam habitus non operatiui.

Obiectio.

Solutio.

Quomodo corrumpantur habitus.

QVAESTIO IV.

CONstat quidem intereunte subjecto proprio, habitum sicut & quoduis aliud accidens deperire; verbi gratia, si anima aut animæ facultates perirent, omnes quoque animę aut ipsarum facultatum habitus extinguerentur. Certum etiam est subjecto adhuc integro & superstite habitum contrarijs actibus ab ipso expelli posse, id est aboliri. Verbi gratia, habitus iustitiæ in voluntate contractus, superstite ipsa voluntate per actus iniustitiæ paulatim remittitur, tandémque prorsus interimitur.

Verum difficultas est, an sola cessatione actuum idem habitus deperdi posset. Experientia quidem compertum est inerti otio virtutum habitus frangi paulatim ac debilitari; quod tamen nonnulli subtiliter quoad vsum, non quoad substantiam habitus interpretantur. Et certè si res ad viuum resecetur, non videtur posse habitum

Difficultas.

Enodatur difficultas.

Digitized by Google

ipsum deleri sola cessatione actus præcisè considerata: quare cùm aliqua virtus inertiâ & otio videtur languescere, non tam habitus ipse virtutis deperditur, quàm vsus ipsius habitus præpeditur ob rebellionem appetitus qui per eiusmodi virtutum inducias vires nouas resumit. Adde etiam vix fieri posse, vt cessante alicuius virtutis actione oppositus illi habitus per occultos saltem & secretos ipsius voluntatis actus non producatur, sicque non per solam cessationem actus, sed per oppositum habitum prior ille virtutis habitus destruitur; quia tamen actus illi sæpenumerò adeò occulti sunt & taciti, vt eos ipse etiam in quo sunt non aduertat. Hinc fit, vt deperditę virtutis ruina soli inertiæ & segnitiei tribuatur, quamuis reuera per oppositum habitum destruatur. Sed hæc de habitibus atque adeò de principijs internis actionum humanarum siue congenitis, siue acquisitis satis dicta sint. Superest vt de principijs earundem externis sequenti tractatu disseramus.

POSTERIOR TRACTATVS HVIVS PARTIS.

De Principijs externis humanarum actionum.

De quibusnam externis principijs actionum humanarum hic agatur.

ETsi Finis & Bonum dici possint externa humanarum actionum principia in genere causæ finalis, vel formalis externæ: non tamen de ijs hoc loco agitur, cùm iam de illis dictum sit in prima parte; sed tantùm de ijs quæ perrinent ad genus causæ efficientis, vt sunt Deus, angeli, dæmones. Et quoniam Deus aliter dicitur principium humanarum actionum quam angeli vel dæmones, quia nempe efficaciter mouet, hi tantùm suadent & excitant: hinc duas instituimus huius tractatus disputationes, quarum prior erit de principio efficaciter mouente, nempe Deo; posterior verò de principio excitante duntaxat, angelo nempe & dæmone.

PRIOR

PRIOR DISPVTATIO huius tractatus.

De principio externo humanarum actionum efficaciter mouente.

Quomodo Deus dicatur principium externum humanarum actionum.

QVAESTIO I.

NOn tantùm Deus dici potest principium externum humanarum actionum in genere causæ finalis, quatenus est finis obiectiuus cuius gratia omnes humanæ actiones elici debent, sed etiam in genere causæ efficientis: Quod quidem duobus modis intelligi potest, primò quidem quatenus est causa quædam vniuersalis, quæ simul cum ipsa facultate libera influit in ipsius actum, seu effectiuè concurrit ad actum liberè eliciendum. Secundò quatenus est causa efficiens ipsius facultatis liberæ, potéstque ipsam excitare seu mouere ad actum eliciendum: Deum igitur vtroque modo esse principium externum actionum humanarum asserimus. Et quidem Deum priori modo esse principium humanarum actionum probatur, quia non tantùm res, verumetiam rerum ipsarum operationes tam naturales quàm liberæ, pendent à Deo tanquam à prima simul & vniuersali causa, qui propterea dicitur operari omnia in omnibus. Quare meritò Durandi sententia tanquam minus in fide tuta ab omnibus Theologis exploditur, asserentis Deum non alio influxu concurrere cum creaturis ad agendum, quàm conseruando illarum naturas & vires. Nam & ipsas quoque creaturarum operationes fouet, regit, moderatur, atque ad conuenientem finem dirigit.

Deum principium humanarum actionum in duplici genere causæ. Assertio.

Prima pars assertionis probatur.

Quod verò etiam posteriori modo Deus sit principium humanarum actionum patet; quia id censetur alicuius actionis externum principium, quod proximum seu intimum actionis principium excitat ad agendum: atqui eo modo se habet Deus ad actiones humanas, cùm voluntatem, quæ est proximum ac intimum principium

Posterior pars assertionis probatur.

illarum, excitet ad agendum. Verùm de vtroq; modo quo Deus dicitur principium humanarum actionum deinceps ſpecialiùs dicendum eſt ; & primùm quidem de priori ſeu de curſu Dei cum libero arbitrio, ſecundo de motione voluntatis à Deo.

Quomodo Deus concurrat cum voluntate ad actus humanos.

QVAESTIO II.

DEum concurrere cum voluntate ad hoſce actus, nihil aliud eſt, quàm Deum vt cauſam primam & vniuerſalem ſimul cum libero arbitrio tanquam cum cauſa ſecunda & particulari, per modum vnius totalis cauſæ influere in ipſum actum immediatè. Eſt autem ad actionem eliciendam quamlibet eliciendam neceſſarius vterque concurſus, nempe cauſæ primæ, & cauſæ ſecundæ : illius quidem, quia ab illa pendet cauſa ſecunda in eſſe & operari: huius verò quia per hanc illius influxus generalis & differens determinatur ad hunc vel illum effectum producendum : immò illi duo concurſus ſunt adeò connexi, vt ſint vna eadémque actio qua effectus producitur, quæ quatenus eſt à Deo vniuerſaliter influente, dicitur influxus generalis ; vt verò à cauſa ſecunda taliter vel taliter agente, dicitur concurſus ſeu influxus cauſæ particularis, verbi gratia, ignis. Sic igitur actio libera, tota immediatè pendet tum à voluntate cùm à concurſu Dei ; ita vt concurſus ille non ſit influxus quo Deus primò per ſe moueat voluntatem ad operandum, ſed quo cum ipſa voluntate concurrat ad actum liberum eliciendum. Vbi nota concurſum illum non eſſe cauſam efficacem & ſufficientem ad actum liberè eliciendum abſque libero concurſu voluntatis ; immo quod hic potius quàm ille actus circa hoc vel illud eliciatur, à ſolo concurſu liberi arbitrij prouenit. Et licet poſito concurſu generali circa talem actum neceſſariò ponatur talis actus, cum ſupradictus concurſus ab actu minimè diſtinguatur : non tamen deſinit actus ille eſſe liber, quia prouenit à cauſa ſecunda libera, nempe à voluntate. Ex quibus intelligere eſt, ſupradictum generalem concurſum nullam inferre humanis actibus neceſſitatem, cùm voluntas maneat ſemper æque indifferens & libera circa ſuos actus.

Ad actionem eliciendam concurſus duplex requiritur

Quàſit concurſus Dei cum voluntate.

Nota.

Corolarium.

Quomodo

Digitized by Google

Quomodo Deus moueat voluntatem ad agendum.

QVAESTIO III.

PRæter illum ſupradictum influxũ quo Deus ſe habet concomitanter cum voluntate ad eliciendum actum, alius non niſi probabilitate à pleriſque admittitur, quo Deus ſe habet antecedenter cum voluntate ad eundem actum eliciendum, quo nempe Deus mouet, excitat & applicat voluntatem ad agendum: de quo maior eſt difficultas quàm de ſuperiori concurſu; eò quòd per ipſum videatur voluntas quaſi ab extrinſeco determinari ad agendũ antequam ſeipſam determinet; quod humani arbitrij libertati videtur nonnihil repugnare; nihilominus tamen expreſſe docet D. Thomas 1.p.q.105.artic.4.& 1.2.q.9.art. 4.& 6. Deum mouere voluntatem ipſam, ita vt voluntas non poſſit operari niſi à Deo mota & excitata; eo quod ab ipſo tanquam à generante vim ipſam operandi acceperit. Qua verò ratione cùm eiuſmodi motione Dei ſtet libertas arbitrij, explicat idem doctor Angelicus 1.2.qu. 10.artic.4. Quia nempe Deus res ſeu cauſas ſecundas mouet modo naturæ ſuæ congruenti; quare cùm voluntas ſit facultas non determinata ad vnum, ſed indifferenter ſe habens ad multa; ſic Deus ipſam mouet vt non ex neceſſitate ipſam ad vnum determinet: quo fit vt motus voluntatis remaneat contingens & non neceſſarius. *Sententia D. Thomæ*

Vbi notandũ eſt iuxta doctrinam D. Thom. 1.p.q.6.art. 4. Voluntatem non mouere ſeipſam niſi deliberatione ſeu conſilio præcedente, vt contingit in electione mediorũ, ſicque in ea volitione quæ deliberationẽ anteceſſit; vt eſt volitio finis ipſorũ mediorum, non vult voluntatem mouere ſeipſam propriè, ſed tãtùm ab extrinſeco principio, nẽpe à Deo ſolo moueri; quia cùm voluntas ante eſſet in potentia tantùm ad agendũ, non potuit ſeipſam ad agendũ mouere: alioqui ſequeretur eam fuiſſe in actu dũ eſſet in potentia, cùm nihil moueatur niſi ab eo quod eſt actu. Sicque licet proximum agendi principium ſit intrinſecum: primum tamen principium debuit eſſe extrinſecum. *Notandum.* *Ratio D. Thomæ.*

Verùm vt liberè dicam quod ſentio: licèt hæc D. Thomæ opinio ſit communis, & valde conformis principiis Ariſtotelicæ doctrinæ: Nihilominus tamen non mihi *Sententia D. Thomæ reſtringitur, & noſtra explicatur.*

videtur necessariò amplectẽda eo quod multùm de libertate arbitrij, præsertim circa volitionẽ finis detrahat, præsertim cùm supradictus concursus sufficere videatur, à quo tam voluntas in agendo, quàm voluntatis actus dependet. Itaque licèt præterquam Deus concurrit immediatè ad actum, possit etiam cùm voluerit influere hoc posteriori modo in voluntatem eam mouendo & excitãdo, etiam efficaciter determinatè: saltem quoad actus bonos, licet nunquam possit cogere repugnantem: hoc tamen non videtur ordinariè admittendum, nisi sermo sit de actibus supernaturalibus, ad quos prærequiritur ex parte Dei motio quædam mouens & excitans ipsam hominis voluntatem; appellatúrque gratia præueniens vel excitans, quæ quidem non mouet necessariò & determinatè voluntatem, licet in quibusdam dicatur tantùm sufficiens, in aliis verò efficax, vt docent Theologi.

Quæstio. Si quæras an possit Deus adeò efficaciter mouere volũtatẽ siue ad actus naturæ, siue ad actus gratiæ, vt voluntas

Responsio. nequaquam possit reluctari; aut actum suspendere. Respõdetur: Nihil repugnare Deum hoc modo mouere volũtatem ratione supremi dominij quod habet in res omnes, præsertim cùm voluntatem beatorũ hoc modo moueat

Nota. sub ratione finis & obiecti: Adde quod valde probabile est quosdã præuenientis gratia adeò efficaciter à Deo impulsos fuisse, vt ne tantillum quidem conuersionem suã retardare potuerint; quod in conuersione D. Pauli, B. Magdalenę, & aliorum euenit, quamuis id rarò contingat.

POSTERIOR DISPVTATIO *huius tractatus.*

De aliis principiis externis humanarum actionum.

Virum nihil præter Deum possit efficienter mouere voluntatem.

Mouere voluntatem efficienter dicitur 2. modis.

QVAESTIO I.

EFficienter mouere voluntatem latè nonnunquam accipitur, quomodo is qui aliquid faciendum suadet proponen-

proponendo obiectum, dici potest efficienter, licèt nõ efficaciter mouere voluntatem agentis. Aliquãdo verò strictè & maximè propriè, quomodo is tantùm dicitur mouere voluntatem, qui per immediatè & non ratione obiecti vel finis inclinat voluntatem. Quo posteriori modo asserimus, nihil præter Deum posse efficienter mouere voluntatem. *Assertio circa propositam qu.*

Nam siue angeli, siue dæmones, siue homines, cùm aliquid agendum persuadent voluntatem ad aliquid pelliciũt mediante intellectu, proponendo rationes quibus obiectum appetibilius esse videatur, sicq; mouent voluntatem in genere causę finalis vel formalis externę ex parte obiecti, & quidẽ mediante intellectu: At verò Deus, quia solus est causa effectrix voluntatis, ideò solus eam efficienter mouere potest, iuxta illud Apostoli ad Philippenses 2. *Deus est qui operatur in nobis velle & perficere.*

Nota. Voluntas mouetur dupliciter.

Quod vt planiùs & pleniùs intelligas, notandum est ex Diuo Thoma 1.p.qu.106.art.2. Voluntatem immutari seu moueri dupliciter, vno modo ex parte obiecti, alio modo ex parte ipsius potentiæ. Ex parte obiecti mouet voluntatem tum ipsum obiectum, sicut appetibile mouet appetitum, tum is qui demonstrat obiectum: & quidem vtrumque dupliciter fieri potest, nempe efficaciter seu efficienter, ita vt voluntas non possit non moueri, quomodo solus Deus potest mouere voluntatem vt obiectum, nempe summum & vniuersale bonum, & vt ostendens obiectum, iuxta istud Exod. 3. *Ostendam tibi omne bonum*; vel non sufficienter: quomodo angelus dicitur inclinare voluntatem, tùm vt amabile quoddam, tum vt manifestans aliqua bona creata ordinata in Dei bonitatem: sicque inclinare potest voluntatem ad amorem creaturæ vel Dei per modum suadentis: idémque censendum est de dæmone quatenus inclinat voluntatem ad bonum falsum & apparens; similitérque de homine, qui eodem modo potest inclinare voluntatem hominis tùm ad verum cùm ad apparens bonum.

Quomodo voluntas mouetur ex parte obiecti.

Ex parte verò potentiæ voluntas nullo modo moueri potest nisi à Deo. Operatio enim voluntatis est inclinatio quædam volentis in volitum. Hanc autem solus excitare potest qui virtutem volendi creaturæ contulit, solus autem Deus est, qui potentiam volendi contulit creaturæ, quia solus ipse est author intellectualis animæ.

Quomodo voluntas mouetur ex parte potentiæ.

Digitized by Google

Quomodo Angeli siue boni siue mali, aliquid suadent humana voluntati.

QVAESTIO II.

IN genere dictum est Angelum tunc suadere, cùm ostendit ac demonstrat aliquod obiectum homini tanquam appetibile: ex quo etiam intelligere est, tunc angelum aliquid dissuadere, cùm aliquid repræsentat tanquam fugiendum & malum. Quibus verò modis & rationibus angelus homini repræsentet obiecta, siue bona, siue mala, & eorum conditiones, sequentibus conclusionibus explicabitur.

1. Conclusio. Prima conclusio. Boni Angeli possunt aliquid suadere hominibus illuminando intellectum. Illuminatur autem intellectus humanus ab angelo duplici ratione. Primùm quatenus ab angelo lumen ipsum naturale hominis roboratur, non secus ac subiectum ab agente naturali vicino: Secundò quatenus ab eodem angelo similitudo, seu species rei manifestandæ accommodatè ad illius captum ipsi imprimitur.

2. Conclusio. Secunda conclusio. Tā boni quàm mali angeli possunt aliquid suadere hominibus immutādo phantasiā seu imaginationē. Potest autem immutare phantasiā, non angelus qui dē nouā aliquā phantasmata producendo, sed excitādo seu agitando humores & spiritus animales qui in cerebro residēt. Ex illa enim commotione seu agitatione humorum & spirituum, oritur in imaginatione varia & multiplex rerum sensibilium repræsentatio & æstimatio: vnde varij affectus in appetitu & voluntate nascuntur.

Imaginatio multiplex ex agitatione humorum & spirituum.

3. Conclusio. Tertia conclusio. Tam boni quàm mali angeli possunt aliquid suadere hominibus immutando sensum exteriorem. Possunt autem immutare sensum duobus modis; vno modo per interiorem quandam dispositionem, nempe agitando spiritus & humores, & eos ad organa sensuum deducendo: vt si dæmon ad palatum vitiosum aliquem humorem, puta cholericum induceret, ratione cuius omnia gustui sentirentur amara; vel si ad oculum, crassum aliquem humorem cogeret quo visus impediretur: Altero modo per exteriorem siue obiecti siue medij dispo-

Immutantur sensus ab angelo duobus modis.

Digitized by Google

dispositionem, ratione cuius sensus aliquid verum vel apparens perciperet. Possunt autem Angeli verum aliquod objectum externo sensui repræsentare, vel illud celeri & imperceptibili motu aliunde transferendo, vel idem de nouo per applicationem actiuorum ad passiua producendo: Quo fit vt magi seu præstigiatores mira quædam operari videantur, cùm non ipsi, sed dæmones quibuscum fœdus inierunt, ipsis ad nutum ratione pacti obsequentes naturalibus licet occultis rationibus hęc omnia præstent, aut certè nonnunquam præstare videantur, cum verè non præstet, vt cùm sensus ipsos deludunt falsis imaginibus, alterando seu immutando organum sensus, aut medium quod interjacet inter objectum sensus & organum. Sed hæc satis de principijs humanarum actionum tùm internis cùm externis.

TERTIA PARS ETHICÆ.

De actionibus humanis.

Vbi de passionibus, deque virtutibus ac vitijs.

PRAEFATIO.

QVONIAM in prima parte moralis huius disciplinæ de fine vltimo actionum humanarum, nempe beatitudine, & in altera sequenti de principijs earundem actum est; Restat vt in hac tertia seu postrema parte de ijsdem ac earum partibus seu varijs speciebus, ex quibus varia virtutum ac vitiorum genera nascuntur, simúlque de passionibus, quæ quatenus à voluntate imperantur, humanæ actiones dici possunt, & materiam tùm virtutibus cùm vitijs subministrant, deinceps disseramus. Quare tres erunt huius postremæ partis tractatus, quorum primus erit de ipsis actionibus humanis, secundus de passionibus, tertius de virtutibus ac vitijs.

Huius postremæ partis tres erunt tractatus.

Digitized by Google

PRIMVS TRACTATVS HVIVS partis.

De ipſis actionibus humanis.

DVas inſtituemus huius tractatus diſputationes, alteram de actionibus humanis generatim; alteram de iiſdem ſpeciatim, in qua de ſingulis ſpeciebus humanarum actionum tum elicitarum cùm imperatarum pertractabimus.

PRIOR DISPVTATIO huius tractatus.

De actionibus humanis generatim.

Quid ſit actio humana, vbi de voluntario & inuoluntario.

QVAESTIO I.

Quanam dicuntur humana actiones.

NOn omnes hominis actiones appellantur à philoſophis, humanæ, ſed eæ tantùm quæ à libero agendi principio proficiſcuntur, ſúntque liberæ ſeu voluntariæ, ac proinde hominis maximè propriæ. Quare optimo iure D. Thomas. 1.2, qu. 1. art. 1. illas definit, quarum homo dominus eſt, ſeu quas homo in ſua libera poteſtate habet. Ex Ariſtotele verò lib. 3. Eth. cap. 2. colligi poteſt iſta humanæ actionis deſcriptio, vt ſit voluntarium quid præconſultatum ſeu deliberatum, ſeu actio quæ à voluntate deliberata ſeu libera proficiſcitur. Quo loco notandum eſt voluntatem dici deliberatam, non quod ipſa deliberet, ſed quia præeuntem intellectus deliberationem ſequitur: quo fit vt illa actio dicatur à libera voluntate proficiſci, quæ à voluntate intellectus deliberationem ſequente, elicitur aut imperatur.

1. Difficultas. *Quid ſit voluntarium,*

Verùm cùm actio humana ſit de genere voluntarij, locus hic poſtulat vt ea quæ ab Ariſt. 3. Ethic. ad Nicomac. ca. 1. de voluntario & inuoluntario tradita ſunt, explicemus,

Primùm

Primùm igitur de volũtario, quæritur quid sit. Respõdetur voluntarium latè sumptum quatenus idem est ac spontaneum, definiri posse: Id cuius principium est in agente rem circa quam agit non ignorante; ita vt ad hoc quod aliquid dicatur voluntariè seu spontè agere, duo tãtùm necessariò desiderentur, nempe vt principium agendi sit in ipso agente insitum; alterum, vt per cognitionem aliquam feratur in obiectum: quæ duo tum in pueris cùm in belluis reperiuntur, ideóque ab Aristot. dicuntur voluntariè seu spontè agere: At verò cætera quæ cognitione carent, licèt principium agendi insitum habeant, non dicuntur propter ea sponte, sed tantùm naturaliter agere. *Volũtarium late sumptũ tum pueris cum belluis conuenit.*

Vbi notabis illud esse discrimen inter actum spontaneũ, naturalem & violentum; quod actus spontanei principiũ sit insitum cum præuia aliqua cognitione finis, naturalis verò principium sit quidem insitum, sed absque vlla finis seu obiecti notitia; denique violenti principium non sit insitum; sed dissitum, vt patet in motu lapidis sursum proiecti, cuius motus principium est in proiiciente, non in proiecto. At verò si voluntarium propriè ac strictiùs accipiatur quatenus est hominis proprium, poterit definiri: Id cuius principium est in agente cum perfecta cognitione finis, qualis non reperitur in belluis. Quod vt intelligas, notandum est duplicem esse finis cognitionem: vnam perfectam, alteram imperfectam. Perfecta est, quando non tantùm res quæ finis est cognoscitur, sed in ipsa re finis ratio apprehenditur, simúlque ipsa proportio eorum quæ ad finem ordinantur percipitur. Eiusmodi cognitio finis soli rationali naturæ competit, quæ propterea potest ordinare media ad finem, & ad ipsum se mouere, non item irrationalis creatura. At verò imperfecta cognitio finis ea est, qua cognoscitur res quæ dicitur finis. Cæterùm nec ipsa finis ratio, nec proportio mediorum ad ipsum finem cognoscitur. Eiusmodi cognitio finis, animalibus & pueris nondum vsum rationis habentibus competit. Ex quibus intelligere est rationem voluntarij in hominibus ratione vtentibus perfectam esse, in animalibus verò & pueris vel amentibus imperfectam. *Discrimen inter actum spontaneum naturalem & violentum.* *Volũtarium ſtricte ſumptum ſoli hominicompetit.* *Finis cognitio duplex.* *Perfecta.* *Imperfecta.* *2. difficultas. An voluntarium in homine ſit ſemper liberum.*

Secundò quæritur: Vtrùm voluntarium in homine sit semper liberum propriè dictum. Respondetur non ita esse; etsi enim nullum voluntarium possit esse coactum,

poteſt tamen aliquod voluntarium etiam in homine eſſe infallibile ac neceſſarium: Exempli gratia, velle bonū ſeu finem in communi, homini naturale eſt voluntariū, iuxta ſententiam Diu. Thom. & tamen eſt voluntarium, quia principium huius voluntatis eſt inſitum. Verùm, quia ſuprà docuimus voluntatem etiam circa finem in hac vita eſſe liberam, ſaltem quoad exercitium actus; hinc abſolutè dicendum eſt nihil eſſe voluntarium homini ordinariè in hac vita quod non ſit quoque liberum. Eſt tamen in futura vita aliquid voluntarium homini, quod tamen non eſt liberum, nempe amor diuinæ eſſentiæ clarè cognitæ. Quod ſi quæras an voluntarium in homine dum vivit, ſit ſemper deliberatum ſeu præconſultatum. Reſpondetur non ita eſſe: Quia actus hominis circa finem ſunt voluntarij, imò liberi, nec tamen propriè ſunt deliberati ſeu præconſultati, cùm deliberatio ſeu conſilium ſit propriè mediorū, non finis. At verò voluntarium in homine media, eſt ſemper deliberatum ſeu præconſultatum. Cæterùm dixi actus hominis circa finem non eſſe propriè deliberatos, quamuis tamen aliquo modo deliberati dici poſſint, quatenus à deliberata, hoc eſt libera voluntate proficiſcuntur. Sic enim omnis actio humana dicitur deliberata, hoc eſt libera. Adde etiam aliquam deliberationem impropriam cadere etiam in ipſum finem, vt alias dicemus, ſicque omne voluntarium hominis in hac vita erit ſaltem impropriè deliberatum.

Nihil voluntarium homini circa finem nisi liberum.

Dubium.

Responsio.

Actus humani circa finem non sunt propriè deliberati.

3. difficultas. *An omne voluntarium sit actus.*

Tertiò quæritur, an omne voluntarium in homine ſit actus aliquis, an verò poſſit eſſe voluntarium ſine vllo actu. Reſpondetur poſſe voluntarium eſſe in homine abſq; vllo actu, cùm non tantùm actio, ſed etiam ceſſatio ab ipſa actione homini ſit voluntaria. Poſſumus enim noſtro arbitratu agere vel non agere, velle vel non velle. Neque enim tantùm peccata commiſſionis, quæ ſunt cōtra præcepta negatiua, ſed etiam omiſſionis quæ fiunt contra præcepta affirmatiua, ſunt verè voluntaria; cùm iuſtè à Deo puniantur. Notandum igitur eſt voluntarium quod eſt à voluntate, eſſe duplex: aliud nempe voluntarium directè aliud verò voluntarium indirectè. Voluntarium directè non eſt niſi à voluntate agente. Voluntarium verò indirectè poteſt eſſe à voluntate non agente cùm poteſt ac debet agere: Verbi gratia, ſi proponatur aliquod

Peccata omissionis verè sunt voluntaria. Nota.

Voluntarium duplex.

malum

Digitized by Google

malum voluntati quod possit ac debet propellere, sed illud non propellat, quamuis non eliciat actū volendi circa illud idem, censetur tamen illud velle, non quidē directè, sed indirectè, atque adeò incommoda quæ inde sequūtur censeri debent indirectè ac interpretatiuè voluntaria. Et certè multa censeantur voluntaria quæ non sunt actu volita, sed virtute tantùm, & vt loquūtur, interpretatiuè vel implicitè: Vt cùm quis vult immodicum potum vini ex quo nouit secuturā ebrietatem, licet actu non velit ipsam ebrietatem, illam tamen censetur velle virtute, & ex consequenti, seu interpretatiuè. Sic omissio ejus peccati quod non potest compati cum eo quod quis expressè vult, censetur voluntaria: vt si quis velit ludere eo tempore quo tenetur audire Sacrum, censetur velle omittere Sacrum.

Multa voluntaria non sunt actu volita.

Quid sit inuoluntarium & quotuplex.

QVAESTIO II.

INuoluntarium in genere quatenus spontaneo opponitur, definiri potest: Quod præter inclinationem appetitus spontaneam accidit. Ex quo intelligere est inuoluntarium in iis rebus inueniri, in quibus esse potest voluntarium & spontaneum.

Definitur inuoluntarium.

Est autem inuoluntarium ex Aristotele duplex, aliud inuoluntarium per violentiam, aliud verò per ignorantiā. Inuoluntarium violentum definitur ab Arist. cuius principium est extra, ita vt id quod agit vel patitur, nullam vim conferat: Inuoluntarium verò per ignorantiam, id quod molestum est, affértque causas pœnitentię vbi peractum est, & in notitiam agentis deuenit. Ex quo intelligere est, duo esse quę iuxta Aristotelis sententiam & rei veritatē docet S. Thom. 1.2. q. 6. art. 5. & 8. inuoluntarium efficiunt, nempe violentiam, & ignorantiam: Et quidē quod violentia causet inuoluntarium, patet, quia violentia in rebus naturalibus cognitione carentibus aliquid facit cōtra naturam seu innaturale, vt patet in lapide proiecto. Ergo à pari eadem violentia in rebus cognitione, ac proinde voluntate aliqua saltem impropria præditis faciet aliquid contra voluntatem seu inuoluntarium.

Inuoluntarium duplex.
1. Per violentiam.
2. Per ignorantiam.

Quid violentia causet inuoluntarium.

Si obiicias humanæ voluntati vim inferri non posse, proindéque nihil homini inuoluntarium accidere posse.

Obiectio.

Digitized by Google

Solutio. Respondeo non quidem ipsi voluntati, neque actibus ipsius elicitis, sed actibus eiusdem imperatis vim inferri posse. Potest enim impediri executio liberi arbitrij quoad actus imperatos; vnde aliqui motus circa corpus reclamãte omninò libera volũtate possunt accidere. Quod autem ignorantia causet inuoluntarium, experientia satis constat. Nam multa nulla sua culpa per ignorantiam agũt homines, quæ sublata eiusmodi ignorantia non agerent, vnde illos facti postea pœnitet, quod certissimo indicio est ea non esse ipsis voluntaria, seu inuoluntaria. Verùm quia non omnis ignorantia causat voluntarium, ideò de illa aliquid specialius sequenti quæstione dicendum est.

Quod ignorantia causet inuoluntarium.

Quid, & quotuplex sit ignorantia, & quænam sit inuoluntarii causa.

QVAESTIO III.

1. difficultas. Quid sit ignorantia. PRimùm quæritur quid sit ignorantia. Respondetur ignorantiam esse carentiam cognitionis eius quam quis natus aptus est habere. Itaque carentia cognitionis eius quæ conditionis humanæ captum excedit, non tam ignorantia, quam nescientia dicenda est.

2. difficultas. Quotuplex ignorantia. Secundò quæritur, quotuplex sit ignorantia. Respondeo ignorantiam pro varia consideratione vario modo diuidi. Spectari enim potest in se seu ratione sui: deinde ratione obiecti circa quod versatur, tum ratione subiecti in quo residet: denique ratione actus voluntarij. Itaque ignorantia primò ratione sui, & quidem generalissimè spectata, diuiditur in ignorantiam puræ priuationis, quę simpliciter ignorantia dicitur, & ignorantiam prauæ dispositionis, quæ non tam ignorantia quàm error solet appellari. Secundò ignorantia proprié dicta ratione obiecti, diuiditur in ignorantiam iuris & ignorantiam facti. Illa dicitur cùm ignoratur lex vel statutum aliquod, vt si quis nesciret tempore Quadragesimę ieiunandum esse: hęc verò cùm ignoratur res, seu factum, vel etiam cùm ob ignorantiam circumstantiæ ignoratur quale sit factum, vt si quis nesciat se commisisse homicidium, aut si quis percuteret clericum quem tamen nesciret esse clericum, laboraret ignorantia facti; quamuis enim sciret percussionem clerici esse ecclesiastico iure prohibitam, nescire tamen

Ignorantia ratione sui duplex.

Ignorantia ratione obiecti duplex.

Ignorantia iuris.

Ignoratio facti.

eum

eum quem meritò se percutere existimat, esse clericum. Tertio ignorantia ratione subiecti diuiditur in ignorantiam inuincibilem & vincibilem, quæ sola culpabilis esse potest. Inuincibilis dicitur, quando non est in potestate alicuius id scire quod ignorat, seu quando non potest ignorantiam vincere, siue nullo modo possit, siue non possit adhibendo humanam & moralem diligentiam: vt si quis rusticus ignoret quonam die indictū esset ieiunium qui à nullo id potuit rescire, nec eo die ieiunet, censebitur id facere ignorantiâ quadam inuincibili. Vincibilis autem ignorantia dicitur, quæ adhibita morali diligentia vinci seu superari potest, quæ duplex est: altera affectata, altera crassa. Illa est, cùm quis vult sua sponte ignorare, ita vt ignorantia directè sit volita: qualem ignorantiam affectant improbi homines, quo liberiùs peccent, iuxta illud Psal. 25. *Noluit intelligere vt bene ageret.* Hæc verò dicitur quando quis non vult adhibere studium & laborem, quem tenetur adhibere vt aliquid sciat: Et quidem hæc ignorantia censetur indirectè volita propter negligentiam, sicuti submersio nauis nauclero ignauiter dormienti tribuitur. Quartò ignorantia ratione actus diuiditur in antecedentem, concomitantem & consequentem: Antecedens dicitur quę præcedit omnem consensum voluntatis, ita vt nullo modo sit volita, & nisi voluntatem præcessisset, actio secuta non fuisset; estque ignorantia illa semper inuincibilis & inculpabilis, & sola causa secutę actionis, vt si quis interficiat hominem, existimans esse feram: si enim id præsensisset, nunquam occidisset. Concomitans dicitur quæ actionem comitatur, ita vt nō sit illius actionis causa, sed etiam si abfuisset actio semper cōsecuta fuisset: vt si quis existimans se feram occidere, capitalem hostem interficeret, quem etiam absq; tali ignorantia sibi occurrentem interemisset. Vnde qui sic agit, ignoranter quidem agit; sed non per ignorantiam. Consequens ignorantia sic appellatur quod voluntatem consequatur vtpotè quæ sit directè vel indirectè volita, eademque est cum ignorantia vincibili siue affectata siue crassa, vt si quis quodam die vigiliæ non ieiunat, quia noluit scire an eo die indictum esset ieiunium.

Ignorantia ratione subiecti duplex.

Inuincibilis.

Vincibilis.

Ignorantia ratione actus triplex.

1. *Antecedens.*

2. *Concomitans.*

3. *Consequēs.*

Tertiò quæritur quænam ignorantia pariat inuoluntarium. Respondetur: solam ignorantiam inuincibilem,

Difficultas. Quænam ignorantia pariat inuoluntarium.

seu antecedentem, siue sit iuris, siue facti, parere inuoluntarium, puta sola hæc ignorantia non est vllo modo volita, nec proinde voluntaria, ac proinde quod ex ea sequitur, non censetur volitum seu voluntarium, sed inuoluntarium. At cùm ignorantia est aliquo modo volita seu voluntaria, id quoque quod ex ea sequitur, censetur volitum seu voluntarium. Quo loco nota ignorantiam iuris naturalis non posse esse inuincibilem, nec proinde inculpabilem, quare non potest causare inuoluntarium, at verò ignorantiam iuris positiui siue diuini, siue humani, cùm ecclesiastici, cùm ciuilis, posse vt plurimùm esse inuincibilem, inculpabilem, ac proinde causare posse inuoluntarium. Ignorantia autem facti sæpe est inuincibilis, quia vix potest quis præuidere omnes circunstantias facti, neque etiam ad id semper obligatur.

Vtrùm nihil præter vim & ignorantiam pariat inuoluntarium.

QVAESTIO IV.

Prior difficultas, de metu.

DIfficultas est præsertim de metu & cupiditate. Quod igitur spectat ad metum, dubitatur an ea quæ metu impendentis alicuius mali fiunt, sint voluntaria, an inuoluntaria. Exempli gratia: si quis naufragium timens, merces in mare proiiciat, ne ponderosior nauis submergatur, quæstio est an sponte seu voluntariè, an potius inuoluntariè proiecerit. Respondetur has & similes actiones esse partim voluntarias partim inuoluntarias. Si enim actiones illæ per se & nude spectentur, sunt inuoluntariæ: si autem spectentur cum omnibus suis circumstantiis & absolutè, prout fiunt, reuera sunt voluntariæ, sicque absolutè & simpliciter sunt voluntariæ, quia dum actu fiunt, liberè imperantur à voluntate, secundùm quid verò & ex hypothesi sunt inuoluntariæ, quia nisi imprudentis periculi metus vrgeret, non fierent. Ea verò quæ in agente reperi repugnantia, non potest reddere actionem quæ libere fit, absolutè & simpliciter inuoluntariam.

Posterior difficultas, de cupiditate.

Quod spectat ad cupiditatem, tantùm abest vt actionem hominis cupiditate inflammati reddat inuoluntariam, cùm eam potius reddat magis voluntariam; facit enim

enim vt voluntas, quam incitat, maiori in ipsam actionem propensione feratur. Quod tamen intelligendum est de ea cupiditate quæ subest voluntatis imperio, quæque iudicium rationis non omninò perturbat. Etsi enim ea quæ ex nimia passione iudicium rationis perturbante proueniunt, dici possint voluntaria si appetitum spectes sensitiuum, non tamen censeri debent ipsi homini absolutè voluntaria, quia non ex libera voluntate fiunt. Cùm autem passio non est adeò vehemens, tunc actio dici poterit secundùm quid minùs libera, sed absolutè & simpliciter magis voluntaria. *Nota.*

De bonitate & malitia humanarum actionum in genere.

QVAESTIO V.

QVia nulla re magis quam bonitate & malitia actiones humanæ quatenus humanæ seu morales inter se differunt ac dignoscuntur: Idcirco de earum bonitate & malitia nonnihil generatim dicendum est.

Primò quæritur quid sint. Respondetur, Bonitas actiones humanæ quædam est ipsius conformitas cum recta ratione: Malitia verò quædã est eiusdẽ difformitas & alienatio à recta ratione. Rectam appello rationem, bonam mentem, ab omni opinionum fumo liberam, Dei naturæque leges pernoscentem, ac de quaque re agenda ex præscripta lege sapienter ac prudenter iudicantem; Per has autem differentias valdè inter se distinguuntur actiones humanæ in genere morum, licèt physicè & in genere entis nullo modo differant: Verbi gratia, hominem interficere siue priuata siue publica authoritate, si physicè spectetur, est eadem specie actio: at verò si moraliter spectetur, est toto genere diuersa. Nam hominem interficere priuata authoritate, est malum & prohibitum; at verò eum interficere publica authoritate bonum & licitum. *Quid sint in actionibus humanis bonitas & malitia.*

Secundò quæritur, vndenam petatur bonitas & malitia, seu conformitas & difformitas actionum. Respondetur primùm quòd actiones hominis possint esse bonæ vel malæ seu vitiosæ, ac proinde laudis vel vituperij, meriti, vel demeriti capaces, oriri ex libero agendi principio vnde profluunt. Quod verò actu sint bonæ vel malæ, & *2. Difficultas: Quanam sit origo bonitatis & malitiæ moralis.*

ſpecialiter hoc vel illo modo bonæ, pendet ex obiecto, circumſtantiis & fine, & præſertim ab obiecto circa quod verſatur. Si enim illud ſit rationi conſentaneum, actio quoque erit bona; ſi verò à ratione ſit diſſentaneum, erit mala. Cùm enim actiones humanæ ſpecificationem ſumant ab obiecto, ab eodem quoque ſpecialem bonitatis vel prauitatis rationem accipiunt. Dices obiectum actionis humanæ ſeu appetitionis liberæ eſſe finem, proindéque ſemper bonum, ideoque prauitatem actionis ab ipſo non poſſe definiri. Reſpondetur obiectum eſſe quidem ſemper finem actus humani, proindéque ſub ea ratione eſſe ſemper bonum. Verùm quia aliquando poteſt eſſe bonum apparens duntaxat, hinc fieri poteſt vt ſit abſolutè malum, ac proinde illius appetitio ſit mala. Adde quod licet ſit verè bonum ſenſui, rationi tamen poteſt eſſe malum. Quod enim bonum iucundum eſt, aut etiam vtile, non ſemper eſt honeſtum, ſeu rationi conſentaneum, ideoque illius appetitio poteſt eſſe moraliter mala ſeu vitioſa. Notandum autem non tantùm internas ſeu elicitas voluntatis actiones, ſed etiam externas ſeu imperatas verè & formaliter dici bonas vel malas in genere morum, cum diſcrimine tamen, quòd actiones elicitæ denominentur tales intrinſeca denominatione: Imperatæ verò nonniſi extrinſeca ab ea bonitate & malitia, quæ formaliter eſt in ipſa volnntate. Quemadmodum agens tranſeunter, formaliter denominatur agens, non ſecus ac agens immanenter, extrinſeca tamen denominatione ab ea actione quæ recipitur in patiente.

Obiectio.

Nota.

Non ſolùm interna, ſed etiam externæ actiones ſunt moraliter bonæ vel malæ.

3. difficultas, an omnis actio humana ſit bona vel mala.

Quo ſenſu admittenda ſit quædam actionis humanæ indifferentia.

Tertiò quæritur, an omnes actiones humanæ ſeu liberæ ſint neceſſario aut bonæ aut malæ, ita vt nulla detur indifferentia ad vtrumque. Reſpondeo actiones humanas dupliciter conſiderari poſſe, nempe vel ſecundùm ſpeciem & velut in actu ſignato, vt loquuntur, vel ſecundùm indiuiduum & velut in actu exercito. Et quidem ſi priori modo ſpectentur, poſſunt admitti quidam actus humani ſecundùm ſe & ex natura ſua indifferentes. Ratio D. Thomæ eſt 1. 1. qu. 18. art. 8. quia actus humanus ſeu moralis habet ſpeciem ab obiecto relato ad principium actuum humanarum quod eſt ratio. Vnde ſi obiectum actus includat aliquid quod conueniat ordini rationis, erit actus bonus ſecundùm ſuam ſpeciem: ſicut dare eleemoſynam

Digitized by Google

moſynam indigenti; ſi autem includat aliquid quod repugnet ordini rationis, erit malus ſecundùm ſpeciem, ſicut furari, ſeu tollere alienum. Contingit autem quod obiectum actus non includit ex ſe aliquid pertinens ad ordinem rationis, vt leuare feſtucam de terra, de ambulare vel ſedere certo tempore, & tales actus ſecundum ſuam ſpeciem, ſeu in genere & ex natura ſua dicuntur indifferentes. Si verò poſteriori modo ſpectentur actiones humanæ, nullæ ſunt indifferentes. Nam omnis actio quatenus actu exercetur, aut fit propter finem conuenientem rectæ rationi, & ſic eſt bona: aut propter finem non conuenientem, & ſic eſt mala, licet ille finis non ſit ex ſe contrarius rectæ rationi. Tenetur enim vnuſquiſque intendere finem congruum ſuæ naturæ: vnde verba otioſa licet non proferantur propter malum finem, quia tamen carent debito fine, iudicio reſeruantur. Matth. 12. Notandum autem illud eſt quoad actus internos ſeu elicitos, eandem eſſe bonitatem & malitiam quæ petitur ex obiecto, cum ea quæ petitur ex fine, quia eorum actuum idem eſt obiectum & finis: At verò quoad actus externos alia eſt bonitas quæ petitur ex obiecto ab ea quæ petitur ex fine, quia illorum obiectum ab eorundem fine diſtinguitur. Quo fit vt eiuſmodi actus nonnonquam ſecundùm obiectum ſint boni, & ſecundùm finem mali, & è contra; Et ideò ſecundùm quid boni, abſolutè verò mali: Sicuti date eleemoſynam ob vanam gloriam, & furari ad dandam eleemoſynam.

Quo ſenſu nullus actus humanus ad mittatur indifferens.

Notandum.

De circunſtantijs humanarum actionum.

QVAESTIO VI.

CIrcumſtantię humanarum actionum dicuntur quod circunſtent actiones humanas, præſertim exteriores ſeu imperatas, quaſi extrinſecus ſe habentes ad earum ſubſtantiam ſiue eſſentiam.

Vnde dicta circunſtantia.

Sunt autem hæ ſeptem præcipuæ ad quas cæteræ omnes euocantur hoc verſiculo comprehenſæ.

Circunſtantiæ 7 præcipuæ.

Quis, quid, vbi, quibus auxilijs, cur, quomodo, quando.

Quis ſignificat accidentia perſonæ agentis, vt, vtrùm qui interfecit, ſit ciuis an peregrinus, laicus an clericus. Quid ſignificat qualitatem obiecti circa quod actus verſatur, vt an res furto ablata, ſit ſacra vel prophana. Vbi,

Digitized by Google

significat accidentia loci, vt an in loco sacro vel prophano scelus patratum sit : Quibus auxiliis, id est, quibus instrumẽtis aut mediis qnis vsus fuerit, vt, percusseritne gladio an fuste? Cur, id est, ob quem finem, vt, an priuati publicíve commodi causa aliquis se periculo mortis obiecerit. Quomodo, significat actionis modum, vt, dolone an bona fide aliquid quis fecerit. Quando, significat accidentia temporis, id est, quo tempore, vtrum die festo an profesto rem diuinam quis omiserit.

Difficultas circa quam notandum 1. De illis autem quæritur quanti sint momenti ad bonitatem & malitiam humanarum actionum. Circa quod primò notandum est, circunstantiarum quasdam insigniter augere bonitatem vel malitiam actionum moralium, quasdam verò non. Exempli gratia, cùm alter furto surripit centum aureos, alter quadrantem. Quantitas pecuniæ in priori furto reddit illud notabiliter graue, in posteriori minimè. Sicque fieri potest vt peccatum quod est natura sua mortale, propter circunstantiam fiat veniale: & è contrà veniale fiat mortale, etsi non mutetur species actus quoad obiectum, vt patet in supradicto exemplo furti. Secundò notandum est circunstantiarum quasdam inuehere maiorem deformitatem vel bonitatem eiusdem speciei, quasdam specie differentem. Nam circunstantia instrumenti quo quis hominem interimit, nempe gladij aut fustis, non addit homicidio malitiam diuersam specie. At cùm quis hominem interimit vt eum spoliet: illa circumstantia finis, addit homicidio deformitatem nouæ speciei, quandoquidem furtum speciei differt ab homicidio. Tertiò, Notandum quasdam circumstantias non tam addere nouam rationem malitiæ & bonitatis quàm ipsã immutare: Verbi gratia, quod res furto ablata sit sacra, facit quod eiusmodi ablatio non simplex furtum, sed sacrilegium à simplici furto specie distinctum. Quartò, Notandum est eam circunstantiam addere actui malitiam vel bonitatem specie differentem, aut illam immutare, quæ importat specialem ordinem conformitatis vel difformitatis ad rectam rationem & legem Dei, vt patet in supradictis exemplis: & docet Diu. Thomas 1.2. q.18. art. 10. & 11. Sed hæc de actionibus humanis in genere satis.

Notandum 2.

Notandum 3.

Notandum 4.

POST E-

POSTERIOR DISPVTATIO huius tractatus.

De actionibus humanis ſpeciatim.

Quanam ſint præcipuæ ſpecies actionum humanarum?

QVAESTIO I.

CElebris eſt humanarũ actionum partitio in elicitas & imperatas. Elicita voluntatis actio dicitur, cuius voluntas eſt immediatũ principium, vel quam volũtas ex ſeipſa & in ſeipſa elicit: Imperata verò quæ ab alia facultate quàm à volũtate, non tamen ſine voluntatis imperio elicitur. Elicita volũtatis actio duplex in genere admitti poteſt, altera circà bonũ vt ſic, quæ generali nomine volitio dici poteſt, altera circa malũ vt ſic, quæ poteſt dici nolitio. Rurſus elicita volũtatis actio circa bonũ, aut eſt circa finem aliquorum mediorũ, aut circa media ipſa: Actio elicita circa finem, eſt triplex, nempe volitio, fruitio, intẽtio. Circa media quoque triplex, nempe electio, cõſenſus vſus. Imperata verò alia interna eſt, vt ſunt actiones intellectiuę & ſenſitiuarum facultatum ſiue cognoſcitiuarũ, vt phãtaſiæ æſtimatiuæ; ſiue appetitiuarum, vt ſunt actiones vtriuſque appetitus ſenſitiui; alia verò externa, vt sũt operationes membrorum externorum. De iis autem tũ elicitis cùm imperatis actionibus deinceps ordine dicemus, ſi priùs notaueris vtraſque in hoc conuenire, quod ſint in poteſtate voluntatis ſaltem quoad exercitiũ actus, ideoque ſolæ ſunt liberæ, humanæ, ſeu morales: In hoc tamen diſcrepare, quod elicitæ ab ipſa voluntate eliciuntur: Imperatæ verò ab alia facultate; idque iuxta imperiũ voluntatis. Deinde elicitæ ſunt ſemper appetitiuæ, imperatæ verò poſſunt eſſe cognoſcitiuæ: illæ ſunt ſemper internæ & occultæ: Hæ verò nonnunquam externæ eſſe poſſunt & ſenſibus obuiæ. Mitto hic aliam celebrem diuiſionem actionum humanarum in honeſtas & vitioſas, earum honeſtarum & vitioſarum in ſuas ſpecies, quia ſatis bene intelligi poterit ex iis quæ dicemus in poſtremo tractatu de virtutibus & vitiis.

Actio humana duplex.

Elicita, Imperata.

Elicita duplex.

Elicita actio circa finem triplex.

Circa media triplex.

Notandum circa actiones elicitas & imperatas.

Alia celebris diuiſio actionum humanarum.

De humanis actibus elicitis circa finem, ac præsertim de volitione & intentione.

QVAESTIO II.

Tres actus eliciti voluntatis circa finem.

TRes esse eiusmodi actus superiori quæstione subindicauimus, nempe volũtatem seu volitionẽ, fruitionem, & intentionẽ; probatúrque ex triplici modo quo voluntas fertur in finem iuxta triplicem eiusdem finis cõsiderationem: Vel enim fertur in finem absolutè spectatũ quatenus est quid bonum in se, dicitúrque voluntas seu volitio. Aristoteli βούλησις; vel fertur in finem quatenus est quid bonum, illúdque vltimũ in quo conquiescit eius desideriũ, licet illud bonũ actu non possideat, dicitúrque fruitio: vel denique fertur in finem quatenus certis quibusdam mediis est acquirendus, dicitúrque intentio.

1. Voluntas.

2. Fruitio.

3. Intentio.

Vt autem intelligas quomodo isti volũtatis actus inter se distinguãtur, notandũ est hîc speciales esse acceptiones istorum vocabulorum, voluntatis nempe, fruitionis & intentionis. Nam licet volũtas communiter accipiatur pro volitione non quidem generaliter sumpta, quatenus opponitur nolitioni, sed specialiori quodam modo, quatenus est actio voluntatis circa finem absolutè spectatum. Fruitio quoque communiter accipitur pro reali possessione rei olim desideratæ: at verò hic accipitur pro quietudine quadam voluntatis in fine volito, tanquam in aliquo vltimo, siue finem illum actu possideat, siue non. Denique intentio hîc non significat quamlibet tendentiam voluntatis in finem, sed in finem quatenus ad ipsum per aliqua media peruenire potest. Hoc posito, dicimus licet isti actus formaliter & etiam realiter distinguantur inter se, nihilominus tamen vix vnus sine aliis reperitur. Et licèt aliquando volitio sine fruitione, & fruitio sine intentione reperiantur, non tamen intentio, neque fruitio, sine aliqua volitione finis apprehensi. Quare Aristot. intentionem à volitione finis non videtur distinxisse, eo quòd volitionem sequitur intentio, eamque complectitur. Est autem maior connexio volitionis & intentionis inter se, quàm cum fruitione; eo quod fruitio est tantùm finis vltimi: at volitio & intentio versantur etiam circa fines

Quid significet hic voluntas.

Quid fruitio.

Quid intentio.

Digitized by Google

nes intermedios. Dicitur autem volitio esse tantùm boni & quidem finis non mediorum, quia licèt media possint esse volita, quia tamẽ ipsa quatenus media nõ propter se, sed propter aliud sunt volita, non tam ipsa quàm finis ipsorum censetur volitus; & ideò voluntas seu volitio dicitur esse finis, non mediorum, sicut & ipsa intentio. Sicut enim electio mediorum, sic intentio citra controuersiam dicitur esse ipsius finis, qui licèt postremò habeatur, primò tamen intenditur, tum propter ipsum cætera eliguntur. Ex quo intelligis intentionem esse priorem & nobiliorẽ electione, quemadmodum finis, vt finis, prior & præstantior est mediis quæ propter ipsum expetuntur. Quæres forsan, vtrum intentio belluis etiam conueniat. Respondetur, non conuenire nisi solis agentibus per rationem, eo quòd finem intendere, est eo modo finem expetere, vt propter ipsum & ad ipsum certa ratione media ordinentur ab eo qui intendit, quod soli creaturæ rationali conuenit. Nam licèt belluæ finem imperfectè apprehendant, non tamen percipiunt ipsam rationem formalem finis, nec ordinem mediorum ad finem, quæ tamen desiderantur ad hoc vt finis intendatur ab agente.

Cur voluntas seu volitio dicatur esse finis tantùm & non mediorum.

Ad lubitatio.

Solutio.

De humanis actibus circa media, præsertimque de electione.

QVAESTIO III.

SIcut circa finem, ita quoque circa media tres actus voluntatis eliciti numerantur, nempe electio, consensus, vsus, colliguntúrque ex triplici modo quo se habet voluntas circa media. Primùm enim si plura occurrant, vnum præfert alteri, dicitúrque electio. Secundò in eo medio quod alteri prætulit, se complacet, éstque consensus. Tertiò medium illud quod sibi aptum iudicat, ad finem assequendum applicat, dicitúrque vsus.

Tres actus voluntatis circa media.

Electio.

2. Consensus.

3. Vsus.

Cùm verò satis constet quid sit vsus mediorum, nempe applicatio eorum ad finem quod est voluntatis tanquam primi mouentis, rationis tanquam dirigentis, & aliarum potentiarum tanquam exequentium: quò fit vt in sola rationali creatura reperiatur: quæ sola potest referre seu ordinare vnum ad aliud. Item quî differat vsus ab electione & consensu; nempe quod vtrumque consequa-

Vsus solius rationalis creaturæ proprius.

Digitized by Google

tur, & quòd immediatè sequatur imperium voluntatis applicantis potentias sibi subditas ad operandum consequendi finis gratia: Restat vt explicemus quid sint electio & consensus, & quomodo inter se differant.

De electione. Quod igitur spectat ad electionem, quam Arist. προαίρεσιν appellat, describitur ab eodem c. 2. lib. 3. Eth. Voluntarium quid præconsultatum, id est, actio voluntatis quam præcedit consilium seu deliberatio. In cap. sequ. Appetitio deliberata seu deliberatio nata eorum quæ sunt in nostra potestate breuiter & clarè definiri posset, Deliberata acceptatio vnius medij præ altero. Ex quib. intelligere est electionem esse actũ voluntatis elicitum, dependentem tamen à præcedente rationis deliberatione, & quidem circa medium, illúdque non absolutè spectatum, sed quatenus alteri est anteponendum. Deinde electionem soli rationali creaturæ conuenire non brutis animantibus, cùm in illis consilium seu deliberatio, quæ electionem necessariò debet antecedere, locum non habeat. Denique electionem nunquam esse finis, quia illud cadit sub electionem quod se habet vt conclusio in syllogismo operabilium: finis autem vt sic in operabilibus se habet vt principium, non vt conclusio, vt scribit Philosophus 2. Ph. t. 89. Et licèt id quod est finis respectu aliquorum possit nonnunquam cadere sub electionem, non tamen sub ratione finis, sed sub ratione medij quatenus illud idem potest esse medium respectu vlterioris alicuius finis, quemadmodum id quod est principium alicuius scientiæ potest esse conclusio superioris. Est autem libera hæc voluntatis actio, quia licèt vt plurimùm sequatur antecedẽtis deliberationis iudicium ad vnũ aliquod eligibile determinatum, non tamen illud necessariò sequitur. Adde quod iudicium illud non est necessariò determinatum ad vnum, vt pote quod non necessariò sequatur ex suis principiis, sicque ita vnum eligibile acceptat voluntas, vt ei sit integrum illud non acceptare, aut etiam aliud acceptare.

Electio soli rationali creaturæ conuenit.

Finis v finis cadit sub electionem.

Electio est libera actio.

De consensu. Consensus præsupponit semper consilium & electionem in eligibilibus.

Quod verò spectat ad consensum, est actus voluntatis natura posterior ipsa electione, nempe applicatio motus appetitiui ad id quod ex consilio iudicatum est ac electũ: sicque in eligibilibus cõsensus præsupponit semper consilium & electionem, dico in eligibilibus, id est, cùm plura sese

sese offerunt media, quorum vnum alteri præferendum est. Nam cùm vnum tantùm occurrit medium ad finem consequendum, tunc non est locus deliberationi aut electioni, sed tantùm requiritur consensus voluntatis, quo voluntas sese applicet ad illud medium vt eo deinde vtatur; adeò vt non possit esse liber vsus mediorum absque præuio consensu voluntatis circa illa media, licèt possit nonnunquam esse absque præuia electione. Ex quibus facilè intelligitur quî differat consensus ab electione. Et quoniam electio nonnisi ex antecedenti consilio seu deliberatione fit, ideò de consilio seu deliberatione proxima sequenti quæstione nonnihil dicendum est.

De consilio seu deliberatione electionem præcedente.

QVAESTIO IV.

PRimùm quæritur, quid sit consilium seu deliberatio, quàm Aristoteles βούλευσιν vocat. Definiri potest, Inquisitio rerum à nobis factibilium in ordine ad finem. Necessariam autem esse eiusmodi inquisitionem in rebus agendis, ex eo patet, quòd electio consequitur iudicium rationis de rebus agendis. In rebus autem agendis magna incertitudo inuenitur, quia actiones sunt circa singularia contingentia, quæ propter sui inconstantiam sunt incerta admodum; in rebus autem dubijs & incertis ratio non profert iudicium absque inquisitione seu deliberatione, siue consultatione præcedente, & ideò necessaria est eiusmodi inquisitio rationis ante iudicium de eligendis. Et quoniam inquisitio habet rationem antecedentis, iudicium verò rationem consequentis; ex quibus constat integra ratiocinatio practica, idcirco ad eundem rationis actum vtrumque referri solet, & sæpe nomine consilij & consultationis, tùm inquisitio antecedens cùm iudicium consequens intelligitur, ex quo proximè sequitur electio. Verùm obijcies, Deo tribui consilium, cùm tamen in eo nulla eiusmodi inquisitio possit reperiri. Eph. 1. *Qui operatur omnia secundum consilium voluntatis suæ.* Respondeo consilium Deo tribui ratione certitudinis sententiæ seu iudicij, non verò ratione inquisitionis præcedentis quæ includit aliquam imperfectio-

1. difficultas. *Quid sit consilium seu deliberatio.*

Inquisitio antecedit iudicium, ex vtroque verò constat consilium.

obiectio.

solutio.

nem, ita vt consilium loco citato nihil aliud sit quàm sempiternum, illudque immobile decretum diuinæ voluntatis.

Obiectio. Ijcies præterea consilium non prærequiri ad actum voluntatis, sed potiùs subsequi, cùm ipsum sit liberum & voluntarium.

Solutio. Respondetur: Nihil absurdi esse eundem actum rationis respectu diuersorum actuum voluntatis antecedere simul & subsequi. Nam consilium sequitur actum voluntatis inquantum intellectus libero voluntatis motu incitatus deliberat: at verò actum eiusdem voluntatis antecedit inquantum nihil eligitur, nisi præconsultatum & deliberatum.

2. *Difficultas.* *Deliberatio est tantum mediorum, non finis.* Secundò quæritur, an deliberatio sit tantùm mediorum propter finem, an verò etiam ipsius finis. Respondetur esse tantùm mediorum, non finis. Neque enim medicus an sanaturus sit consultat, aut orator, an sit persuasurus, aut legislator, an bonis legibus ciuitatem temperet, neque alij artifices de fine deliberant, sed omnes proposito sibi certò aliquo fine, quemadmodum eum possint assequi cogitant: cuius rei causam reddit S. Thomas 1. 2. qu. 14. artic. 2. eo quod quemadmodum in rebus addiscendis principia non cadunt sub quæstionem, ita in rebus agendis principia non cadunt sub deliberationem: principia autem rerum agendarum sunt fines.

Ratio D. Thom.

3. *Difficultas* *Quanam à deliberatione excludantur.* Tertiò quæritur, an eorum omnium quæ sunt propter aliquem finem detur consilium seu deliberatio. Respondetur ex Aristotele loco citato, deliberationem esse tantùm eorum quæ à nobis aguntur, quæque aliter atque aliter fieri possunt in ordine ad finem consequendum. Itaque à deliberatione excluduntur primùm impossibilia quæ fieri nequeunt. Secundò ea quæ non sunt in nostra potestate, vt fiant vel non fiant, cuiusmodi sunt ij omnes euentus qui vel à natura, aut à necessitate, vel à casu pendent. Tertiò ea quæ quamuis humana sint, ad nos tamen minimè pertinent. Quartò ea quæ certo eodémque semper modo à nobis fiunt. Quintò ea quæ non interest vtrum hoc vel illo modo fiant. Et quidem hæc omnia quæ à deliberatione excluduntur, similiter excluduntur ab electione.

4. *Difficultas.* Quartò quo ordine procedat consilium seu deliberatio circa ea quæ sunt ad finem. Respondetur procedere ordine analytico seu resolutorio; nempe incipiendo ab his

Digitized by Google

his quæ sunt viciniora fini, & progrediendo ad ea quæ sunt ab ipso remotiora. Primùm enim deliberatur quibus medijs finis proximè haberi possit, qua ratione seu quibus medijs adilla peruenìri possit, & sic qua via & ratione ad ista, donec ad illa deueniatur: at verò executio oppositò ordine nempe synthetico seu compositiuo proceditur, incipiendo à medijs remotioribus à fine, & per ipsa progrediendo ad alia media fini viciniora.

Executio procedit ordine synthetico.

De actionibus humanis imperatis.

QVAESTIO V.

NOnnullæ sunt circa eiusmodi actus imperatos difficultates sigillatim explicandæ.

1. *Difficultas*

Primùm quæritur, quidnam sit illud imperium à quo actus humani dicuntur imperati. Respondetur actus eius modi formaliter denominari imperatos ab imperio à quo pendent. Imperium autem illud censetur esse actus tum voluntatis cùm rationis, qui vtrumque includit. Ad rationem enim eius imperij duo requiruntur; alterum quod ratio ordinet, alterum quòd voluntas applicet ad agendum. Et quoniam ratio non ordinat mouendò aliquid ad agendum nisi in virtute primi mouentis in genere morum, nempe voluntatis; hinc scribit S. Thomas 1. 2. q. 17. art. 1. quod imperare sit actus rationis præsupposito actu voluntatis in cuius virtute ratio mouet per imperium inferiores potentias ad exercitium actus. Et ibidem ad 3. docet illud imperium non esse actum voluntatis absolutè, sed cum quadam motione quæ est à voluntate.

Vnde nam dicuntur actus imperati

Imperium cur nam sit facultatis.

Mouens.

Ex illo autem imperio sequitur vsus eius quod subest potentiæ executiuæ, sicque imperium illud ab vsu distinguitur tanquam ab eo quod natura posterius est. Imperium enim non est simul cum actu eius cui imperatur: at verò vsus eius quod subest potentiæ executiuæ, est actus imperatus. Verùm obijcies, vsum esse vnum ex actibus elicitis circa media. Respondetur, licet actus qui vulgò dicuntur imperati, sintque alterius facultatis à voluntate, non possint esse eliciti: elicitì tamen à voluntate possunt nonnunquam esse imperati, quatenus vnum & idem non tantùm alteri, sed etiam sibiipsi potest imperare.

Ex imperio sequitur vsus.

Obiectio.

Solutio.

Secundò quæritur, vtrum imperium & actus imperatus sint idem actus. Respondetur primò, iuxta D. Thom. etsi

2. *Vtrum idem.*

Imperium & actus imperatus idem sunt.

actus illi sint diuersarum potentiarum, quia tamen actus potentiæ inferioris fit in virtute superioris seu imperantis, idcirco censetur esse vnus & idem actus. Quod si per imperium voluntatis intelligas ipsam motionem qua voluntas formaliter mouet alias potentias (sicut vulgò accipitur & etiam valdè probabile est actiones imperatas, quatenus ab elicitis distinguuntur, ab ipso denominari) tunc imperium erit ipsemet actus imperatus, quatenus à voluntate tanquam ab vniuersali mouente pendet, vt aliàs monuimus in 2. p. harum Institutionum Moralium in priori Tractatu disput. priori, qu. 2. concl. 1.

3. Difficultas & responsio ad difficultatem.

Tertiò quæritur, quinam actus in homine subdantur imperio rationis. Respondetur primò actus ipsius voluntatis illi imperio subesse. Notum enim est quod ratio possit ordinare de actibus ipsius voluntatis, nec absurdum est actus voluntatis elicitos eo modo esse imperatos

1. à ratione scilicet ordinante. Secundò actus rationis eidem rationis imperio subsunt. Sicut enim voluntas mouet seipsam: sic ratio imperat sibi ipsi in quantum vtraque potentia reflectitur supra suum actum. Tertiò actus

2. appetitus sensitiui in tantùm subest imperio rationis, in quantum est in potestate nostra. Quare actus appetitus sensitiui qui non sunt in nostra potestate, non subsunt imperio rationis, vt ij qui rationis iudicium anteuertunt.

3. Quartò actus animæ vegetantis non subsunt prædicto imperio rationis, quia procedunt ex solo naturali appetitu, qui non sequitur vim apprehensiuam: At verò ratio non imperat nisi per modum apprehensiuæ virtutis.

4. Quintò, actus seu motus externorum membrorum qui consequuntur potentias seu vires sensitiuas, subduntur imperio rationis; non item ij qui consequuntur vires naturales. Quia nempe vires sensitiuæ subjacent imperio rationis, non item vires quæ dicuntur merè naturales. Cæterùm quo modo voluntas moueat inferiores potẽtias, & quodnam dominium seu imperium in illas exerceat supra dictum est in secunda parte, vbi de principijs internis congenitis humanarum actionum qu. 2. Et hæc satis de ipsis actionibus humanis.

SECVN-

Digitized by Google

SECVNDVS TRACTATVS HVIVS PARTIS.

De passionibus animæ.

Cur hic de passionibus tractetur.

QVia magnum est momentũ passionum tùm ad virtutes cùm ad vitia in quarum rerum contemplatione potissima pars moralis philosophiæ posita est, cũque virtutes in iis passionibus moderandis & cohibendis versentur; doctrinæ ratio postulat vt ante virtutũ & vitiorũ tractationẽ de passionibus disseramus. Et quoniam passionũ duplex est consideratio, altera in genere, altera in specie, duplex quoque instituetur huius tractatus disputatio; altera de iisdem generatim, altera de iisdem speciatim.

PRIOR DISPVTATIO huius tractatus.

De passionibus animæ generatim.

Quid sit, quotuplex & in quanam corporis parte resideat appetitus sensitiuus.

QVAESTIO I.

Omnium passionum scaturigo quanam sit.

QVoniam omnium passionum fons & scaturigo est appetitus sẽsitiuus, idcirco de illo nõnulla, ac præcipuè tria quæ in hac quæstione proponuntur hoc loco, explicanda sunt. Vbi nota quod licèt appetitus sensitiuus tam in belluis quam in hominibus reperiatur, nos tamen hìc agere de appetitu sensitiuo prout est in homine.

1. Difficultas. Quid sit appetitus sensitiuus.

Primùm quæritur, quid sit appetitus sensitiuus in homine. Respondeo esse facultatem qua homo ex præcedente notitia sensus naturaliter inclinatur ad bonum sensibile vt tale cognitum: quam definitionem vt capias, simúlque intelligas ad quam animæ partem appetitus iste pertineat, repetenda est ex Aristot. 1. Eth. celebris partium animæ diuisio à Platone accepta 4. de Republ. Est igitur in genere animæ in homine portio duplex: Altera superior rationis capax, quæ propterea dicitur

Animæ in homine portio.

Digitized by Google

rationalis seu intellectiua: altera inferior rationis expers eaque duplex: altera animalis seu sensitiua, quæ rationi potest obtemperare, vnde dici potest aliquo modo rationis particeps, sequitúrque gradum animæ sentientis: altera naturalis seu vegetatiua, quæ rationis imperio nequaquam subest, sicque omninò est rationis expers, sequitúrque gradum animæ vegetantis.

Est autē in superiori animæ portione facultas duplex: altera apprehēsiua seu cognoscitiua, dicitúrq; intellectus; altera appetitiua, dicitúrque appetitus rationalis seu voluntas. Similitérq; in ea inferiori parte animę quę dicitur animalis seu sensitiua, alia est facultas apprehēsiua, dicitúrq; sensus, isque multiplex. Sunt enim alij sensus exteriores, alij interiores, inter quos is qui intellectū seu rationē imitatur dicitur imaginatio, ab aliis facultas cogitatiua, residétque in cerebro: alia verò est facultas appetitiua, dicitúrque vulgò appetitus absolutè, vel cū adiectione, appetitus sensitiuus seu animalis, qui quidē appetitus eodē modo se habet ad phantasiā seu imaginationē, quo rationalis appetitus seu voluntas ad intellectum seu rationē. Vt enim voluntas fertur in bonum ab intellectu cognitū, sic appetitus animalis fertur in bonum ab imaginatione perceptum. Tandē in illa infima animę portione, quæ rationi nescit obtemperare, ponitur duntaxat appetitus naturalis: vnde existit ab anima triplex appetitus in homine, nempe rationalis, sensitiuus & naturalis.

Imagina. io

Appetitus sensitiuus quomodo se habeat ad imaginationem.

Appetitus triplex.

2. difficultas.

Secundò quæritur, quotuplex sit appetitus sensitiuus. Respondetur duplicem esse, nempe concupiscibilem & irascibilem, quorum ille semper cum corpore versatur, totúsque in illius cōseruationem incumbit: Hic verò rationi vicinior nonnunquam illi ipsi vim robúrque suppeditat, simul etiam concupiscibili opitulatur quatenus remouet difficultates, & impedimenta quæ obstant quo minus bonum quod optat consequatur. Ex quo patet irascentiam nonnunquam esse concupiscentiæ propugnatricem. Vnde Plato 4. de Rep. vtrumque appetitum à ratione & inter se distinguens, scribit magistratui in ciuitate respōdere in homine rationem, quæstuariis hominibus cupiditatem, auxiliariis, id est, militibus, irascentiam. Necessarium autem fuisse in animali vtrumque appetitum probatur, quia ficut rebus aliis naturalibus indita quædam vis est

Quotuplex sit appetitus sensitiuus.

Appetitus duplex.

Irascentia concupiscentia propugnatrix.

Necessarium fuisse animalibus vtrumque appetitum.

Digitized by Google

vis est non tantùm ad prosequenda conuenientia, aut aduersa fugienda: sed etiam ad resistendum contrariis: vt igni non tantùm indita est leuitas, vt infima deferens ad superna conuolaret, sed præterea calor inditus vt contrariis agentibus obsisteret. Pari ratione congruum erat in sensitiua animę parte vim duplicem reperiri: alteram, qua animalia ad ea quæ prosunt, incitarentur, & ab eis quæ videntur nocitura, retraherentur, quę vis est concupiscentiæ seu appetitus concupiscibilis: & alteram quia niterētur submouere occurrentia rei consequendæ impedimenta, quæ vis est irascentiæ seu appetitus irascibilis. Ex quo intelligitur commune discrimen inter vtrumque appetitum quoad obiectum, quòd ille dicatur tendere in bonū sensibile absolutè; hic verò in bonum sensibile quatenus difficile & arduum; non quòd difficultatem expetat, sed vtilitatem potiùs, cuius causa difficultatibus obluctatur, eásque superat. Præterea ex eo vtriusque discrimen innotescit, quod nonnunquam irascibilis passiones repugnare videantur motibus concupiscibilis, quia concupiscentia inflammata plerumque iram frangit, & ira accensa concupiscentiam minuit.

Discrimen vtriusque appetitus sensitiui.

Tertiò quæritur, in quanam corporis parte resideat vterque appetitus sensitiuus. Respondeo iuxta eorum sententiam qui vnum ab altero realiter differre existimant, videri valde probabile, cùm phantasia sit in cerebro, irascentiam in corde, concupiscentiam verò in hepate collocandam esse: vel iuxta Platonem, irascentiam in præcordiis, concupiscentiam verò in ab domine. Quia tamen probabilius esse iudico, vnum ab altero realiter non distingui, sed tantum formaliter, ita vt vnus & idem reipsa appetitus sub vna consideratione & respectu quarundam passionum dicatur concupiscibilis, & sub alia consideratione respectu aliarum passionum irascibilis nominetur. Hinc eandem vtrique sedem in corde collocandam esse arbitror. Experimur enim omnes affectus siue iræ siue cupiditatis aliquam in corde perturbationem excitare, in eoque mox sentiri. Adde etiam cor ipsum esse vitæ principium, omniúmque vitalium operationum fontem; idcoque valde congruum esse, vt in eo tanquam in arce appetitus ad seruandam vitam, & pericula propulsanda à natura dati resideant.

3. *Difficultas.*

Quanam vtriusque appetitus sedes.

Probabilior sententia de quæ pr posita

Confirmata.

Digitized by Google

Quid sint passiones, & vnde nascantur.

QVAESTIO II.

Passionis in genere descriptio.

ANimi passio definitur à morali philosopho: Motus appetitus sensitiui ex apprehensione boni vel mali cum aliqua mutatione non naturali corporis, vel quod eodem recidit, Actio appetitus sensitiui circa bonum vel malum opinatum, id est, apprehensum vel iudicatum vt tale à phantasia vel æstimatiua.

Passiones sũt actus.

Dicitur motus vel actio, quia cùm in animo tria sint, potentia, seu facultas habitus & actio; passiones autẽ animi, neque sint potentiæ, cùm non perpetuæ; neq; habitus, cùm antequã contrahatur vllus habitus sæpenumerò excitentur; restat vt sint actiones siue actus vel motus eius potentiæ seu facultatis à qua oriuntur, nẽpe appetitus sẽsitiui. Appellantur autem passiones, tũ quia appetitus dum operatur patitur ab obiecto, cũ ab ipso trahi videatur, tùm quia operationes illæ cum sensu quodã doloris aut voluptatis, quæ sunt corporis passiones, coniunctæ sunt, tùm quia aliquã in corpore passionem excitant: appellantur etiam interdũ perturbationes, quia sæpenumero solent animum perturbare nisi ratione coerceantur. Additur in supradicta definitione (circa bonũ vel malum opinatum) vt per obiectum distinguatur ab actu volũtatis, qui est circa bonum vel malum ratione cognitum: illud etiam à nonnullis adiicitur (cum aliqua mutatione corporis non naturali) neque etiam solent excitari passiones absque aliqua excedẽte corporis immutatione, præsertim quoad iugem illum motum quo naturaliter cor modò dilatatur & modò contrahitur. Nam si actus appetitus sensitiui ad fugam retractionémque spectent, vt timor & tristitia, maiorem quàm par sit cordis contractionem afficient: si verò pertineant ad prosecutionem delectationemque, vt amor & lætitia, maiorem quoque, quàm par sit, cordis dilatationem gignent. Mitto alias inde consequentes corporis mutationes, vt quod timore sanguis ad præcordia confugiat, ira verò & furore ebulliat, & ad externas partes vberiùs diffundatur. In quo differunt actus appetitus sensitiui ab actibus appetitus rationalis seu voluntatis, qui quia ex se à corpore sunt magis secreti vt plurimùm quieto

Cur sic appellentur.

Corporis alterato perturbationum comes.

Nota discrimen inter actus appetitus sensitiui, & appetitus rationalis.

Digitized by Google

quieto corpore peraguntur: licèt nonnunquam interueniente appetitu sensitiuo, ex actibus rationalis appetitus corporis immutatio contingat.

Quod verò spectat ad originem passionum, constat ex præcedente quæstione eas ab appetitu sensitiuo proximè & per se oriri cùm sint motus seu actus istius facultatis. Verùm duo alia sunt paulò remotiora, præcipua tamen passionum principia; alterum insitum in homine, nempe phantasia seu opinio sensus, alterum verò diffitum nempe obiectum quod cadit in sensum. Neque enim vnquam appetitus ipse excitari posset, nisi prius imaginatio seu phantasia obiecti specie impulsa fuisset. Ex quo intelligis tum obiectum exterius cum sensum internum, nempe phantasiam, concurrere cum ipso appetitu ad excitandas animi perturbationes: quibus excitatis contingit ipsum rationis iudicium adeò turbari, vt etiam in ipso rationali appetitu similes quodammodo motiones indeliberatæ nascantur; sicque homo totus in belluinam veluti naturam degeneraus, omni in rē malè opinatam nisu feratur: sicque passiones non sunt phantasiæ, opiniones, aut præpostera rationis iudicia, sed ex sensuū opinionibus natę, prępostera ipsa rationis iudicia pariūt. Si quæras quodnam sit præcipuū sensitiui appetitus obiectum, an bonū sensibile expetendum, an verò malum sensibile fugiendum? Respondetur esse bonum expetendum, quia malum fugimus obtinendi boni causa. Hinc etiam appetitus dictus ab appetendo, id autem quod appetitur, quatenus appetitur, bonum est: & inordinatus amor sui qui omnium perturbationum prima & cæterarum veluti radix meritò habetur, circa bonum & opinatum.

Duo præter appetitum passionum principia.

Dubium.

Responsio.

An omnis passio sit vitiosa, & nunquam cadat in virum sapientem.

QVAESTIO III.

STOicis philosophis olim visum est passiones omnes vitiosas esse, & quosdam veluti laboratis animi morbos: Ideoque in virum sapientem cadere nusquam. Quod si philosophi illi, per passiones, non quaslibet motiones

Stoicorum sententia explicatur.

appetitus intellexerint, sed turbulentas duntaxat quæ prodeunt extra limites rationis, animúmque ad vitia inflectunt, à vero nequaquam videntur aberrasse.

Probabilior aliorum philosophorum sententia.

Verùm quæcunque Stoicorum mens fuerit, vera est Peripateticorum, imò etiam Platonicorum sententia, passiones quatenus naturaliter fluunt à suo principio, nempe appetitu sensitiuo, neque bonas esse moraliter, neque malas, sed ad vtrumque esse indifferentes; quatenus autem imperio rationis & voluntatis subjacent, tunc esse bonas vel malas secundùm conditionem objecti circa quod versantur, vel finis ad quem ordinantur. Quod si motus illi nonnunquam excedere videntur, tunc possunt à recta ratione nonnunquam adhibito modo salubriter temperari, tunc; bonæ sunt & meritoriæ. Itaq; licet illi animi motus nõ possint radicitus extirpari, quod naturæ est, amputari tamen possunt, & veluti circumcidi, quod virtutis est.

Quod omnis passio non sit vitium probatur.

Quòd igitur non omnis passio sit vitium seu peccatum, probatur, primùm quia id quo bene vel male vti possumus, non est ex se malum, sed passio est ejusmodi. Cupiunt enim, timent, lætantur, dolentque boni & mali; sed illi bene, isti malè, sicut hominis seu recta seu peruersa voluntas est. Secundò: Nemo tenetur ad culpam nisi propria voluntate deflexerit, non enim crimen habent quæ inferuntur reluctanti; at ratione sæpiùs reluctante excitantur in nobis passiones; non igitur semper sunt vitiosæ: Denique cum virtus circa passionem tanquam propriam materiam versetur; sanè is virtute careat necesse est qui passione caruerit; quare non sunt à sapiente viro penitus remouendæ.

1.
2.
3.

Excedens passio si fit inuoluntaria, dici potest malum non peccatũ proprie.

Porrò, licet vehementior appetionis motus qui liberum rationis arbitrium anteuertit, malum quoddam dici possit, quia ordinatum naturæ statum excedit, vt Rom. 7. *Quod odi malum hoc facio*: non tamen continuò dici potest, propriè loquendo, vitium seu peccatum. Non enim passiones censentur nostra sponte declinare à naturali motu rationis: proindeque nec nobis ad peccatum imputari, nisi voluntariæ. Instabis concupiscentiam non semel ab Apostolo non modo malum, sed etiam peccatum, carnem peccati & corpus peccati seu mortis appellari: cuius rei causa non videtur alia quàm quia ab ipsa passione profluunt.

Obiectio.

Soluitur.

Verùm

Verùm respondetur concupiscentiam nec esse peccatum, nec naturales illius motus esse peccata : ita tamen eam appellari, quod in ea quædam sit ex originali peccato contracta proclivitas ad peccatum, & quia ipsa per suos motus inclinat rationem & voluntatem ad malum. *Cur concupiscentia peccatum dicatur.*

An rectè assignetur passionum numerus.

QVAESTIO IV.

DVæ sunt insignes passionum diuisiones communi vsu receptæ, altera generalis à Stoicis antiquitus tradita in quatuor præcipuas ac cæterarum veluti capita, quæ sunt, gaudium, tristitia, spes, & timor. Omnis enim passio est circa bonum vel malum opinatum, illúdque vel præsens, vel futurum. Gaudium quidem & spes sunt circa bonum, sed gaudium circa præsens, spes verò circa futurum: item tristitia & timor circa malum, sed tristitia circa præsens, timor verò circa futurum. Vnde istorum quatuor affectuum causas, ac dispositiones in quatuor præcipuis intestinorum partibus collocant; lætitiæ quidem in splene, tristitiæ in felle, cupiditatis in iecore, timoris in corde: Cæteræ verò passiones quæ circa bonum vel malum, præsens aut futurum versantur, ad has completiuè reducuntur: sunt enim hæ quatuor quasi fines & complementa cæterarum. Altera quæ est magis specialis diuisio à Peripateticis tradita, fit in minutiores species, quæ sunt vndecim: sex quidem ex appetitu concupiscibili oriundæ, nempe amor, desiderium, gaudium, odium, fuga, tristitia; quinque verò ex appetitu irascibili; spes, desperatio, timor, audacia, ira. Colligitur autem ille passionum numerus in hunc modum. Passionum quædam respiciunt bonum aut malum simpliciter spectatum, pertinéntque ad appetitum concupiscibilem, aliæ bonum aut malum arduum vt sic, spectántque ad irascibilem. Illæ sunt sex, tres quidem respectu boni, nempe amor, desiderium, gaudium: totidem respectu mali, nempe odium, fuga, tristitia. Oblata enim re bona excitatur primùm in concupiscibili amor illius, quod si ea res absens sit, consurgit desiderium; si præsens, delectatio seu gaudium. Similiter oblata re mala, oritur primùm in concupiscibili odium amori contrarium; quod si res quam odio prosequimur absit, oritur statim fuga desiderio ad-

Prior diuisio passionum in 4 species.

Posterior diuisio passionum in 11. species.

Vndenarius passionum numerus comprobatur.

6. Passiones appetitus concupiscibilis.

uersa; si adest, nascitur tristitia seu dolor delectationi oppositus. Passiones verò irascibilis appetitus sunt quinque, duæ respectu boni, nempe spes & desperatio; tres verò respectu mali, nempe timor, audacia, ira. Oblato enim bono arduo, si quis illud se consequi posse iudicet, prouenit statim in irascibili spes; Si verò putet illud se non posse consequi, existit desperatio. Non est autem in irascibili motus circa bonum quod iam adest ac possidetur, quia bonum quod possidetur non habet rationem ardui. Similiter malum arduum, aut nondum adest, aut iam adest: si nondum adest, oritur timor vel audacia: timor si id formidemus ac refugiamus; audacia, si aggrediamur: quod si iam adest, consurgit ira qua animus exardescit ad prçsens malum expellendum, & sumendum de illo vindictam.

Passiones appetitus irascibilis.

Quonam sit ordine consequantur.

Quod si ordinem omnium passionum secundùm viam generationis scire velis, traditur iste à D. Thom. 1.2. qu. 24. artic. 3. Primò, inquit, occurrunt amor & odium: secundò, desiderium & fuga: tertiò spes & desperatio: quartò timor & audacia: quintò ira: sextò & vltimò gaudium & tristitia, quæ consequuntur ad omnes alias præcedentes passiones 2. Eth. cap. 5. ita tamen quod amor sit prior odio, & desiderium fuga, & spes desperatione, & timor audaciâ, & gaudium tristitiâ. Hoc autem ordine de illis sigillatim differemus proxima sequenti disputatione; vt prius de illis quæ pertinent ad appetitum concupiscibilem, deinde de ijs quæ spectant ad appetitum irascibilem, dicamus. Et quoniam contrariorum eadem est disciplina, binas oppositas singulis quæstionibus complectimur.

POSTERIOR DISPVTATIO
huius tractatus.

De passionibus animæ speciatim.

De Amore & Odio.

QVAESTIO I.

QVod spectat ad amorem, quatuor de ipso sigillatim explicanda sunt: primùm ejus ratio seu natura, deinde

inde partes seu species, tum causæ seu origines, tandem effectus eiusdem seu proprietates.

Primò igitur de amore, quæritur quid sit. Verùm ne hîc ambiguitate nominum laboretur, sciendum est, quod licèt ista quatuor, amor nempe, dilectio, charitas, & amicitia, idem quodammodo significent, differūt tamen, quod amicitia habitum significet, amor & dilectio actum: Charitas denique vtroque modo accipiatur. Rursus amor, dilectio, charitas quoad actum differunt, quod amor sit aliquid communius dilectione & charitate. Nam omnis dilectio itémque omnis charitas amor est; sed non è contra; omnis amor est dilectio vel charitas. Sicque amor in genere definiri potest, Complacentia boni. Dilectio autem addit complacentiam rationis delectum: Sicque definiri potest, amor quidam cum rationis delectu. Charitas denique addit ad rationem communem amoris perfectionem quandam, est enim amor non cuiuslibet rei bonę, sed eius quam magni facimus.

1. *Difficultas.*
Quid sit amor.

Amor, dilectio charitas amicitia quâ differant.

Et quoniam complacentia boni seu appetibilis tam in appetitu intellectiuo quàm in sensitiuo esse potest; hinc amor alius dicitur intellectiuus seu rationalis, alius verò sensitiuus seu animalis. Et quidem de illo accipiendum est quod docet D. Dionys. lib. de diuinis nominibus c. 4. amorem esse quid diuinius dilectione. Ibi enim amor idem est quod quidam raptus rationalis appetitus ex intuitu diuinæ pulchritudinis ortus: de isto verò nempe sensitiuo præsertim accipienda sunt eá quæ in hac quæstione de amore dicimus. Et certè posterior iste propriè dicitur passio, non ille prior qui potius dici debet volūtatis affectus. Cæterùm ex hac complacentia boni seu appetibilis qui dicitur amor, sequitur motus ad ipsum appetibile, dicitúrque desiderium, & tandem quies in eodem, dicitúrque gaudium, de quibus postea.

Explicatur locus D. Dion.

Desiderium & gaudium ex amore consequuntur.

Secundò quæritur, quotuplex sit amor. Diuus Dionysius quintuplicem facit; diuinū, angelicum, rationalem, animalem, naturalem, quorum primus in Deo, secundus in angelis, tertius in hominibus, quartus in belluis; quintus in cæteris rebus etiam inanimatis reperitur. Plato in Symposio duplicem facit amorem in homine, alterum verum, alterum adulterinum. Ille dicitur nisus quidam animæ ad diuinam pulchritudinem euolandi ex aspe-

2. *Difficultas.*
Quotuplex sit
1. *diuisio.*
2. *diuisio.*

ctu corparalis pulchritudinis excitatus: Hic verò dicitur animæ quædam ab aſpectu in tactum corporalem præcipitatio. Denique aliter diuiditur amor à D. Thoma 1.2.q. 16.artic. 4.in amorem amicitiæ,& amorem concupiſcentiæ. Amor enim in duo tendit, ſcil.in bonum quod quis vult alicui;ſiue ſibi,ſiue alteri, & in illud cui vult bonum. Ad illud igitur bonũ quod quis vult alicui habetur amor concupiſcentiæ,ad illud autem cui aliquis vult bonũ habetur amor amicitiæ. Ex quo intelligis illum amorẽ eſſe propter iſtum. Nam id quod amatur amore amicitię,ſimpliciter & per ſe amatur;quod verò amatur amore cõcupiſcentiæ,non niſi ſecundùm quid & propter aliud. Vbi nota hîc amorem amicitiæ appellari,nõ quòd ipſe amor amicitiæ ſit amicitia quæ eſt habitus, ſed quod vel ſit actus amicitiæ vel ei perſimilis quo ſolemus amicũ proſequi,is enim cẽſetur amicus cui aliquod bonum volumus: ſic etiam amorem concupiſcentiæ appellari, non quia à concupiſcentia oritur, poteſt enim etiam ab appetitu rationali oriri;ſed quia illud maximè dicimur cõcupiſcere quod volumus nobis:hinc etiam fit vt dicamur etiã illud bonum concupiſcere, quod alteri volumus, licet minùs propriè. Et ſicut ille magis propriè dicitur amor amicitiæ quo alium amamus, quàm quo noſipſos amamus: Sic è contra ille cenſetur magis propriè amor concupiſcẽtiæ, quo volumus aliquid bonum noſtri cauſa quàm alterius. Vnde cùm aliquem amamus noſtrę priuatę vtilitatis aut delectationis gratia, dicimur illum amare amore concupiſcẽtiæ. Ex quo intelligis cùm triplex ſit amicitia 3.Eth. c.1.vtilis, delectabilis, & honeſta, duas priores ſpecies in amorem concupiſcentiæ degenerare,quia in illis ſic bonũ amico deſideramus vt illud ad noſtram delectationem & vtilitatem referamus. Porrò amor quo noſipſos amamus, & quo bonum nobis volumus, dicitur vulgò amor proprius, & ferè ſumitur in malam partem, quia vt plurimùm eſt inordinatus. Huc ſpectat alia amoris diuiſio in amorem abundantiæ ſeu beneuolentię,quo bonum alteri volumus,licèt nullum inde ſperemus commodum,qualis eſt amor Dei erga nos,& parentum erga filios,& amorem indigentiæ quo bonum alteri volumus noſtræ priuatæ,vtilitatis cauſa,quia nempe eius ope maximè indigemus, qualis

3. Diuiſio.

Amor amicitiæ cur ſic dictus.

Amor concupiſcentiæ cur ſic dictus.

Amicitia triplex.

Amor proprius.

4. diuiſio.

Amor abundantiæ.

Amor indigentiæ.

qualis est amor quo homines Deum,& liberi suos parentes prosequuntur; prior igitur pertinet ad amorem amicitiæ,posterior verò ad amorem concupiscentiæ.

Tertiò quæritur,quænam sint amoris causæ. Prima & præcipua causa amoris est bonum. Ratio est,quia amor importat quandam connaturalitatem vel complacentiam amantis ad amatum: vnicuiq; autem bonum est id quod est sibi connatutale & proportionatum; vnde relinquitur quod bonum sit propria causa amoris. Secunda causa est pulchrum,quod quidem re ipsa bonum est,est enim pulchrum vt sic,valde appetibile & amabile;addit tamen istud ad rationem boni,quod ex eius aspectu seu cognitione delectetur appetitus. Est enim pulchritudo gratia seu venustas quædam, quæ sensu aut ratione cognita vehementiùs ad amandum impellit. Hinc est quod amor per eos sensus oriri soleat, per quos percipi potest rerum pulchritudo,cuiusmodi sunt inter externos visus & auditus. Cur verò illi duo sensus externi specie pulchri ducantur,non item cæteri,ratio est, tùm quia in eorum obiectis venustas & gratia maximè locum habeat, vnde pulchros colores, itémque pulchros sonos dicimus; non verò pulchros odores vel sapores,&c.tùm quia illi sensus inter cæteros sunt maximè cognoscitiui, quia eorum vis subtilior est ac spiritualior: quò fit vt rerum pulchritudo quæ spiritualis ac diuinæ perfectionis imitatio quædam est,vt præclarè differunt Platonici, nonnisi per istos sensus externos percipi possit. Tertia, est similitudo amantis & amati; cùm nempe amans vel actu, vel potestate & quadam veluti inclinatione similis est amato,vtroque enim modo similitudo optima est amoris conciliatrix: qui enim actu similis est alteri suam ipsius imaginem in altero intuens,alterum tanquam seipsum diligit,isque est amor amicitiæ:qui verò nondum actu, sed potestate tantùm similis est alteri,ipsum amat,illíque vniri optat,quò possit fieri particeps earum perfectionum quæ in ipso reperiuntur;isque est amor concupiscentiæ.Huc spectat animorum & morum quædam sympathia,quæ est occulta quædam naturæ consensio ac similitudo, quæ facit vt aliud mihi, aliud tibi pulchrum & magis amabile videatur,licet fortasse sit à parte rei minùs pulchrum & amabile, quia nempe in eo est aliquid latens mihi gratum

3. difficultas. Quanam sint amoris causæ.
1. Bonum.
2. Pulchrum.
3. Similitudo.
Animorum & morum sympathia.

4. Amor. quod miro quodam modo sese vultu, ac præsertim oculis exprimit, méque ad ipsius amorem pellicit. Quarta amoris causa est amor. Nulla enim est maior prouocatio ad amandum quàm præuenire amando: nimis enim durus est animus qui dilectionem etsi non vult impendere, nolit rependere. Neque tantùm amor in re amata causa fit, vt eam ardentius redamemus, sed etiam amor in ipso amante rem amatam reddit amabiliorem: quo enim vehementius aliquid amatur, eò semper melius ac proinde amabilius esse iudicatur. Addi possunt vltimo loco causæ naturales, quæ ex cuiusque naturali temperamento sumi possunt: quibus enim tenuiores sunt humores, lucidiores spiritus, cor calidius, vegetior & subtilior sanguis, item qui sunt facili & miti natura, ad amandum sunt procliuiores.

Causa alia Amoris naturales.

4. Difficultas. Quartò, quæritur quænam sint amoris proprietates seu effectus. Primus est assimilatio amantis cum re amata; est enim in eo discrimen inter intellectum & affectum, quod intelligens per intellectum rem sibi assimilat; at verò amans per affectum rei amatæ assimilatur; & experientia constat eos qui amant, eniti, vt quantum fieri potest, se rei amatæ in omnibus conforment. Secundus est vnio seu adunatio rei amantis cum re amata. Nam præter quam quod amor formaliter est vnio quædam amantis cum re amata, facit præterea vt amans cupiat fieri vnum quid cum amato, quò fit vt ipsius præsentiam perpetuò desideret. Tertius est inhæsio amantis cum re amata, qua amans rei amatæ per intellectum & affectum immobiliter adhæret. Ita vt amans de re amata perpetuò cogitet, illam perpetuò meditetur ac sitiat, nec tam seipsum quàm amantem sentiat: quo spectat illud Platonis in Symposio, Amatorum animum in proprio corpore mortuum, in alieno viuere. Neque enim tam est anima in eo quod animat, quàm in eo quod amat. Quartus est, extasis, quæ est animæ quidam raptus extra proprium & consuetum sui statum, qui contingit, cùm anima omnes suas vires in se intus recolligens, toto postea nisu fertur in amatum: quo fit vt tunc corpus omni animæ vi, immò ipsa animæ præsentia destitutum esse videatur. Quintus effectus est zelus, cũ nititur is qui amat omne id repellere, quod perfectam amatæ rei possessionem

Quanam sint amoris effectus.

1. Assimilatio.

2. Vnitio.

3. Inhæsio.

4. extasis.

5. Zelus.

nem

nem impedire poteſt, vt contingit in amore concupiſcentiæ: ex quo naſcitur cùm zelus conjugalis, tùm zelus inuidiæ, vel cùm nititur amans id omne remouere quod amici bono aduerſatur, vt contingit in amore amicitiæ, potéſtque dici zelus iuſtitiæ, qualis eſt iſte de quo Pſal. *Zelus domus tuæ comedit me*, & Helias 3. Reg. 19. *Zelo zelatus ſum pro Domino exercituum.* Sunt etiam præter iſtos morales effectus, quidam alij naturales & phyſici, vt quòd amantes pallidi, macilenti & ſqualidi ſint: dum enim tota vis animæ ad rem amatam conuertitur, illúcque intenta eſt, capiendo dirigendóque alimento non ſufficit; quo fit vt inopia cruditatéque ſanguinis membra extenuentur & palleſcant. *Alij effectus amoris naturales.*

Quod ſpectat ad odium, quod nihil aliud eſt, quàm diſplicentia quædam circa malum opinatum, vt malum eſt; cùm ſit amori contrarium, & contrariorum contrariæ ſint ſpecies, cauſæ, effectus; facilè ex ijs quæ diximus de ſpeciebus, cauſis & effectibus amoris colligi poterunt ſpecies, cauſæ, & effectus odij. *Odium quid ſit.*

De Deſiderio & Fuga.

QVAESTIO II.

DEſiderium & concupiſcentia idem ſunt apud D. Th. 1.2. qu. 30. cum hoc tamen diſcrimine, quod deſiderium magis propriè pertinet ad rationalem appetitum, concupiſcentia verò ad ſenſitiuum. Eſt igitur Deſiderium ſeu concupiſcentia, Animæ paſſio in appetitu concupiſcibili circa bonum opinatum abſens; diſtinguitúrque ab amore & delectatione, quod ex amore naſcatur & in delectationem tendat: & licet idem obiectum quod eſt bonũ & finis, ſit cauſa amoris, deſiderij, & delectationis ſeu gaudij, non tamen ſub eadem ratione; quatenus enim bonum adaptat quodammodo ſibi appetitum, cauſat amorem; quatenus idem bonum abſens eundem ad ſe attrahit, cauſat concupiſcentiam; quatenus denique præſens eundem quietat, in ſe ipſo cauſat delectationem. *Deſiderium & concupiſcentia idem.*

Concupiſcentiarum aliæ dicuntur naturales, aliæ verò non naturales. Illæ ſunt eorum ad quæ naturæ quędam neceſſitate compellimur, vt ſi quis longa defeſſus vigilia ſomnum appetat, vel eſuriens cibum, &c. hæ verò ſunt eo- *Concupiſcentiarum 2. genera.*

rum quæ natura per se non desiderat, sed pro rationis arbitrio desiderantur: Vnde etiam illæ dicuntur irrationabiles; hæ verò rationabiles, licet non semper sint rectæ rationi conformes, hujusmodi sunt opum desideria, & honorum ambitus, &c. Illæ finitæ sunt, natura enim non fertur in infinitum, quare cibum expetimus ad certum vsque modum, nempe quoad sedetur fames; hæ verò infinitæ sunt; nullis enim terminis humana coercetur ambitio; illæ in appetitu sensitiuo vt plurimum, hæ verò in appetitu rationali residunt. Denique illæ belluis cum homine communes, hæ verò homini sunt peculiares.

Vnde nascitur desiderium.

Nascitur desiderium ex ijdem ferme causis ex quibus amor, maximè verò ex bono futuro apprehenso. Neque tamen omnes cæteris paribus æquè appetunt, sed qui sunt calidiori temperamento feruentius, qui verò magis temperato temperatè magis desiderant, constantius tamen.

Effectus desiderij.

Effectus quoque huius passionis ijdem ferme sunt qui amoris: Adde istud, quod qui vehementius quippiam expetunt, mirè discruciantur donec rem expetitam consequantur; hinc suspiria, gemitus, lacrymæ, &c.

Quid sit fuga.

Quod spectat ad fugam, definiri potest, Animæ passio in appetitu concupiscibili circa malum absens opinatum, eodemque modo distinguitur ab odio & tristitia, quomodo desiderium ab amore & lætitia. Est enim in odio displicentia mali, in fuga recessus è malo, in tristitia quies in malo. Porrò huius passionis causæ & effectus opponuntur causis & effectibus desiderij.

De delectatione seu voluptate, & tristitia seu dolore.

QVAESTIO III.

POstremum locum ordine naturæ seu generationis tenent inter omnes passiones hæ duæ; quia tamen pertinent ad appetitum concupiscibilem, idcirco prius de istis, quàm de alijs quæ pertinent ad appetitum irascibilem pertractabimus: & quidem in hac quæstione prius de delectatione, seu voluptate; deinde de tristitia seu dolore.

1. difficultas. Quid sit delectatio.

Quod igitur spectat ad delectationem, primùm quæritur quid sit. Delectatio est animæ passio, seu motus quidã in appetitu sensitiuo ex præsentia boni connaturalis sensu percepti prouenies. Dicitur motus, non quòd appetitus per

tus per hunc motum ad aliquid tendat, ſicut in deſiderio contingit, ſed quia appetitus ab ipſo appetibili præſente immutatur ſiue afficitur. Dicitur eſſe in appetitu ſenſitiuo, vt diſtinguatur ab ea delectatione quæ reperitur in appetitu rationali, quæ licèt verè ſit delectatio, non tamen dici poteſt propriè paſſio: Appellatur autem hæc delectatio rationis peculiari nomine, Gaudium. Ex quo intelligis gaudium eſſe ſpeciem delectationis: & ſicut gaudium accipitur propriè pro ſola rationali delectatione: ſic voluntas vt plurimùm pro ſenſitiua duntaxat vſurpatur: delectatio pro vtraque. Alia verò nomina ad delectationem pertinentia ſunt impoſita ab effectibus delectationis. Lætitia imponitur à dilatatione cordis ac dicerentur lętitia. Exultatio ab exterioribus ſignis interni gaudij, itémque iucunditas, hilaritas verò ſpecialiter à ſignis lætitiæ in vultu apparentibus.

Gaudium & voluptas ſunt ſpecies delectationis.

Secundò de delectatione quæritur quotuplex ſit. Reſpondeo delectationum ſicut & concupiſcentiarum alias eſſe naturales, alias verò non naturales, quæ dici poſſunt rationales. Illæ ſunt appetitus ſenſitiui; hæ verò appetitus intellectiui. Illæ fiunt ſemper cum aliqua immutatione corporali: hæ verò non item, ſed ſunt ſimplices motus voluntatis. Illæ ſunt corporales & ſenſibiles: hæ vero ſpirituales & intelligibiles. Licèt autem ſpirituales delectationes ſecundùm ſe & abſolutè ſint majores corporalibus; nihilominus tamen corporales quoad nos & ſecundum quid ſunt majores ſpiritualibus: tum quia ſenſibilia quoad nos ſunt magis nota; quo magis autem bonum præſens percipitur, eò majorem cauſat delectationem; tùm quia ſenſibiles illæ delectationes fiunt cum aliqua immutatione corporali, non autè ſpirituales, niſi per accidens. Inter delectationes autem ſenſibiles majores ſunt eæ quæ fiunt ſecundùm tactum, quia earum objecta ſunt magis ſenſibilia. Aliter diuiditur delectatio ſeu voluptas in puram, & non puram ſeu mixtam. Illa eſt quæ rectè conſtitutis animis & corporibus competit: hæc verò nonniſi ex aliqua aut animi aut corporis deprauatione contingit; ideóque ab Ariſtotele 7. Ethic. appellatur ægritudinalis & contra naturam: ſic enim conſtat experientia nonnulla, verbi gratia, potum aquæ ægris corporibus ſummam delectationem afferre, quæ ſanis corpori-

2. difficultas.

Quotuplex ſit delectatio: delectationum duo genera.

Quanam ſit major delectatio, ſpiritualis, an corporalis.

Bina diuiſio voluptatis in puram & non puram.

bus aut nullam, aut certè per exiguam voluptatem afferunt: quæ sunt prioris generis delectationes, dici possunt naturales; posterioris verò generis non naturales, sed alio sensu quàm in ptiori diuisione, vt patet.

3. Difficultas quæ sint causa delectationis.

Tertiò quæritur, quænam sint causæ delectationis. Prima & præcipua est bonum præsens cognitum, totúmque simul apprehensum. Nascitur enim voluptas ex percepta coniunctione conuenientis. Secunda causa delectationis est operatio, siue ea per quam consequimur bonum conueniens, siue ea per quam ipsum boni consecutionem percipimus. Quare omnis delectatio ex aliqua operatione consequitur. Tertia delectationis causa est varietas, quia enim humana mens rerum multarum est cupida, ideo vario rerum successu solet oblectari; & natura etiam ipsa in se multiformis varietate ipsa tanquam simili sibi oblectatur. Quarta, præteriti dolores per accidens delectationem pariunt, quò enim maiora sunt mala quæ euasimus, eo delectabilior videtur esse quies & securitas qua fruimur, quare iucunda semper esse solet præteriti laboris recordatio. Quintò, delectationem pariunt tùm memoria cùm spes, quia dilectatio nascitur ex agnita possessione boni: Memoriâ autem præteritia bona possidentur, siúntque veluti præsentia; spe verò futura: maior tamen ex spe delectatio nascitur, quia quæ futura sunt, verè aliquando esse possunt, non item præterita.

1. Bonum præsens
2. Operatio.
3. Varietas.
4. Præteriti dolores.

4. Difficultas Quinam sint effectus delectationis.

Quartò quæritur, quinam sint effectus delectationis seu lætitiæ. Primus est cordis, & viscerum dilatatio, vnde illud Is. 6. *Videbis, & affluES, & mirabitur, & dilatabitur cor tuum.* Ex hac autem cordis dilatatione sequitur sanguinis ad externas partes diffusio: Secundus est sanitas corporis, præsertim si moderata sit: tùm quia sic molestiis & curis releuatur animus, tum quia moderata cordis & viscerum dilatatione spiritus fiunt puriores, quò fit vt latius & alacrius operemur. Si tamen nimis profusa sit, non mediocriter nocere potest, immò quibusdam præsertim senibus mortis causam fuisse legimus, quia per ipsam diffusis ad externas partes spiritibus cor natiuo calore repente destituitur ac deficit. Tertius effectus est risus, qui non ex qualibet delectatione, sed ex rationali præsertim, scilicet gaudio seu lætitia nascitur, quatenus mediante appetitu sensitiuo redundat in corpus. Solet autem

1. Cordis dilatatio
2. Sanitas.
3. Risus.

Digitized by Google

autem risus dissipatis spiritibus vitalibus excitari, tunc enim existit motus ille oris & pectoris ortus à diaphragmate per musculos ad buccam vsque perueniens. Quartus effectus est operationis perfectio: delectatio enim iuxta Philosophum 10. Eth. operationem perficit, tùm quia ipsa est bonum operationi superueniens, tùm quia agens dum in sua actione delectatur, vehementiùs ad eam attendit, eámque diligentiùs exequitur. *4. Operationum perfectio.*

Quod spectat ad tristitiam, primùm quæritur quid sit. Respondetur esse passionem animę ex apprehensione mali præsentis ortã. Quæ definitio intelligenda est de tristitia seu dolore, quatenus est in appetitu sensitiuo, nã tristitia seu dolor in appetitu intellectiuo nõ dicitur propriè passio. Quo loco nota dolorem latius patere quàm tristitiã, eo quòd ægritudo illa quę ab exteriori tãtùm sensu prouenit, nõ appellatur tristitia. At verò omnis ægritudo, siue mentis, siue corporis, siue proueniat ex solo exteriori sẽsu, siue ab interiori, imaginatione nẽpe vel ratione, verè potest dici dolor. Solus igitur ille dolor, qui ex apprehensione interioris sensus prouenit, appellari solet tristitia. Sunt autẽ pleraque alia vocabula, quę ad hunc animę affectũ pertinent, vt angor, id est, ægritudo premẽs, mœror id est ægritudo flebilis, lamentatio id est ægritudo cũ eiulatu, molestia ægritudo permanens, melancholia ægritudo diuturnitate obfirmata, & quasi in naturã conuersa. *De tristitia. 1. difficultas. Quid sit. Omnis tristitia est dolor, sed non omnis dolor est tristitia.*

Secundò quæritur quotuplex sit dolor. In genere duplex est, alter exterior, alter verò interior, vterque enim est motus appetitivæ virtutis. Sed in hoc differunt, quod dolor exterior causetur ex malo coniuncto corpori per sensum exteriorem apprehensò: At verò interior ex malo coniuncto appetitui per sensum interiorem, siue phãtasiam, siue rationem apprehensò. Rursus dolor interior qui propriè dicitur tristitia, in quatuor species distribuitur: sunt autem hæ, nempe misericordia, inuidia, auxietas & acedia. Misericordia est dolor quidam animi ex alieno malo contractus. Inuidia est dolor animi, ex alieno bono, quatenus æstimatur esse nobis malum, contractus, in quantum bonum istud alienum nos priuat nostro proprio bono, vel proprium nostrum bonum minuit, vel æstimatur nobis aliquo modo obesse. Anxietas est animi quædam oppressio ex impendente malo, à quo nullum *2. difficultas. quotuplex sit dolor. Dolor in genere duplex. Dolor interior quadruplex.*

apparet effugium. Acedia verò addit animi anxietatem, insignem corporis torporem, ita vt etiam vox ipsa præ nimia tristitia præcludatur.

3. Difficultas quænam sint causæ doloris. Tertio quæritur, quænã sint causæ doloris ac tristitiæ? Prima & præcipua, est malum coniunctũ, seu præsens cognitum. Secũda amor & desideriũ; cùm res amata & optata differtur, vnde illud Sapiẽtis, *Spes quæ differtur, affligit animã.* Tertia est naturale corporis temperamentũ: qui enim melancholico humore abũdant, ad tristitiã sunt procliuiores, & quę solent melancholicũ humorẽ gignere, vt studia, vigilię, ærumnę, & alimenta quędàm tristitiã quoque pariunt. Quarto loco tristitia sibi ipsi augmẽti causa est: nam quò plus tristamur, eo plus humoris melãcholici accumulamus, & sic proniores in mœrorem efficimur.

1.
2.
3.

4. difficultas. Quinam sint effectus tristitiæ. Quartò quæritur, quinam sint effectus tristitiæ. Præcipuus & generalis effectus tristitiæ, est notabile detrimẽtũ sanitatis, cùm quia tristitia naturalẽ sanguinis & spirituũ dilatationem præpedit, tum quia torporem & segnitiem corporis gignit: quare qui præter modũ tristantur, squallidi, iacentes & otiosi sunt. Præterea specialis effectus tristitiæ, est somnus qui ex illorũ animi cùm corporis torpore prouenit; vnde illud Ps. 118. *Dormitauit anima mea præ tædio.* Luctus etiã seu fletus specialis est effectus tristitiæ. Sunt autem à natura datæ nobis lacrymæ, vt nostram miseriam aliis indicent, sicque in iis commiserationis effectum excitent, quò nostræ necessitati opitulentur.

Primus, qui plures in se continet.

Remedia tristitiæ. Addi possent hic remedia tristitiæ, quorum hæc sunt præcipua, de quibus D. Thom. 1.2. q. 38. nempe delectatio quæuis, fletus seu profusæ lacrymę, amicorum compassio, veritatis consideratio, denique somnus, & balnea. Sed hæc de passionibus, appetitus concupiscibilis satis.

De spe, & desperatione.

QVAESTIO IV.

Quid sit spes. SPes, est animi passio in appetitu irascibili circa bonũ futurum, arduum seu difficile, possibile tamen vt habeatur. Dicitur passio in appetitu irascibili, vt distinguatur ab ea spe, quæ in rationali appetitu esse potest, quæ nõ est passio. Subiungitur circa bonum, vt distinguatur à metu vel

tu vel audacia,& aliis passionibus quę sunt circa malũ:additur futurum , vt distinguatur à gaudio quod est circa bonum præsens : additur adhuc arduum seu difficile vt habeatur,vt distinguatur à desiderio quod est circa bonũ futurum absolutè : non enim aliquis dicitur aliquid sperare minimum quod statim est in sua potestate vt habeat: denique subditur possibile vt habeatur,vt sic distinguatur à desperatione,vt patebit posteà.

Causæ huius fermè eædem sunt quæ amoris & desiderij,specialiter verò bonum futurum arduum quod haberi potest. Adde etiam nonnuquam experientiam esse causam spei, vt patet in eo qui sæpius in bello victoriam est adeptus:aliquando verò in experientiam,vt in iuuenibus contingit , qui facilè sperant se omnia consecuturos cùm senes contrà non facilè sperent. *Causa spei.*

Effectus spei iidem quoque sunt qui desiderij : Adde speciales quosdam effectus , cuiusmodi est longanimitas in expectando , patientia in ferendo, magnanimitas in aggrediendo, denique alacritas in operando. *Eff. ata spei.*

Desperatio spei opponitur,estque animi passio in appetitu irascibili circa bonũ arduum quod nõ potest haberi. Vbi nota passiones appetitus irascibilis aliter opponi inter se quã passiones cõcupiscibilis,inuenitur enim in mutationibus duplex contrarietas,vna secundùm accessũ ad contrarios terminos,& ea cõtrarietas reperitur inter passiones appetitus concupiscibilis,vt inter amorem & odiũ, desiderium,fugam,lætitiam, tristitiam: altera secundùm accessum & recessum respectu eiusdẽ termini,& talis cõtrarietas reperitur inter passiones appetitus irascibilis, vt inter spem & desperationem, vtraque enim circa bonum versatur:itémque inter audaciam & metum,vtraque enim circa malum versatur. Sunt autem desperationis oppositæ causæ & effectus,& causis & effectibus spei. *Quid sit desperatio.* *Duplex genus contrarietatis in metu.* 1. 2.

De metu & audacia.

QVAESTIO V.

NOnnulla sicut de cæteris,ita de timore seu metu sigillatim explicanda.Itaque primùm quæritur quid sit. Timor seu metus est animi passio circa malum futurum arduum seu difficile cui resisti possit. Vbi nota inter *Quid sit*

Digitized by Google

daciam confirmat æstimatio majoris boni consequendi
1. & minoris periculi subeundi, tum superuenientis auxilij
2. expectatio: denique naturale corporis temperamentum:
3. audaciores enim sunt quibus pulmones sanguinolenti,
4. cor feruens & exiguum: vis enim ad angustias redacta fit
5. acutior. Ebrij quoque & iuuenes, quia in ijs exigua est mali impendentis æstimatio. Qui sunt frigidiori cœlo nati, solent esse audaciores; qui verò calidiori timidiores, causam ferunt antiperistasim: similiter qui nunquam experti sunt pericula. Tandem qui omnibus affluunt, interdum videntur audaciores, & è contra qui in maximis
6. versantur ærumnis: illi quidem, quia arbitrantur se posse
7. superare omnia, hi verò quia nihili ducunt omnia.

Quinam eiusdem effectus.
1. 2. 3.

Effectus audaciæ præcipuus, est consecutio boni optati, deinde sui ipsius æstimatio, si res fœliciter succedat: si verò negotium ex voto non succedat, indignatio, ira, præterea clades, calamitates.

De Ira.

QVAESTIO VI.

1. difficultas. Quid sit Ira.

DE Ira primùm quæritur quid sit. Est igitur ira, animæ passio in appetitu irascibili circa malũ præsens, quatenus cum aliqua difficultate repellendum est: Sicque ira est passio appetitus irascibilis maximè propria, vnde ab ipsa appetitus ipse denominatus est, tum quia ad iram terminantur omnes motus huius potentiæ, tum quia inter cæteras huius potentiæ passiones hæc est manifestissima, quia vehementissima. Obiectum verò iræ est malum præsens, arduum, seu cum difficultate repellendum. Cæterùm iram circunstãt pleræq; passiones, præsertim ĩstæ quatuor vt plurimùm, nempe dolor de iniuria accepta, spes illam iniuriam vlciscendi, tum appetitio seu desiderium vel prosecutio vindictæ; denique odium eius qui iniuriam intulit. Ex quibus duæ priores antecedunt, duæ posteriores eandem comitantur: Sicque motus iræ ex dolore & spe oritur, dumque iratus homo nititur malum vt sibi præsens apprehensum repellere, simul vindictam de malo sibi illato appetit tanquam sibi bonum: & eum, qui malum intulit, detestatur & odit.

Obiectum iræ.

Iram 4. circunstant.

Quo

Quo fit, vt D. Thom. dixerit obiectum irę, partim esse bonum, partim malum. Verùm in hoc dissentimus à D. Tho. quod proprium obiectum iræ, neque vindictam esse, neque eum, de quo sumenda est vindicta, existimemus, sed malum præsens quatenus cum difficultate repellendum est. *D. Thomæ minus probabilis opinio de obiecto irę.*

Secundò quæritur, quænam sint species irę: Aristoteles 4. Eth. c. 5. tria facit eorum qui irascuntur genera; primi generis, ὀργίλους καὶ ἀποκύλους appellat, id est, iracundos, & procliues admodum ad iracundiam, qui vel leuissimis de causis irascuntur, ita tamen vt facillimè placentur; secundi generis πικρούς appellat, qui non facilè excandescunt, ægrè tamen placantur cùm excanduerint; tertij generis, χαλεπούς appellat infensos, sæuos, asperos, qui citò; vehementer ac diu irascuntur, nec vnquã nisi sumptâ vindictâ placari possunt. Iuxta hęc tria hominum irascentiũ genera tres quoque species irę assignari possunt: Et quidem D. Thomas 1.2. qu. 46. artic. 8. tres irę species assignat. Prima vocatur fel vel iracundia, éstque primus impetus, & initium iracundiæ. Altera species dicitur furor, qui non quiescit nisi sumatur vindicta. Tertia dicitur mania, quæ diutissimè permanet; & vix vnquam placari potest. 2. *Difficultas, De speciebus irę.* *Tria irarum genera.* *Alia tres irę species.*

Tertiò quæritur, quæ sint causæ huius passionis. Prima & præcipua causa est malum læsiuum præsens quod repelli potest, præsertim, si cum illo seu iniuriâ illatâ adsit contemptus; vnde ea augent iram quæ pariunt contemptum, vt sunt detrectatio, contumelia, vituperatio, illusio, derisio, &c. auget etiam iram circumstantia personæ cõtemnentis, vt si te contemnat familiaris, filius, seruus, aut alij de quibus bene meritus. Denique iram acuit naturale temperamentum, quare cholerici seu bilioso qui abundant cholera, ad iracundiam proni sunt, pituitosi verò ægrè irascuntur: Est enim pituita choleræ seu flauæ bili contraria. Adde etiam cœli seu anni tempestatem. Nam æstate & præsertim diebus, vt loquuntur, caniculatibus, facilius irascuntur homines. 3. *difficultas. De causis irę* 1. 2. 3. 4. 5.

Quartò quæritur, quinam sint effectus irę. Imprimis iram sequitur feruor sanguinis circa cor cum amaritudine & dolore: deinde sequitur diffusio sanguinis ad externas partes, & præsertim spirituum, qui quasi auxiliares copiæ ad vindictam sumendam, sese offerunt: tertio loco 4. *Difficultas. De effectibus irę.* 1. 2.

daciam confirmat æstimatio majoris boni consequendi
1. & minoris periculi subeundi, tum superuenientis auxilij
2. expectatio: denique naturale corporis temperamentum:
3. audaciores enim sunt quibus pulmones sanguinolenti,
4. cor feruens & exiguum: vis enim ad angustias redacta fit
5. acutior. Ebrij quoque & iuuenes, quia in ijs exigua est mali impendentis æstimatio. Qui sunt frigidiori cœlo nati, solent esse audaciores; qui verò calidiori timidiores, causam ferunt antiperistasim: similiter qui nunquam experti sunt pericula. Tandem qui omnibus affluunt, interdum videntur audaciores, & è contra qui in maximis
6. versantur ærumnis: illi quidem, quia arbitrantur se posse
7. superare omnia, hi verò quia nihili ducunt omnia.

Quinam eiusdem effectus.

Effectus audaciæ præcipuus, est consecutio boni optati, deinde sui ipsius æstimatio, si res fœliciter succedat: si verò negotium ex voto non succedat, indignatio, ira, præterea clades, calamitates.
1.
2.
3.

De Ira.

QVAESTIO VI.

1. difficultas. Quid sit Ira.

DE Ira primùm quæritur quid sit. Est igitur ira, animæ passio in appetitu irascibili circa malũ præsens, quatenus cum aliqua difficultate repellendum est: Sicque ira est passio appetitus irascibilis maximè propria, vnde ab ipsa appetitus ipse denominatus est, tum quia ad iram terminantur omnes motus huius potentiæ, tum quia inter cæteras huius potentiæ passiones hæc est manifestissima, quia vehementissima. Obiectum verò iræ est malum præsens, arduum, seu cum difficultate repellendum. Cæterùm iram circunstãt pleræq; passiones, præsertim istæ quatuor vt plurimùm, nempe dolor de iniuria accepta, spes illam iniuriam vlciscendi, tum appetitio seu desiderium vel prosecutio vindictæ; denique odium eius qui iniuriam intulit. Ex quibus duæ priores antecedunt, duæ posteriores eandem comitantur: Sicque motus iræ ex dolore & spe oritur, dumque iratus homo nititur malum vt sibi præsens apprehensum repellere, simul vindictam de malo sibi illato appetit tanquam sibi bonum: & eum, qui malum intulit, detestatur & odit.

Obiectum iræ.

Iram 4. circunstant.

Quo

Digitized by Google

Quo fit, vt D. Thom. dixerit obiectum irę, partim esse bonum, partim malum. Verùm in hoc dissentimus à D. Tho. quod proprium obiectum irę, neque vindictam esse, neque eum, de quo sumenda est vindicta, existimemus, sed malum præsens quatenus cum difficultate repellendum est. *D. Thomæ minus probabilis opinio de obiecto ir.*

Secundò quæritur, quænam sint species irę: Aristoteles 4. Eth. c. 5. tria facit eorum qui irascuntur genera; primi generis, ὀργίλους καὶ ἀποκύλους appellat, id est, iracundos, & procliues admodum ad iracundiam, qui vel leuissimis de causis irascuntur, ita tamen vt facillimè placentur; secundi generis πικρὰς appellat, qui non facilè excandescunt, ægrè tamen placantur cùm excanduerint; tertij generis, χαλεπούς appellat infensos, sæuos, asperos, qui citò, vehementer ac diu irascuntur, nec vnquã nisi sumptâ vindictâ placari possunt. Iuxta hęc tria hominum irascentiũ genera tres quoque species irę assignari possunt: Et quidem D. Thomas 1.2. qu. 46. artic. 8. tres irę species assignat. Prima vocatur fel vel iracundia, éstque primus impetus, & initium iracundię. Altera species dicitur furor, qui non quiescit nisi sumatur vindicta. Tertia dicitur mania, quæ diutissimè permanet; & vix vnquam placari potest. 2. *Difficultas, De speciebus irę.* *Tria irarum genera.* *Alia tres irę species.*

Tertiò quæritur, quæ sint causæ huius passionis. Prima & præcipua causa est malum læsiuum præsens quod repelli potest, præsertim, si cum illo seu iniuriâ illatâ adsit contemptus; vnde ea augent iram quæ pariunt contemptum, vt sunt detrectatio, contumelia, vituperatio, illusio, derisio, &c. auget etiam iram circumstantia personæ cõtemnentis, vt si te contemnat familiaris, filius, seruus, aut alij de quibus sis benè meritus. Denique iram acuit naturale temperamentum, quare cholerici seu bilioſi qui abundant cholera, ad iracundiam proni sunt, pituitoſi verò ægrè irascuntur: Est enim pituita choleræ seu flauæ bili contraria. Adde etiam cœli seu anni tempestatem. Nam æstate & præsertim diebus, vt loquuntur, caniculatibus, facilius irascuntur homines. 3. *difficultas, De causis irę* 1. 2. 3. 4. 5.

Quartò quæritur, quinam sint effectus irę. Imprimis iram sequitur feruor sanguinis circa cor cum amaritudine & dolore: deinde sequitur diffusio sanguinis ad externas partes, & præsertim spirituum, qui quasi auxiliares copiæ ad vindictam sumendam, sese offerunt: tertio loco 4. *Difficultas De effectibus irę.* 1. 2.

daciam confirmat æstimatio majoris boni consequendi
1. & minoris periculi subeundi, tum superuenientis auxilij
2. expectatio: denique naturale corporis temperamentum:
3. audaciores enim sunt quibus pulmones sanguinolenti,
4. cor feruens & exiguum: vis enim ad angustias redacta fit
5. acutior. Ebrij quoque & iuuenes, quia in ijs exigua est mali impendentis æstimatio. Qui sunt frigidiori cœlo nati, solent esse audaciores; qui verò calidiori timidiores, causam ferunt antiperistasim: similiter qui nunquam experti sunt pericula. Tandem qui omnibus affluunt, interdum videntur audaciores, & è contra qui in maximis
6. versantur ærumnis: illi quidem, quia arbitrantur se posse
7. superare omnia, hi verò quia nihili ducunt omnia.

Quinam eiusdem effectus.

Effectus audaciæ præcipuus, est consecutio boni optati, deinde sui ipsius æstimatio, si res fœliciter succedat: si verò negotium ex voto non succedat, indignatio, ira, præterea clades, calamitates.
1.
2.
3.

De Ira.

QVAESTIO VI.

1. difficultas. Quid sit Ira.

DE Ira primùm quæritur quid sit. Est igitur ira, animæ passio in appetitu irascibili circa malũ præsens, quatenus cum aliqua difficultate repellendum est: Sicque ira est passio appetitus irascibilis maximè propria, vnde ab ipsa appetitus ipse denominatus est, tum quia ad iram terminantur omnes motus huius potentiæ, tum quia inter cæteras huius potentiæ passiones hæc est manifestissima, quia vehementissima. Obiectum verò iræ est malum præsens, arduum, seu cum difficultate repellendum. Cæterùm iram circunstãt pleræq; passiones, præsertim istæ quatuor vt plurimùm, nempe dolor de iniuria accepta, spes illam iniuriam vlciscendi, tum appetitio seu desiderium vel prosecutio vindictæ; denique odium eius qui iniuriam intulit. Ex quibus duæ priores antecedunt, duæ posteriores eandem comitantur: Sicque motus iræ ex dolore & spe oritur, dumque iratus homo nititur malum vt sibi præsens apprehensum repellere, simul vindictam de malo sibi illato appetit tanquam sibi bonum: & eum, qui malum intulit, detestatur & odit.

Obiectum iræ.

Iram 4. circunstant.

Quo

Quo fit, vt D. Thom. dixerit obiectum irę, partim esse bonum, partim malum. Verùm in hoc dissentimus à D. Tho. quod proprium obiectum iræ, neque vindictam esse, neque eum, de quo sumenda est vindicta, existimemus, sed malum præsens quatenus cum difficultate repellendum est.

D. Thomæ minus probabilis opinio de obiecto irę.

Secundò quæritur, quænam sint species irę: Aristoteles 4. Eth. c. 5. tria facit eorum qui irascuntur genera; primi generis, ὀργίλους καὶ ἀποκύλους appellat, id est, iracundos, & procliues admodum ad iracundiam, qui vel leuissimis de causis irascuntur, ita tamen vt facillimè placentur; secundi generis πικρούς appellat, qui non facilè excandescunt, ægrè tamen placantur cùm excanduerint; tertij generis, χαλεπούς appellat infensos, sæuos, asperos, qui citò, vehementer ac diu irascuntur, nec vnquã nisi sumptâ vindictâ placari possunt. Iuxta hęc tria hominum irascentiũ genera tres quoque species irę assignari possunt: Et quidem D. Thomas 1. 2. qu. 46. artic. 8. tres irę species assignat. Prima vocatur fel vel iracundia, éstque primus impetus, & initium iracundiæ. Altera species dicitur furor, qui non quiescit nisi sumatur vindicta. Tertia dicitur mania, quæ diutissimè permanet; & vix vnquam placari potest.

2. *Difficultas, De speciebus irę.*

Tria irarum genera.

Alia tres irę species.

Tertiò quæritur, quæ sint causæ huius passionis. Prima & præcipua causa est malum læsiuum præsens quod repelli potest, præsertim, si cum illo seu iniuriâ illatâ adsit contemptus; vnde ea augent iram quæ pariunt contemptum, vt sunt detrectatio, contumelia, vituperatio, illusio, derisio, &c. auget etiam iram circumstantia personæ cõtemnentis, vt si te contemnat familiaris, filius, seruus, aut alij de quibus tu benè meritus. Denique iram acuit naturale temperamentum, quare cholerici seu bilioſi qui abundant cholera, ad iracundiam proni sunt, pituitoſi verò ægrè irascuntur: Est enim pituita choleræ seu flauæ bili contraria. Adde etiam cœli seu anni tempestatem. Nam æstate & præsertim diebus, vt loquuntur, caniculatibus, facilius irascuntur homines.

3. *difficultas, De causis irę*

1.

2.

3.

4.

5.

Quartò quæritur, quinam sint effectus irę. Imprimis iram sequitur feruor sanguinis circa cor cum amaritudine & dolore: deinde sequitur diffusio sanguinis ad externas partes, & præsertim spirituum, qui quasi auxiliares copiæ ad vindictam sumendam, sese offerunt: tertio loco

4. *Difficultas De effectibus irę.*

1.

2.

daciam confirmat æstimatio majoris boni consequendi
1. & minoris periculi subeundi, tum superuenientis auxilij
2. expectatio: denique naturale corporis temperamentum:
3. audaciores enim sunt quibus pulmones sanguinolenti,
4. cor feruens & exiguum: vis enim ad angustias redacta fit
5. acutior. Ebrij quoque & iuuenes, quia in ijs exigua est mali impendentis æstimatio. Qui sunt frigidiori cœlo nati, solent esse audaciores; qui verò calidiori timidiores, causam ferunt antiperistasim: similiter qui nunquam experti sunt pericula. Tandem qui omnibus affluunt, interdum videntur audaciores, & è contra qui in maximis
6. versantur ærumnis: illi quidem, quia arbitrantur se posse
7. superare omnia, hi verò quia nihili ducunt omnia.

Quinam eiusdem effectus.

Effectus audaciæ præcipuus, est consecutio boni optati, deinde sui ipsius æstimatio, si res fœliciter succedat: si verò negotium ex voto non succedat, indignatio, ira, præterea clades, calamitates.
1.
2.
3.

De Ira.

QVAESTIO VI.

1. difficultas. Quid sit Ira.

DE Ira primùm quæritur quid sit. Est igitur ira, animæ passio in appetitu irascibili circa malũ præsens, quatenus cum aliqua difficultate repellendum est: Sicque ira est passio appetitus irascibilis maximè propria, vnde ab ipsa appetitus ipse denominatus est, tum quia ad iram terminantur omnes motus huius potentiæ, tum quia inter cæteras huius potentiæ passiones hæc est manifestissima, quia vehementissima. Obiectum verò iræ est malum præsens, arduum, seu cum difficultate repellendum. Cæterùm iram circunstãt pleræq; passiones, præsertim istæ quatuor vt plurimùm, nempe dolor de iniuria accepta, spes illam iniuriam vlciscendi, tum appetitio seu desiderium vel prosecutio vindictæ; denique odium eius qui iniuriam intulit. Ex quibus duæ priores antecedunt, duæ posteriores eandem comitantur: Sicque motus iræ ex dolore & spe oritur, dumque iratus homo nititur malum vt sibi præsens apprehensum repellere, simul vindictam de malo sibi illato appetit tanquam sibi bonum: & eum, qui malum intulit, detestatur & odit.

Obiectum iræ.

Iram 4. circunstant.

Quo

Digitized by Google

Quo fit, vt D. Thom. dixerit obiectum irę, partim esse bonum, partim malum. Verùm in hoc dissentimus à D. Tho. quod proprium obiectum iræ, neque vindictam esse, neque eum, de quo sumenda est vindicta, existimemus, sed malum præsens quatenus cum difficultate repellendum est. *D. Thomæ minus probabilis opinio de obiecto irę.*

Secundò quæritur, quænam sint species irę: Aristoteles 4. Eth. c. 5. tria facit eorum qui irascuntur genera; primi generis, ὀργίλους καὶ προπετεῖς appellat, id est, iracundos, & procliues admodum ad iracundiam, qui vel leuissimis de causis irascuntur, ita tamen vt facillimè placentur; secundi generis πικροὺς appellat, qui non facilè excandescunt, ægrè tamen placantur cùm excanduerint; tertij generis, χαλεπούς appellat infensos, sæuos, asperos, qui citò, vehementer ac diu irascuntur, nec vnquā nisi sumptâ vindictâ placari possunt. Iuxta hęc tria hominum irascentiū genera tres quoque species irę assignari possunt: Et quidem D. Thomas 1. 2. qu. 46. artic. 8. tres irę species assignat. Prima vocatur fel vel iracundia, éstque primus impetus, & initium iracundię. Altera species dicitur furor, qui non quiescit nisi sumatur vindicta. Tertia dicitur mania, quæ diutissimè permanet; & vix vnquam placari potest. 2. *Difficultas, De speciebus irę.* *Tria irarum genera.* *Alia tres irę species.*

Tertiò quæritur, quæ sint causæ huius passionis. Prima & præcipua causa est malum læsiuum præsens quod repelli potest, præsertim, si cum illo seu iniuriâ illatâ adsit contemptus; vnde ea augent iram quæ pariunt contemptum, vt sunt detrectatio, contumelia, vituperatio, illusio, derisio, &c. auget etiam iram circumstantia personæ cōtemnentis, vt si te contemnat familiaris, filius, seruus, aut alij de quibus bene meritus. Denique iram acuit naturale temperamentum, quare cholerici seu bilioſi qui abundant cholera, ad iracundiam proni sunt, pituitoſi verò ægrè irascuntur: Est enim pituita cholerę seu flauæ bili contraria. Adde etiam cœli seu anni tempestatem. Nam æstate & præsertim diebus, vt loquuntur, canicularibus, faciliùs irascuntur homines. 3. *difficultas, De causis irę* 1. 2. 3. 4. 5.

Quartò quæritur, quinam sint effectus irę. Imprimis iram sequitur feruor sanguinis circa cor cum amaritudine & dolore: deinde sequitur diffusio sanguinis ad externas partes, & præsertim spirituum, qui quasi auxiliares copiæ ad vindictam sumendam, sese offerunt: tertio loco 4. *Difficultas De effectibus irę.* 1. 2.

apparet effugium. Acedia verò addit animi anxietatem, insignem corporis torporem, ita vt etiam vox ipsa præ nimia tristitia præcludatur.

3. *Difficultas quænam sint causa doloris.*

Tertio quæritur, quænā sint causæ doloris ac tristitiæ? Prima & præcipua, est malum coniunctū, seu præsens cognitum. Secūda amor & desideriū; cùm res amata & optata differtur, vnde illud Sapiētis, *Spes quæ differtur, affligit animā.* Tertia est naturale corporis temperamentū: qui enim melancholico humore abūdant, ad tristitiā sunt procliuiores, & quę solent melancholicū humorē gignere, vt studia, vigilię, ærumnę, & alimenta quędàm tristitiā quoque pariunt. Quarto loco tristitia sibi ipsi augmēti causa est: nam quò plus tristamur, eo plus humoris melācholici accumulamus, & fic proniores in mœrorem efficimur.

1.
2.
3.

4. *difficultas. Quinam sint effectus tristitiæ.*

Quartò quæritur, quinam sint effectus tristitiæ. Præcipuus & generalis effectus tristitiæ, est notabile detrimētū sanitatis; tùm quia tristitia naturalē sanguinis & spirituū dilatationem præpedit, tum quia torporem & segnitiem corporis gignit: quare qui præter modū tristantur, squalidi, iacentes & otiosi sunt. Præterea specialis effectus tristitiæ, est somnus qui ex illorū animi cùm corporis torpore prouenit; vnde illud Ps. 118. *Dormitauit anima mea præ tædio.* Luctus etiā seu fletus specialis est effectus tristitiæ. Sunt autem à natura datæ nobis lacrymæ, vt nostram miseriam aliis indicent, sicque in iis commiserationis effectum excitent, quò nostræ necessitati opitulentur.

Primus, qui plures in se continet.

Remedia tristitia.

Addi possent hic remedia tristitiæ, quorum hæc sunt præcipua, de quibus D. Thom. 1. 2. q. 38. nempe delectatio quæuis, fletus seu profusæ lacrymę, amicorum compassio, veritatis consideratio, denique somnus, & balnea. Sed hæc de passionibus, appetitus concupiscibilis satis.

De spe, & desperatione.

QVAESTIO IV.

Quid sit spes.

SPes, est animi passio in appetitu irascibili circa bonū futurum, arduum seu difficile, possibile tamen vt habeatur. Dicitur passio in appetitu irascibili, vt distinguatur ab ea spe, quæ in rationali appetitu esse potest, quæ nō est passio. Subiungitur circa bonum, vt distinguatur à metu vel

tu vel audacia,& aliis passionibus quę sunt circa malũ:additur futurum , vt distinguatur à gaudio quod est circa bonum præsens : additur adhuc arduum seu difficile vt habeatur,vt distinguatur à desiderio quod est circa bonũ futurum absolutè : non enim aliquis dicitur aliquid sperare minimum quod statim est in sua potestate vt habeat: denique subditur possibile vt habeatur,vt sic distinguatur à desperatione,vt patebit posteà.

Causa spei.

Causæ huius fermè eædem sunt quæ amoris & desiderij,specialiter verò bonum futurum arduum quod haberi potest. Adde etiam nonnuquam experientiam esse causam spei, vt patet in eo qui sæpius in bello victoriam est adeptus:aliquando verò in experientiam,vt in iuuenibus contingit , qui facilè sperant se omnia consecuturos cùm senes contrà non facilè sperent.

Effectus spei.

Effectus spei iidem quoque sunt qui desiderij : Adde speciales quosdam effectus , cuiusmodi est longanimitas in expectando , patientia in ferendo, magnanimitas in aggrediendo, denique alacritas in operando.

Quid sit desperatio.

Desperatio spei opponitur,estque animi passio in appetitu irascibili circa bonũ arduum quod nõ potest haberi. Vbi nota passiones appetitus irascibilis aliter opponi inter se quã passiones cõcupiscibilis,inuenitur enim in mutationibus duplex contrarietas,vna secundùm accessũ ad contrarios terminos,& ea cõtrarietas reperitur inter passiones appetitus concupiscibilis,vt inter amorem & odiũ, desiderium,fugam,lætitiam, tristitiam: altera secundùm accessum & recessum respectu eiusdẽ termini,& talis cõtrarietas reperitur inter passiones appetitus irascibilis, vt inter spem & desperationem, vtraque enim circa bonum versatur:itémque inter audaciam & metum,vtraque enim circa malum versatur. Sunt autem desperationis oppositæ causæ & effectus,& causis & effectibus spei.

Duplex genus contrarietatis in motu.

1.

2.

De metu & audacia.

QVAESTIO V.

Quid sit

NOnnulla sicut de cæteris,ita de timore seu metu sigillatim explicanda.Itaque primùm quæritur quid sit. Timor seu metus est animi passio circa malum futurum arduum seu difficile cui resisti possit. Vbi nota inter

cæteros animæ motus tristitiã primùm, deinde timorem sibi maximè vendicare nomen passionis. Habet autem ferè timor adiunctam sibi spem aliquam, licèt valde exiguam vitandi illius mali quod imminet. Quòd si malum existimatur omninò ineuitabile, tũc habetur veluti præsens, sicque de eo non tam est timor quàm tristitia, vnde qui per iudicis sententiam morti addicuntur, non tam illam timent quàm de illa tristãtur; vt docet Philosophus 2. Rhet. c. 5. & D. Thom. 1. 2. q. 42. art. 2. Adde etiam de iis aut nullum aut valde exiguum esse timorem, quæ valde distant, quia non existimantur futura. Quo fit vt mortem timeamus, quia illam longè à nobis distantem arbitramur. Sicut autem spes ad duo despicit, scilicet ad bonum quò tendit, & præterea ad id per quod potest consequi bonum illud: ita etiam timor ad duo respicit, scil. ad malum quod refugit, & ad illud quod potest infligere malum: quò fit, vt non tantùm pœna inferni, sed etiam Deus qui potest eam infligere, timeatur ab homine, sicut à prædone non tantùm supplicium mortis, sed etiam iudex qui illud inferre potest, timetur. Sunt autem multa, quæ ad metum seu timorem pertinent, vt verecundia, pudor, erubescentia, pauor, consternatio, tremor, horror, terror, quæ sunt veluti species quædam timoris, quæ speciales ipsius effectus indicant.

Aliqua timori spes ad iuncta.

2. *Difficultas. Quotuplex sit timor. Naturalis. Non naturalis.*

Secundò quæritur, quæ sint propriæ species timoris. Respondetur alium esse timorem naturalem; alium verò non naturalem. Ille nascitur ex opinione mali corruptiui, quod repugnat naturæ, quia illã destruit, vt mors, tormentũ, fames, sitis, &c. hic verò nascitur ex opinione mali contristatiui, quod non repugnat naturæ, sed desiderio appetitus, vt infamia, paupertas, parentum aut amicorũ orbitas, &c. D. Tho. 1. 2. qu. 11. art. 4. affert ex D. Damasceno, sex alias species timoris, nempe segnitiem, erubescẽtiam, verecundiam, admirationem, stuporem, agoniam. Verùm quia non videntur hæ omnes esse veræ & indistinctæ species timoris, idcirco illas prætermittimus.

6. Aliæ species timoris.

3. *Difficultas. Quæ sint causæ timoris.*

Tertiò quæritur, quæ sint causæ timoris; Præcipua causa timoris est malum futurum quod ægrè potest deuitari, auget verò timorem si repentinum fuerit, quia rationi consilium præripit: si ignotum, quia sic maius existimatur esse quàm sit: si vicinum, quia minatur atrocius,

cius. Præterea multum ad id confert naturale temperamentum, quò sit vt qui frigidiori sunt & molliori temperamento, sint meticulosiores. Mitto naturales quasdam antipathias seu naturæ disconuenientias, quò fit vt nonnulli homines ad aspectum quorundam animalium, verbi gratia, felium, mirum in modum terreantur, alij sonitum tonitrui ferre non possint. Sic ouis naturæ instinctu metuit lupum, pullus miluum, forex felem, &c. 2. 3. *Naturales antipathiæ.*

Quarto quæritur, quinam sint effectus præcipui timoris. Vnus ex præcipuis est contractio spirituum & sanguinis ad pectoris partes intimas : natura enim obtutu mali futuri perterrefacta, vires in arcem veluti cogit. Ex isto alter sequitur, nempe pallor, maximè in facie, tum etiam frigus in extremis partibus, quia vnà cum sanguine calor ad interiora confugit. Quòd si vehemens fuerit timor, nascetur tremor & trepidatio : tremor quidem, qualis accidit febricitantibus : trepidatio verò cùm vix potest quis subsistere. Post hoc sequitur horror, qui est cutis & pilorum per totum corpus asperitas, hinc etiam sequitur perculsio, quæ si magna fuerit, dicetur consternatio, ex qua examinatio, imò interitus nonnunquam sequitur; quia scilicet nimio sanguine ad internas partes coeunte calor naturalis cordis repente suffocatur. Ex ingenti etiam ac repentino timore oritur canities, eo quòd subductis spiritibus & calore natiuo vitiatur humidum illud quod est alimentum pilorum, quo ex vitio canescunt pili, sicuti illo penitus sublato contingit caluities. 4. *Difficultas.* *Qui sint effectus timoris.* 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7.

Quod spectat ad Audaciam: animæ passio est in prosecutione mali ardui, hoc est, in periculis aggrediendis posita. Est autem timori opposita: timor enim refugit nocumentum ne ab ipso superetur : at verò audacia aggreditur periculum vt ipsum superet. Ex quo intelligis audaciam ex spe nasci solere. Ex hoc enim quod aliquis sperat superare malum arduum seu periculum imminens, ex hoc audacter insequitur ipsum, sicut ex timore nascitur desperatio: ideo enim aliquis desperat, quia timet difficultatem, quæ est circa bonum sperandum. *De Audacia.* *Qui sit.*

Causa igitur audaciæ est in primis spes, tum ea, quæ spem ac desiderium excitant. Est etiam maximus ab subeunda audacter pericula aculeus iracundia : præterea au- *Quænam ipsius causa.*

Digitized by Google

daciam confirmat æstimatio majoris boni consequendi
1. & minoris periculi subeundi, tum superuenientis auxilij
2. expectatio: denique naturale corporis temperamentum:
3. audaciores enim sunt quibus pulmones sanguinolenti,
4. cor feruens & exiguum: vis enim ad angustias redacta fit
5. acutior. Ebrij quoque & iuuenes, quia in ijs exigua est mali impendentis æstimatio. Qui sunt frigidiori cœlo nati, solent esse audaciores; qui verò calidiori timidiores, causam ferunt antiperistasim: similiter qui nunquam experti sunt pericula. Tandem qui omnibus affluunt, interdum videntur audaciores, & è contra qui in maximis
6. versantur ærumnis: illi quidem, quia arbitrantur se posse
7. superare omnia, hi verò quia nihili ducunt omnia.

Quinam eiusdem effectus.

Effectus audaciæ præcipuus, est consecutio boni optati, deinde sui ipsius æstimatio, si res fœliciter succedat: si verò negotium ex voto non succedat, indignatio, ira, præterea clades, calamitates.
1.
2.
3.

De Ira.

QVAESTIO VI.

1. difficultas. Quid sit Ira.

DE Ira primùm quæritur quid sit. Est igitur ira, animæ passio in appetitu irascibili circa malũ præsens, quatenus cum aliqua difficultate repellendum est: Sicque ira est passio appetitus irascibilis maximè propria, vnde ab ipsa appetitus ipse denominatus est, tum quia ad iram terminantur omnes motus huius potentiæ, tum quia inter cæteras huius potentiæ passiones hæc est manifestissima, quia vehementissima. Obiectum verò iræ est malum præsens, arduum, seu cum difficultate repellendum. Cæterùm iram circunstãt pleræq; passiones, præsertim istæ quatuor vt plurimùm, nempe dolor de iniuria accepta, spes illam iniuriam vlciscendi, tum appetitio seu desiderium vel prosecutio vindictæ; denique odium eius qui iniuriam intulit. Ex quibus duæ priores antecedunt, duæ posteriores eandem comitantur: Sicque motus iræ ex dolore & spe oritur, dumque iratus homo nititur malum vt sibi præsens apprehensum repellere, simul vindictam de malo sibi illato appetit tanquam sibi bonum: & eum, qui malum intulit, detestatur & odit.

Obiectum iræ. Iram 4. circunstant.

Quo

Quo fit, vt D. Thom. dixerit obiectum irę, partim esse bonum, partim malum. Verùm in hoc dissentimus à D. Tho. quod proprium obiectum iræ, neque vindictam esse, neque eum, de quo sumenda est vindicta, existimemus, sed malum præsens quatenus cum difficultate repellendum est.

D. Thomæ minus probabilis opinio de obiecto irę.

Secundò quæritur, quænam sint species irę: Aristoteles 4. Eth. c. 5. tria facit eorum qui irascuntur genera; primi generis, ὀργίλους καὶ προπετεῖς appellat, id est, iracundos, & procliues admodum ad iracundiam, qui vel leuissimis de causis irascuntur, ita tamen vt facillimè placentur; secundi generis πικροὺς appellat, qui non facilè excandescunt, ægrè tamen placantur cùm excanduerint; tertij generis, χαλεπτοὺς appellat infensos, sæuos, asperos, qui citò; vehementer ac diu irascuntur, nec vnquā nisi sumptâ vindictâ placari possunt. Iuxta hęc tria hominum irascentiū genera tres quoque species irę assignari possunt: Et quidem D. Thomas 1.2. qu. 46. artic. 8. tres irę species assignat. Prima vocatur fel vel iracundia, éstque primus impetus, & initium iracundię. Altera species dicitur furor, qui non quiescit nisi sumatur vindicta. Tertia dicitur mania, quæ diutissimè permanet; & vix vnquam placari potest.

2. *Difficultas, De speciebus irę.*

Tria iratorum genera.

Alia tres irę species.

Tertiò quæritur, quæ sint causæ huius passionis. Prima & præcipua causa est malum læsiuum præsens quod repelli potest, præsertim, si cum illo seu iniuriâ illatâ adsit contemptus; vnde ea augent iram quæ pariunt contemptum, vt sunt detrectatio, contumelia, vituperatio, illusio, derisio, &c. auget etiam iram circumstantia personæ cōtemnentis, vt si te contemnat familiaris, filius, seruus, aut alij de quibus bene meritus. Denique iram acuit naturale temperamentum, quare cholerici seu bilioſi qui abundant cholera, ad iracundiam proni sunt, pituitosi verò ægrè irascuntur: Est enim pituita cholerę seu flauæ bili contraria. Adde etiam cœli seu anni tempestatem. Nam æstate & præsertim diebus, vt loquuntur, canicularibus, facilius irascuntur homines.

3. *difficultas, De causis irę*

1.

2.

3.

4.

5.

Quartò quæritur, quinam sint effectus irę. Imprimis iram sequitur feruor sanguinis circa cor cum amaritudine & dolore: deinde sequitur diffusio sanguinis ad externas partes, & præsertim spirituum, qui quasi auxiliares copiæ ad vindictam sumendam, sese offerunt: tertio loco

4. *Difficultas De effectibus irę.*

1.

2.

5. 4. vsus rationis impeditur : vnde contingit iratos quædam perpetrare, quæ postea nollent egisse. Postremo loco sequuntur signa quædam exteriora , in quibusdam pallor ob contractum sanguinem, in alijs, & quidem frequentius rubor, quod in ijs mobilior & copiosior sanguis : in omnibus ferè palpitat cor, vnde vox ipsa deficit : præterea in quibusdam igneſcunt oculi : tandem qui irascuntur subsiliunt, excandescunt, vociferantur, &c. vt ostendant se immeritò despectos & injuriam passos.

3. difficultas. De remedijs iræ.

Vltimo loco adhiberi possent remedia, quibus aut tolli penitus , aut saltem mitigari possit ira. Sicut igitur præcipua iræ causa est opinio, vel persuasio injuriæ sibi illatæ & contemptus: sic optimum remedium est deponere ejusmodi opinionem. Quod fiet si ab injuriæ illatæ recordatione animum abducamus, & alio conuertamus, si persuadeamus nobis non fuisse contemptum quem putabamus esse, si consideremus amicos nostros, æquiores nostrarum injuriarum iudices non tanti illas facere quanti nos facimus. Denique ad tollendam ejusmodi opinionem confert præ cæteris submissio, humilitas & contemptus sui, tum bona æstimatio alterius. Sed hæc de animi passionibus satis.

Quanam conferunt ad tollendam illatæ injuriæ opinionem.

TERTIVS TRACTATVS HVIVS partis.

De Virtutibus & Vitijs.

QVoniam humanarum actionum species vulgò pene virtutes & vitia distinguuntur : Idcirco hanc tertiam moralis philosophiæ partem , quæ est de ipsis actionibus humanis, pertinet tractatus de virtutibus & vitijs. Et quoniam de virtutibus accuratior esse debet consideratio , duas de ipsis instituemus disputationes ; alteram de ijs generatim; alteram de ijsdem speciatim, vbi de quatuor virtutibus cardinalibus: quibus tertiam disputationem de vitijs ac peccatis subjungemus.

Tres huius postremi tractatus disputationi.

PRIMA

PRIMA DISPVTATIO
huius tractatus.

De Virtutibus generatim.

Quid sit Virtus moralis.

QVAESTIO I.

NOn hîc de virtute agimus quatenus accipitur pro facultate seu naturali potẽtia operandi, neq; quatenus accipitur pro quauis actione bona & recta; sed quatenus accipitur pro habitu non quidẽ supernaturali vel diuinitus infuso, vt sunt spes, fides, charitas, &c. sed naturaliter seu frequenti actuum repetitione acquisito, eoque electiuo & ad mores pertinente, quo nempe voluntas inclinatur ad operandum congruenter rectæ rationi. Cuius duplex datur definitio: altera minùs propria, quæ potest accommodari etiam intellectiuis imò spiritualibus quibusuis habitibus vt dicatur, habitus perficiens habentem & eius opus: altera verò magis propria qua dicitur, Habitus electiuus in mediocritate consistens, ea quæ est ad nos ratione definita prout vir prudens præscripserit. Cuius definitionis prima particula, nempe (habitus) habet locum generis, sunt enim virtutes sicut & vitia de genere habituum. Secũda particula, (nempe electiuus) secernit habitum moralem ab intellectuali, eo quod intellectio sit de ratione cuiuslibet actus moralis ad quem per se refertur habitus. Tertia particula (in mediocritate consistens) excludit vitia omnia, quæ licèt sint habitus morales seu electiui, non tamen consistunt in mediocritate, sed peccant in excessu vel defectu, ac sic virtutibus opponuntur. Quarta particula additur (nempe ea quæ est ad nos ratione, &c.) quâ significatur virtutis mediocritatem non esse positam in medio rei, sed rationis prudenter iudicantis quid & quomodo agendum sit, quod planiùs explicabitur sequenti quæstione. Nota verò definitionem hanc conuenire omni virtuti morali, vna excepta prudentia, quæ cùm sit veluti mensura & regula cæterarum virtutum, & per ipsam virtus hoc loco definiatur, non videtur hac definitione posse contineri; possis

Virtus tripliciter accipitur.

Virtutis definitio duplex. 1.

2. *Explicatur posterior definitio.*

Nota.

etiam dicere prudentiã non esse virtutem omninò moralem, sed ad intellectiuas pertinere, quod videtur Aristot. sensisse cùm lib. 5. Eth. eam inter illas enumeret.

An virtus in mediocritate consistat.

QVAESTIO II.

Virtus in medio duas ob causas.

VIrtutem in medio consistere ferũt omnes, pauci tamen intelligunt. Illud ipsum docet & explicat Aristot. c. 6. lib. 2. Eth. Virtutem igitur in medio positam esse duas ob causas ex ipso Aristotele colligimus. Primùm quia omnis virtus ferè est inter duos vitiosos habitus: quorũ alter excedit, alter verò deficit, vt liberalitas inter prodigalitatem & auaritiam: Deinde quia obiectũ virtutis est semper aliquid medium inter excessum & defectũ, vt cibus qui est obiectũ tẽperantiæ, debet esse mediocris, vt nec nimius nec parcior sit quàm ratio postulet. Vnde duplex esse dicitur virtutis mediũ, alterum secundum essẽtiam quod est illud prius: alterũ verò secũdum obiectum, quod est istud posterius, & quidem de posteriori medio accipienda est postrema particula supradictę definitionis.

Virtutis medium duplex.

Vt autem intelligas quale sit istud posterioris generis medium de quo præcipua est difficultas: Notandum est ex Aristotele loco citato duplex dici medium: alterum dici medium rei secundùm quod aliquid à parte rei æquè distat à duobus extremis, quomodo panis duarum libellarũ medius est inter panem vnius libellæ & panem trium libellarum: alterum verò dici medium, quoad nos seu rationis, quod respectu vniuscuiusque nostrũ neque excedit neque deficit; quo modo panis vnius libellæ dicitur medium, quod habita ratione eius qui nec ampliori nec pauciori cibo indiget. Est autem inter vtrumque medium illud discrimen; quod illud idem sit apud omnes, hoc verò non item, quia nempè pro varia personarum conditione subinde mutatur: Exempli gratia, cibi portio quæ Socrati pro eius temperamento conuenit, dicetur medium quoad respectu Socratis: at verò quia non omnibus eadem temperamenti & caloris ad decoquendum vis est, hinc sæpe fit vt quod respectu vnius medium habetur, respectu alterius deficiat aut excedat; quare non immeritò mediũ

Notandum.

Medium duplex. 1. Rei.

2. Quoad nos.

Exemplum.

istud

istud appellatur medium quoad nos. Appellatur autem medium rationis, tum quia à recta, hoc est, sapienti seu prudenti ratione assignatur, & ab eadem pro circunstantiarum ratione mutatur, id est, augetur vel minuitur, tũ quia positum est in quadã ratione seu analogia & proportione rei ad personã quam solius est prudentis dignoscere. Mitto quod medium rei ab Aristotele dicatur mediũ Arithmeticum: medium verò rationis dicatur Geometricũ, eo quod in illo Arithmetica, in hoc verò Geometrica proportionalitas locũ habeat. Cùm igitur asserimus virtutem in medio consistere secũdùm obiectum, hoc intelligendum est de medio quoad nos, seu de medio rationis quod iuxta rectam rationem siue ex iudicio viri prudẽtis præscribitur: nisi fortè in iustitia præsertim commutatiua, quæ hominem non ad seipsum, sed ad alteram ordinat, ideò non in medio quoad nos, sed in medio rei consistit. Iam verò queri potest an omnis virtus in medio consistat vtroque modo, & secundùm obiectum & secundum essentiam. Cui dubitationi duplici conclusione satisfiet.

Medium Arithmeticum. *Medium Geometricum.*

Prior conclusio. Omnis virtus purè moralis est in medio secundùm obiectum. Ratio est, quia bonum omne quod regitur & mensuratur, situm est in adæquatione ad suam regulam, vt non illam excedat, nec ab ea deficiat, sicque in aliqua mediocritate consistit; atqui obiectum virtutis est bonum quod à recta ratione dirigitur, proindéque situm est in adæquatione ad mensuram rectæ rationis: quæ adæquatio cùm sit qualitas seu commensuratio quædam inter excessum & defectum, nihil aliud est quàm mediocritas, quæ quidem non in indiuisibili posita est, sed moralem quandam extensionem habet. Loquimur autem hîc de virtute purè morali, vt prudentiam excipias, quæ cùm sit ipsa sui mediocritas, cæteriſque virtutibus modum præscribat, cúmque ipsius sit obiectis virtutum mediocritatem imponere, non videtur in ea re pendere posse ab obiecto.

Prior conclusio. Probatur.

Posterior conclusio. Omnis virtus moralis exceptâ iustitiâ consistit in medio quoad essentiam, id est, sita est inter duos habitus vitiosos, quorum alter peccat in excessu, alter verò in defectu: quod notum est inductione. Sic enim liberalitas est inter auaritiam & prodigalitatẽ, fortitudo inter vitiũ timiditatis & audaciæ: sic ipsa prudentia

Posterior conclusio.

inter calliditatem & imprudẽtiam ſeu mentis hebetudinẽ verſatur. Iuſtitiã verò excipimus, quia quicquid ſit contra ius ſiue ad exceſſum, ſiue ad defectum vergat, ſemper iniuſtitiã parit: quò ſit vt iuſtitiæ ſola opponatur iniuſtitia.

Nota. Eſt autem notandum quòd virtus inter duos vitioſos habitus media ad vnum magis accedit quàm ad alterum, vt liberalitas magis accedit ad prodigalitatẽ quàm ad auaritiam: cuius rei ratio eſt, quod vnum extremorum vitiorum magis à recta ratione deſciſcit quàm alterum.

In quanam animi parte ſint virtutes.

QVAESTIO III.

Senſus quæſtionis aperitur. CONſtans quidem eſt apud Peripateticos ſententia, cùm virtutum aliæ ſint mentis, aliæ morum, ſeu aliæ intellectuales, aliæ morales: Illas in intellectiua, has verò in appetitiua animæ parte ſeu facultate collocandas eſſe. Verùm cùm appetitus duplex ſit in homine, alter rationalis qui dicitur voluntas, alter ſenſitiuus, iſque tum cõcupiſcibilis cùm irascibilis: ambigitur vtrùm illæ in appetitu rationali, an verò in ſenſitiuo reſideant. Et quidem de iuſtitia conſtat illam in ſolo appetitu rationali inſidere. Tota autem difficultas eſt de temperantia, fortitudine & ſimilibus virtutibus, quarum munus eſt animi perturbationes edomare: de quibus quid ſentiendum ſit duplici concluſione ſtatuimus.

Prior concluſio. Prior concluſio. Virtutes omnes morales (excipio ſemper prudentiam quæ non eſt purè moralis) in appetitiua eaque rationali animæ parte, hoc eſt in voluntate, reſident.

Probatur 1. Probatur; tùm quia virtutes morales inſunt in ea animæ potentia ad quam pertinet electio & libertas, cùm definiãtur habitus electiui, ſintque actionum liberarum principia. Atqui electio & libertas pertinent ad rationalem appetitum, cùm electio ſit actus elicitus ipſius voluntatis, & libertas ſit formaliter in ipſamet voluntate: tùm quia voluntas non mediocrem experitur difficultatem circa actus fortitudinis, temperantiæ, & ſimilium; cùm igitur habitus deſiderentur in potentiis propter difficultates quas patiuntur in operando, debent neceſſariò admitti habitus illarum virtutum in appetitu animæ rationali.

Obiectio. Si obiicias totam illa difficultatem oriri

oriri ex rebellione inferioris seu sensitiui appetitus, voluntatem autem satis ex se procliuem esse ad ejusmodi actus. Respondeo licet difficultas magna ex parte oriatur ex ejusmodi resistentia appetitus sensitiui, nihilominus tamen oriri etiam ex indeterminatione voluntatis circa illos actus, vtpote quæ non facilè sese ad illos determinet, nec tam promptè pro eâ qua est potestate inferioribus potentijs circa illos actus imperet. *Solutio.*

Posterior conclusio. Admittendi sunt in appetitu sensitiuo habitus quidam correspondentes ijs habitibus virtutum, qui resident in appetitu rationali. Probatur, quia appetitus sensitiuus magnam patitur difficultutem circa actus fortitudinis, temperantiç, & similium virtutum, nec facile rationi circa eosdem actus imperanti obsequitur; quare necessarij sunt in eo habitus quibus facilè inclinetur ad ejusmodi actus, & rationi circa illos promptiùs obtemperet, Cæterùm licet habitus illi virtutibus subseruiant, non tamen propriè dicuntur virtutes, quia non sunt habitus facultatis electiuç ac liberæ, cujusmodi sunt morales propriè dictæ. *Posterior conclusio. Probatur. Notandum.*

Quid, & quot sint virtutes quæ vulgò cardinales appellantur.

QVAESTIO IV.

VIrtutes hæ vulgò Cardinales appellantur, quòd quemadmodum fores cardinibus, sic illis omnis moralis vitæ honestas & sanctitas fulciatur. Solent autem quatuor assignari, vt scribit D. Thomas 1.2. qu. 61. artic. 2. nempe Prudentia quæ ad rationem, Iustitia quæ ad voluntatem, Temperantia quæ ad appetitum concupiscibilem; Fortitudo quæ ad irascibilem peculiari quadã ratione pertinet. Colligitur autem quaternarius iste virtutum numerus in hunc modum, Omnis virtus moralis latè sumpta vel ad rationem spectat, vel ad appetitum: Si ad rationem spectat, erit prudentia, si ad appetitum, vel ipsum inclinabit ad bonum rationis alienum, vel ad proprium; si ad alienum, erit iustitia: si verò ad proprium vel illi bono aduersatur appetitus concupiscentiæ, & circa tale bonum versabitur temperantia; vel eidem bono aduersatur appetitus irascentiæ, & circa tale bonum versabitur fortitudo. Plura lege apud Diuum Thomam loco su- *Cur 4. virtutes appellantur cardinales. 4. Esse virtutes cardinales probatur.*

Quis sit ordo illarum virtutum cardinalium inter se.

prà citato. Eum verò inter se naturæ & dignitatis simul ordinem seruant, vt primo loco ponatur prudentia, cùm illa sit cæterarum virtutum regina, & ab ipsa tanquam à propria sui norma cæteræ virtutes dirigantur. Secundo verò loco sequatur iustitia, quæ versatur circa bonum commune & ad plurium vtilitatem pertinens, cùm cæteræ virtutes circa bonum peculiare & proprium versentur. Sequitur tertio loco temperantia; quæ idcircò fortitudinē antecedit, quod prius sit natura abstinere à malo, quàm bonum fidenter aggredi; est autem temperantiæ munus appetitionem auocare ab inconsideratis & peruersis cupiditatibus. Vltimo loco sequitur fortitudo, quæ confert ad bonum quodlibet fortiter & citra metum omnem prosequendum. Et quidem hæc diuisio virtutis moralis in quatuor virtutes cardinales est diuisio generis in quatuor præcipuas species ad quas cæteræ omnes vel tanquam inferiores species seu partes subiectæ, aut earundem partes potētiales aut integrantes reuocantur. Posset adhuc generalior virtutum diuisio tradi, nempe in eas quę ad Deum, quæ ad proximum, & quæ ad nos pertinent, quæ hac breui Apostoli monitione continentur ad Tit. c. 2. *Apparuit* (inquit) *gratia Dei & Saluatoris nostri omnibus hominibus erudiens nos vt abnegantes impietatem & sæcularia desideria sobriè, & iustè, & piè viuamus in hoc sæculo.* Sobriè nempe quoad nos: iustè quoad proximos, & piè quoad Deum. Verùm hæc virtutum christianarum partitio non morales tantùm quæ nostris actibus comparantur, sed etiam theologales seu supernaturales quæ diuinitus infunduntur ex mente Apostoli complectitur: quare ad nostrum institutum non pertinet. Possent etiam virtutes diuidi in septem species oppositas septem vitijs capitalibus. Verum ad has quatuor cardinales tanquam præcipuas & generaliores species reducendæ sunt.

Alia generalior virtutum diuisio.

Alia virtutum diuisio.

Addubitatio. Soluitur.

Cæterum circa prædictam virtutum moralium quadripartitam diuisionem difficultas est, quomodo inter illas annumeretur prudentia. Respondetur nomen virtutis moralis hîc laxiori significatu accipi non pro ea sola quę in appetente facultate residet, sed pro ea quæ ad mores conformandos per se & proximè attinet; sicque prudentia meritò inter morales virtutes annumeratur, tùm quia ipsa est morum regula, tùm quia perfectio prudentiæ non

absoluitur

absoluitur intra fines intellectus sicut cæterarum virtutum purè intellectualium, sed requiritur ad complementum prudentiæ rectitudo in appetitu.

Vtrùm virtutes morales sint inter se connexæ.

QVAESTIO V.

VT sensum propositæ quæstionis planè intelligas, notandum est ex Aristot. 7. Eth. cap. 1. virtutem moralem in triplici gradu obtineri posse. Primò quidem in gradu continentiæ, cùm adhuc perturbationes animæ sunt vehementes, illis tamen resistimus: altero modo in gradu temperantiæ, cùm passiones paulò sunt pacatiores: denique tertio modo in gradu heroico, cùm iam ita cohibitæ sunt ac refrenatæ, vt rarò admodum & vix repugnent rationi, quos virtutum gradus nonnulli vocant, incipientium, proficientium & perfectorum. Quod igitur spectat ad virtutes in gradu heroico, non est dubitatio quin omnes simul connexæ sint. Cùm enim virtutes in eo gradu omnem postulent excellentiam quam in suo genere habere possunt, omnes autem virtutes mutuum sibi præstent auxilium, & aliæ alijs perfectionem adjungant; hinc fit vt virtutes in eo gradu sibi inuicem cohæreant. De virtutibus etiam in gradu continentiæ non ambigitur, quia experientia constat multos sese exercere in materia quarundam virtutum, non verò aliarum: sicque sibi aliquos habitus comparare sine alijs. *Virtutis gradus triplex.* 1. 2. 3.

Verùm tota difficultas est de virtutibus in medio gradu, nempe in gradu temperantiæ, vtrùm virtutes in eo gradu sint ita inter se connexæ, vt vna non possit haberi sine alijs. Missa igitur Scoti opinione, nostra eaque communis sententia est rem ita se habere. Probatur, quia omnis virtus suis expleta numeris, prudentiam quoque perfectam sibi adscisceit: Atqui perfecta prudentia nulla est cæteris virtutibus destituta: Ex quo concludere est omnes virtutes quasi communi vinculo prudentiæ inter se copulari. Hujus argumentationis major propositio patet ex trita virtutis definitione, in qua ad rationem virtutis præscriptus à viro prudenti modus desideratur: Quod autem prudentia illa perfecta esse debeat ex eo conuincitur, quòd vt quis perfectè temperans habeatur, non sat est vt rectè iudicet in ijs difficultatibus quæ ad materiam temperantiæ spectant: sed oportet vt in qua- *Nodus difficultatis.* *Probabilior assertio probatur.* *Confirmatur.*

uis re quæ sese obtulerit rectè sentiat, atque integrum ferat de re oblata iudicium. Minor ejusdem ratiocinationis propositio suadetur, quia nisi vir prudens cæterarum virtutum præsidia aduocet, vix poterit ferre perfectum sanúmque iudicium de rebus agendis, cùm liquidò constet perturbationes nisi virtutum ope cohibeantur, rationem excæcare, & æquam rerum æstimationem, sine qua prudentia nulla est, peruertere. Cùm igitur nulla virtus possit esse sine prudentia, prudentia autem absque alijs virtutibus esse non possit: hinc fit vt nulla virtus possit esse perfecta absque alijs. Hoc autem omne intelligendum est de virtutibus quæ ad communem huius vitæ statum pertinent, verbi gratia, de quatuor cardinalibus vt vulgò vsurpantur: non verò de alijs quæ ad eminentem vitæ statum spectant, sine quibus aliæ in suo genere perfectæ esse possunt.

SECVNDA DISPVTATIO *huius tractatus.*

De virtutibus sigillatim, nempe de quatuor cardinalibus.

PRIMA SECTIO,

De Prudentia.

Quid sit prudentia.

QVAESTIO I.

Quid sit prudentia. Explicatur prudentiæ definitio.

PRudentia cæterarum virtutum princeps ac moderatrix optimè definitur ab Arist. Habitus agendi verus cum ratione circa ra quæ sunt homini bona aut mala. Dicitur (habitus verus) tùm vt constet prudentiam esse de genere habituum intellectiuorum, tùm vt distinguatur à falsis mentis habitibus, aut etiam ab incertis. Dicitur præterea (habitus agendi seu practicus) vt distinguatur tum à theoricis, vt sunt sapientia, intelligentia, scientia; cùm à factiuis, vt sunt artes. Additur, (cum ratione, *Nota.* supple, recta) hoc est, ex iudicio integro, sano & affectuum impetu minimè perturbato. Intelligunt etiam nonnulli cum ratione, id est, cum rationali appetitu recto: In quo differt

differt habitus prudentiæ ab habitu philosophiæ moralis, quod nempe ille ex natura sua coniunctus sit cum rectitudine voluntatis, non verò iste. Denique subiungitur (circa ea quæ sunt homini bona vel mala) in quo distinguitur prudentia à philosophia naturali, quæ licèt dici possit habitus verus agendi cum ratione absolutè, non tamen est circa ea quæ sunt homini bona vel mala. Adde etiam per hanc particulam optimè distingui prudentiam à philosophia morali, quòd philosophia moralis versetur circa bonum & malum in genere, prudentia verò circa bona & mala in particulari.

2. *Difficultas.*

Sed quæres hoc loco, cùm prudentia versetur circa agibilia in particulari, quæ contingentia sunt: quomodo dici possit habitus verus, cùm rerum contingentium nulla sit certa veritas? Respondetur veritatem prudentiæ non esse positam in conformitate intellectus cognoscentis cum re cognita, sed in adæquatione rationis ad appetitum rectū, vt scribit Aristoteles 6. Eth. c. 2. quam appetitus rectitudinem virtutes in eo residentes præstant. Itaque licet habitus prudentiæ versetur circa obiectum contingens, erit tamen verus si recto appetitui conformetur. Quare cùm prudentia vt sit perfecta, cæteras virtutes sibi adiunctas necessariò postulet, hinc fit vt vir perfectè prudens ex integro & sano affectu de rebus agendis iudicet, sicque iudicium viri prudentis sit semper practicè verum.

Dubium.

Responsum.

Quodnam sit subiectum circa quod versatur prudentia.

QVAESTIO II.

Prior difficultas enodatur.

CONstat ex prædictis subiectum in quo residet prudentia esse intellectum. Quod verò spectat ad subiectum circa quod versatur, duæ sunt difficultates explicandæ, quarum prior est, an illud sit vniuersale, vel particulare. Respondetur licet obiectum prudentiæ generatim spectatum sit aliquid vniuersale, videlicet id omne quod recta ratione est agendum; Nihilominus tamē prudentia in vnoquoque particulari homine spectata circa res singulas duntaxat versatur, sicque obiectum prudentiæ absolutè & simpliciter dici debet particulare. Ratio verò cur prudentia per se circa particularia versetur, est

Obiectum prudentiæ particulare.

quia ad prudentiam pertinet non solùm consideratio rationis, sed etiam applicatio ad opus, qui finis est practicæ rationis. Nemo autem aptè potest vnum ad aliud applicare nisi vtrumque in particulari perspectum habuerit. Et quamuis ratio sit primò & principaliter rerum vniuersalium, potest tamen per habitum prudentiæ vniuersales notitias ad particulares actiones applicare. Vbi aduerte subiectum istud prudentiæ, licèt sit particulare, id est non vniuersale, posse tamen dici commune, vel quia ad plurium vtilitatem spectat, quale est subiectum prudentiæ, politicæ, vel œconomiæ, vel quia refertur ad finem communem, vt cùm aliquis actus prudentiæ ad totius vitæ institutionem pertinet; vel quia prudentia versatur interdum simul circa plura particularia.

Posterior difficultas explicatur.

Posterior difficultas est, an subiectum prudentiæ sit aliud à subiecto cæterarum virtutum. Respondetur, licèt subiectum prudentiæ nō sit realiter diuersum à subiecto reliquarum virtutum, esse tamen formaliter distinctum: Itaque licet idem agibile possit esse obiectum materiale prudentiæ simul & alterius virtutis, non tamen sub eadē formali ratione, sed dicitur pertinere ac prudentiā quatenus est obiectum rationis sub ratione veri practici; ad alias verò virtutes quatenus est obiectum appetitionis sub ratione boni appetibilis: Verbi gratia, temperatè vti cibo & potu ad prudentiam simul & temperantiam pertinet; ad prudentiam inquam, quatenus iudicat in quanam quantitate pro cuiusque temperamento sumi debeat cibus & potus, ad temperantiam verò quatenus inclinat voluntatem ad sumendum eiusmodi cibum & potum iuxta mensuram à prudenti ratione definitam.

An habitus prudentia in viro sapiente sit multiplex.

QVAESTIO III.

Multiplex numero habitus prudentiæ in viro prudente.

ETsi eiusdem sit facultatis, nempe rationis practicæ in actu cuiusque virtutis modum ponere, non tamen eiusdem est habitus. Non enim per eundem habitum prudentiæ nouit aliquis seruare mediocritatem in sumendo cibo & potu, & in pecunia largienda: quia nempe etsi aliquis

quis facilè iudicet de circumstantiis alicuius virtutis, dèque modo in ea seruando, non tamen statim eandem facilitatem experitur in actibus aliarum virtutum: quare opus est vnicuique proprio habitu prudentiæ: sicque non vnus, sed multiplex specie habitus est in viro sapiente, qui tamen potest dici vnus genere: quo modo potest dici animal quod specie multiplex est, vnum genere.

Addubitatio. An verò præter illos multiplices habitus prudentiæ admittendus sit aliquis alius habitus cæteris omnibus eminentior qui sese applicet ad dirigendos quosuis quarumlibet virtutum actus, disputatur hoc loco. *Responsio.* Probabilior autem videtur nobis eorum sententia, qui totalem illum seu eminentem prudentiæ habitum explodunt tanquam inutilem & superfluum. Sufficit enim ad constituendam mediocritatem in qualibet actione iudicium naturale practicum cum aliquo habitu speciali prudentiæ, præsertim cùm omnis honesta actio versetur circa particulare aliquod obiectum.

Quinam sint actus seu officia prudentiæ.

QVAESTIO IV.

PRudentiæ munus in genere est per se de mediis tantùm sive de iis quæ sunt ad finem disponere, dirigendo nempe alias virtutes morales circa media ad earum fines obtinendos accommodata: ne putes prudentiam præstituere finem virtutibus moralibus, id enim pertinet ad naturalem rationem & synderesim, quæ se habet ad prudentiam, vt intelligentia principiorum ad demonstrationem. Vt autem prudentia aptè dirigat alias virtutes circa media, tria præstare debet: primum est consultare seu inquirere media, quod est inuentionis: alterum est deligere seu potius discernere quæ sunt aptiora ad finem, quod est iudicij: tertium est præcipere vt quæ sunt inuenta & delecta perficiantur, quod est imperij. Per hunc enim actum ratio intimat seu interna quadam locutione denunciat quid agendum sit: & quidem hic postremus est actus prudentiæ, ac finis rationis practicæ propinquior, Lege D. Thomam 2.2.q.47.

Triplex munus prudentiæ in dirigendo.

Quanam sint partes integrantes prudentiæ.

QVAESTIO V.

3. Partium genera in virtutibus.
1 Integrantes.
2. Subiectæ.
3. Potentiales.

TRia in vnaquaque virtute morali partium genera solent assignari, vt scribit S. Thom. 2. 2. q. 48. art. vnico. Aliæ enim dicuntur partes integrantes, aliæ subiectæ, aliæ potentiales. Integrantes appellantur, non quòd virtutem ipsam constituant seu componant, sed quòd ad perfectum ipsius virtutis actum necessariò desiderentur. Subiectæ verò sunt eæ quæ sub illa virtute tãquam species sub genere subiiciuntur. Denique potentiales partes sunt quæ virtute & potestate in eadem præcipua virtute continentur, & in quas ipsius præcipuæ ac totalis virtutis vis & potentia distribuitur.

Partes integrantes prudentiæ.

Quod spectat ad partes integrantes prudẽtiæ, tres generales à quibusdam solent assignari, nẽpe sapientia seu memoria præteritorũ, intelligentia præsentium, & prouidentia futurorum, iuxta illud Deut. 32. *Gẽs absque consilio & sine prudentia, vtinam saperent, & intelligerent, ac nouissima prouiderent:* Sed omnium optimè D. Thomas, qu. cit. & q. seq. nempe 49. art. 1. & sequẽtibus, octó enumerat partes integrantes prudentiæ: quæ sunt memoria, intelligentia, docilitas, solertia, ratio, prouidentia, circũspectio, cautio: quarum quinque priores ad prudẽtiã quatenus est habitus cognoscitiuus, tres verò posteriores ad eandem quatenus præcipit & applicat cognitionem ad opus. Tria autem in habitu cognoscente spectari possunt: primùm ipsa cognitio ad quam pertinet memoria præteritorum & intelligentia præsentium. Secundò considerari potest cognitionis acquisitio, quæ vel fit per disciplinam, & ad hoc pertinet docilitas, quâ quis redditur prõptus & facilis ad audiendas & capiendas aliorum sententias, vel fit per inuentionem, ad quod pertinet solertia, cuius repẽtina mediorũ excogitatio. Tertiò spectari potest cognitionis vsus quo ex quibusdam præcognitis mens ratiocinãdo ad alia progreditur, ad quem vsum cognitionis pertinet ratio. Vt autem prudentia rectè præcipiat, tribus indiget, imprimis prouidentia, vt res futuras ad finem accommodatè disponat; deinde circumspectione, vt negotiorum circunstantias cautè diligenterque attendat; denique cautione,

Tria in habitu cognoscente spectanda.

vt

vt impedimenta quæ accidere possunt, declinet ac remoueat.

Quanam sint subiectæ partes prudentiæ.

QVAESTIO VI.

PArtes subjectæ siue species prudentiæ possunt ad duas præcipuas reuocari: quarum altera vniuscujusq; mores priuatos moderatur, dicitúrque solitaria seu priuata; altera verò spectat regimen alicujus multitudinis, quæ quadruplex ponitur à D. Thoma 2.2.qu.49. nempe regia, politica, œconomica, & militaris. Regia est, qua is qui multitudini præest, ipsam prudenter moderatur, ad quam pertinet cujusuis magistratus prudentia, tum etiam ea quam Aristoteles νομοθετικὴν appellat legislatorum propria. Politica est propria subditorum, qua prudenter se gerunt Reipublicę ciues obtemperando Principi communis boni gratia. Oeconomica spectat regimen familiæ, quæ alia est in ijs qui præsunt, vt in parentibus ac dominis: alia in ijs qui subsunt vt in liberis & seruis. Deniq; militaris spectat ad multitudinem militum, quæ ad aliquod speciale negotium boni publici causa ad tempus prudenter dirigi debet: quæ item alia est in duce, alia in militibus. *Prudentia quadruplex.*

Quanam sint partes potentiales prudentiæ.

QVAESTIO VII.

PArtes potentiales prudentiæ seu virtutes adjunctæ prudentiæ sunt tres, nempe Eubulia, synesis, & gnome. Nam quemadmodum tres sunt actus seu officia prudentiæ, vti superius diximus, videlicet inquisitio mediorum: iudicium de medijs inuentis: præceptio siue imperium, vt ea quæ iudicata sunt efficiantur. In quorum vltimo prudentiæ vis maximè elucet. Ita ad hęc tria facile exactéque præstanda tres sunt habitus, nempe Eubulia, id est, oprima deliberandi ratio, quæ pertinet ad media facilè inuenienda. Synesis, id est, perspicientia in iudicando, quę pertinet ad bene iudicandum de ijs quæ lege aliqua definita sunt. Gnome, id est, sententia, quæ pertinet *3. Virtutes adiunctæ sunt prudentiæ. Eubulia. Synesis. Gnome.*

Digitized by Google

ad deferendum iudicium de ijs quæ non sunt lege aliqua determinata, & tamen in praxim veniunt, in quibus maior occurrit difficultas. Solet autem illud etiam discrimen afferri inter synesim & Gnomen; quod synesis sit optima iudicandi ratio secundùm leges communes ordinarias: gnome verò non item, sed eius sit iudicare secundùm altiora humanæ rationis principia. Ferunt etiam gnomen esse rectum iudicium, quod non ex rigore legis, sed ex æquo & bono fertur de re proposita.

SECVNDA SECTIO.

De Iustitia.

Quid sit Iustitia.

QVAESTIO I.

Iustitia virtutum omnium præstantissima.

IVstum Latini ab eo quod Ius dicitur, appellarunt: à iusto verò iustitiæ nomen deductum est. Est autem Iustitia, inter virtutes purè morales citra controuersiam prima, non modò ratione objecti, sed etiam (vt plerique probabiliter arbitrantur) ratione subjecti: cùm enim plerique temperantiam ac fortitudinem in infimâ animi parte collocassent, vt sensitiuæ partis motus cohiberent, omnes vno consensu iustitiam in voluntate posuere veluti cæteris virtutibus sedatiorem, & rationi viciniorem. Quod autem ratione objecti sit cæteris præstantior, ex eo constat, quod iustitiæ propositum est, non tam propriis vtilitatibus quàm alienis commodis consulere: quod eò præstantius censeri debet, quo est difficilius; eò diuinius quo pluribus est vtilius.

Acceptio iustitiæ duplex. Prior.

Est autem acceptio iustitiæ duplex: altera pro quouis genere virtutis seu pro virtutum omnium cumulo; ita legimus in sacris scripturis passim viros probos appellari iustos, & iustitiam pro omni virtute indiscriminatim accipi. Et è contra iniustos appellari quosuis scelleratos, & iniustitiam pro quolibet genere vitij vsurpari: vnde illud Aristotelis ex Agathone l. 5. Eth. cap. 10.

Iustitia in se virtutes continet omnes.

Verùm

Verùm hæc iustitiæ acceptio impropria est, & vniuersalior quàm par sit, neque enim sic iustitia ab aliis virtutibus distingueretur. Altera igitur magis propria acceptio iustitiæ est pro eo duntaxat genere virtutis, quo probè ad alios affecti sumus, vnde omnis iustitiæ propriè dictæ species ab Aristotele dicitur esse πρὸς ἕτερον, id est, ad aliud, seu propter aliud. *Posterior.*

Itaque iustitiam propriè sumptam describit Aristoteles, qua apti sunt homines ad res iustas gerendas, quaque iustè agunt, & ea optant quæ iusta sunt, sed hæc rudis est iustitiæ delineatio. Paulò accuratior est eiusdem à iuris peritis tradita definitio, vt dicatur, Constans, & perpetua voluntas ius suum cuique tribuendi. In qua definitione (per voluntatem) vt explicat S. Thomas 2.2.q.58.art.1. non est intelligenda ipsa animæ facultas, sed potius ipsiusmet facultatis actus per quem describitur habitus: sic enim consuetum est optimis authoribus habitum per actum definire, vt cùm dicit S. August. Fides est credere quod nõ vides. Additur (constans & perpetua) vt intelligas actum illum ab habitu, cuius propria est constantia & perpetuitas proficisci. Denique vltimo loco additur (ius suum cuique tribuendi) vt distinguatur actus iustitiæ ab actibus cæterarum virtutum per proprium ipsius obiectum, quod est ius, siue quod iustum est. Cæterùm quia iustitia non est actus propriè, sed habitus, posset adhuc aptius in hunc modum definiri, nempe Habitus quo quis perpetua & constanti voluntate ius suum cuique tribuit. *Iustitia describitur. Accuratior iustitiæ definitio. Alia adhuc aptior definitio iustitiæ.*

Quanam sint partes integrantes iustitiæ.

QVAESTIO II.

DVo sunt quæ iustitiæ munus explent, declinare à malo; & facere bonum: iuxta illud Psal. *Declina à malo, & fac bonum.* Quo loco, vt explicat S Thomas 2.2. q.49. art.1. bonum & malum non eodem sensu accipiuntur quo in cæteris virtutibus vsurpantur (nam virtutes vniuersæ id commune habent, vt quod bonum rectúmque est consectentur, & malum euitent) sed eo pacto accipiẽda esse, vt bonum idem sit ac alteri debitum, malum verò idem quod alteri noxium. Itaque facere bonum, vt est pars iustitiæ, est æquitatem tueri in iis quæ pertinent *Iustitia munus duplex. Facere bonũ*

Digitized by Google

ad alterum. Declinare autem à malo est nemini injuriam inferre, quò spectant illa iuris præcepta: Alterum non lædere, & suum cuique tribuere. Vbi cùm audis partem alteram iustitiæ esse à malo declinare, seu neminem lædere, caue putes partem istam iustitiæ in ocio veluti inertem iacere; sed potiùs in quodam affectu voluntatis malum omne alteri pernicioſum repudiantis. Cæterùm dicuntur ista duo, partes iustitiæ siue generalis, siue specialis integrantes, quia vtrumque eorum requiritur ad perfectum actum iustitiæ: Ita tamen vt illud prius, nempe declinare à malo, sit actus imperfectior & pars iustitiæ veluti materialis ac disposítiua: hoc verò posterius, nempe facere bonum, sit actus nobilior & pars iustitiæ veluti formalis & completiua.

Iustitia duplex generalis & specialis.

Quanam sint partes subiecta seu species iustitia.

QVAESTIO III.

IVstitia in genere duplex est, authore Aristotele 5. Eth. ca. 1. altera generalis seu legalis dicitur, altera specialis & ptiuata. Illa dicitur qua quis probè affectus est erga alios publici boni gratia, hæc verò qua quis probè affectus est erga alios propter bonum ipsorum proprium. Itaque generalis spectat bonum politiæ, specialis bonum cujusque. Illa est vniuersalis quædam obedientia erga omnes leges societatis politicæ, hæc verò æquitatis obseruantia in rebus distribuendis aut contrahendis. Illa legũ præcipuè authoritate ducitur, hæc magis æqualitate personarum. Cui duplici generi iustitiæ ius quoque duplex respondet apud Arist. 5. Eth. c. 2, Ius vnum legale, alterum æquale. Eodem spectat iuris distributio à iuris peritis tradita in ius publicum, & ius priuatum. Publicum definiunt quod ad statum reipublicæ spectat; priuatum verò quod ad singulorum vtilitatem pertinet. Illud est obiectum iustitiæ legalis, hoc verò objectum specialis. Verùm de vtroque genere iustitiæ sigillatim aliquid dicendum est.

Ius duplex.

De iustitia generali seu legali.

Iustitia generalis seu legalis cur sic appellatur.

QVAESTIO IV.

SPecies hæc iustitiæ tùm generalis cùm legalis appellatur: Generalis quidem non quod sit ipsa iustitia in genere

genere, sic enim nõ esset iustitiæ species opposita speciali, sed quod bonũ pluribus commune primò & per se spectet: Legalis verò, quia ad ipsam pertinet æquas leges cõdere & cõditas obseruare. Et licet interdum Aristoteles videatur innuere iustitiã generalem esse eandem cũ vniuersa virtute seu cum omniũ virtutum cumulo: hoc tamen non debet sic intelligi, quod iustitia legalis sit omnis virtus, sed quòd illam omnis virtus comitetur: vix enim quis legalem iustitiam perfectè potest exercere, nisi aliarũ virtutum subsidio roboretur, Adde quod obiectum per se & proprium iustitiæ legalis, quod est bonum cõmune, sit simul finis ad quem cæteræ virtutes vltimò referuntur, licet non sit proprium illarum obiectum. Vbi nota obiectũ iustitiæ legalis non esse bonum quoduis pluribus cõmune; sed bonum commune totius Reipublicæ: Idque prout haberi potest religiosa quadam obseruantiâ eorum omnium quæ iure publico sancita sunt. Potest enim alia ratione bonum commune procurari, vt cum affectu quodã pietatis parentibus & patriæ succurrimus. Est autem iustitia legalis duplex: altera nobilior in magistratibus, principe, ac præsertim legislatoribus, quæ specialiter nomotherica dicitur, id est, legum conditrix; altera minus præcipua in subditis, vt in ciuibus, populo, plebe.

Obiectum iustitia legalis.

Iustitia legalis duplex.

De Iustitia speciali.

QVAESTIO V.

HAbitũ iustitiæ specialis distingui ab habitu iustitiæ generalis, vel ex ipsius obiecto intelligitur quòd est ius æquale, cùm obiectũ iustitiæ generalis sit ius legale. Vbi per ius æquale intelligitur id omne quod iustũ est ex æqualitate, quale in commutationibus, vt in venditionibus, emptionibus, &c. reperitur: per ius verò legale intelligitur, id omne quod lege præsertim ciuili cautũ est pro totius Reipublicæ bono: Vt sunt ea quę per leges sũptuarias & similes statuuntur. Et quidẽ de ista speciali iustitia maximè accipiẽda est iustitię definitio in genere tradita, & superius explicata, nẽpe, Constans & perpetua voluntas ius suum cuique tribuendi: vbi videntur Iurisconsulti loqui de iure alterius cuiusque proprio seu priuato.

Ius æquale est obiectum iustitiæ specialis.

Huius specialis iustitiæ species.

Quod spectat ad species seu partes subiectas huius specialis iustitiæ, duæ ab Arist. 5. Eth. c. 2. non immeritò assignantur, Distributiua nempe & Commutatiua: quarum illa posita est in distribuendo honore, pecuniis, præmiis & pœnis inter eos qui in ciuili societate versantur: hæc verò tota in commutationibus, pactis, rebúsque contrahendis consistit. Illa personarum maximè rationem habet, hæc rerum. Illa imprimis pertinet ad regem & magistratus; hęc verò ad omnes. Illa pluribus simul ius tribuit: hæc verò vni duntaxat vel alteri. Denique illa proportionem seu analogiam geometricam, hęc verò arithmeticam seruat. Ratio est, quod in distribuendis rebus habenda sit ratio dignitatis & meriti cuiusque, ita vt id quod tribuitur sit maius vel minus pro personæ dignitate: at verò in rebus commutandis habenda sit ratio æqualitatis accepti & debiti seu redditi: ita vt id quod redditur sit æquale secundùm proportionem arithmeticam ei quod est acceptum, in quo locum non habet personæ meritum vel dignitas. Itaque in distributiua iustitia comparandæ sunt res enim personis, ex qua comparatione nascitur geometrica proportio. In commutatiua verò, res inter se computantur, nempe tes accepta cum debita seu reddenda aut reddita: vnde nascitur arithmetica proportio. Et quidem huic duplici iustitiæ respondet ius duplex ab Aristotele traditum l. 5. Eth. c. 4. alterum quod vocat διανομητικὸν, in rebus distribuendis, alterum quod vocat διορθωτικὸν, in contrahendis negotiis positum. Est autem distributiua iustitia duplex: altera remuneratiua, quæ honores & magistratus, & alia id genus beneficia pro cuiusque dignitate & meritis distribuit; altera primitiua, quæ similiter nocentes, vt par est, supplicijs afficit.

1. *Distributiua.*

Commutatiua.

2. *Distributiua seruat proportionem Geometricam.*

Commutatiua. Arithmetica.

Ius duplex est iustitiæ distributiuæ duplex.

Iustitiæ commutatiuæ species.

Quoniam autem iustitia cõmutatiua tota est in commutationibus posita, idcirco tam varia esse potest quã variæ esse possunt commutationum voluntariarum species. Dico voluntariarum, quia sunt commutationes quædam inuoluntariæ, quæ minùs propriè dici possunt commutationes. Voluntariæ commutationes fiunt cùm res aliqua ex consensu vtriusque partis transfertur in alienam personam cum ratione debiti. Dico (cum ratione debiti) si enim omninò transferatur absque vlla spe compẽtationis, erit actio liberalitatis, non iustitiæ. Potest autem aliquid

Commutationes voluntariæ.

p rædi-

prædicto modo transferri tribus modis generatim, ex quibus existunt variæ species commutationum. Primo modo potest res omninò non modò quoad vsum, sed etiã quoad dominiũ transferri accepta æquali renumeratione, vnde existunt & venditio & emptio. Secundo modo potest res transferri tantùm quoad vsum. Et quidem si vsus gratis concedatur in rebus quæ fructum afferunt, erit vsus fructus: si verò vsus concedatur in rebus quæ non fructificant, dicetur mutuum siue commodatum. Quod si vsus non gratis concedatur: in rebus mobilibus dicetur locatio: in immobilibus verò conductio. Denique tertio modo potest aliquid transferri, ita vt nec dominium, nec vsus alteri concedatur, sed tantùm vel vt res apud ipsum conseruetur, vt in depositò: vel vt satisfiat obligationi, vt in pignore & fideiussione contingit: his adde simplicem pollicitationem quam non antecessit petitio promissionis, stipulationem quæ est promissio præcedente ipsius promissionis petitione; transactionem, quæ stipulatio quædam est circa rem litigiosam, seu in qua lis præcessit. Denique pacta omnia, conuentiones, & contractus innominati, pertinent ad iustitiam commutatiuam. *Commutatio. non varia species.*

Porrò commutationes inuoluntariæ dicuntur quæ fiũt nobis inuitis, vt cùm quis inuito domino vtitur re, opera vel persona alterius: quod contingit aut occultè aut apertè per vim; inde furta, rapinæ, veneficia, clades, contumeliæ, adulteria, raptus, &c. *Commutationes inuoluntariæ.*

Quænam sint partes potentiales iustitiæ.

QVAESTIO VI.

PArtes potentiales seu virtutes annexæ iustitiæ sunt hæ præcipuæ; religio, pietas, obseruantia, obedientia, veritas, gratitudo, liberalitas, affabilitas, amicitia, de quibus sigillatim aliquid dicendum est. *Partes potentiales iustitiæ.*

Religio est virtus, qua quis rectè afficitur ad Deum colendum & venerandum, cuius virtutis obiectum nõ tam est Deus, quàm ipsius Dei cultus, licet Deus quatenus colendus possit aliquo modo dici eiusdem virtutis obiectum. Vbi nota sanctitatem & religionẽ non nisi ratione distingui; quod religio dicatur quatenus homo debitum exhibet famulatum in iis quæ peculiariter pertinent ad *2. Religio. Sanctitas & religio.*

cultum diuinum, vt in votis, sacrificiis, oblationibus, &c.

Pietas. Sanctitas autem quatenus homo non solùm hæc, sed etia aliarum omnium virtutum opera refert in Deum: etenim ea quæ ad Deum colendum referuntur, habentur sancta. Nota etiam pietatem non rarò tum pro religione,

Qui sint præcip. actus religionis. cum pro sanctitate indiscriminatim accipi. Cæterum religionis actiones nonnullæ propriæ dicuntur, per quas homo immediatè ordinatur ad Deum, vt sunt adoratio, sacrificium, &c. Nonnullæ minùs propriæ, quæ mediantibus aliis virtutibus exercentur, quomodo visitatio pupillorum & viduarum à D. Iacobo c. 1. ep. cano. dicitur religio munda & immaculata apud Deum. Porrò actiones

Actus Interni. religionis propriæ sunt adhuc duplicis generis: quædam interiores, vt duæ istæ, deuotio, & oratio: quædam verò exteriores, nempe adoratio, sacrificium, votum, iuramentum, adiuratio, laus. Deuotio est actus voluntatis paratæ ad præstanda ea quæ ad Dei cultum & gloriam spectant. Oratio est petitio decentium à Deo. Adoratio est qua non

Externi. solùm mente, sed etiam externa corporis significatione Deo reuerentiam exhibemus. Sacrificium latè sumptum: quod varias species continet, est oblatio rei alicuius externæ Deo religiosè facta qua nos ipsius imperio subditos esse profitemur. Votum, est deliberata promissio de aliquo bono Deo facta. Iuramentum, est assumptio diuini nominis ad alicuius rei confirmationem religiosè facta. Adiuratio, est inuocatio diuini nominis, qua quempiam deprecando aut compellendo ad aliquid faciendum aut non faciendum inducimus. Laus, est assumptio diuini nominis in vocali cantu, & hi sunt præcipui actus religionis, quæ est prima virtus annexa iustitiæ.

2. Pietas. Sequitur Pietas, per quam sanguine iunctis patriæque officium & cultum exhibemus, quam alij charitatem malunt appellare, cùm pietatem soli Deo tribuendam esse censeant.

Obseruantia est per quam iis qui dignitate aliqua præcellunt honorem cultúmq; deferimus, quomodo obser-

4. Obedientia. uantiam exhibemus viris doctis, probis, & personam publicam gerentibus. Obedientia est, qua voluntas prompta & facilis redditur ad superiorìs præcepta implenda. Veri-

Veritas. tas est qua quis verbis factis talem demonstrat qualis

6. Gratitudo in se est. Gratitudo est virtus qua iis qui de nobis bene-

meriti

meriti sunt gratias non solùm habemus & agimus, sed etiam cùm possumus, referimus. Liberalitas dicitur, qua quis dispensat pecunias, & ea quæ pecunijs æstimantur in bonos vsus sibi, suisque & alijs. Affabilitas est qua quis in communi hominum consuetudine mediocriter & vti decet se habet, studétque quantum potest omnibus benigne obsequi. Amicitia virtus est, qua aliqui mutuam apertámque beneuolentiam habent, & se inuicem bonis affici volunt. Ex quo intelligere est discrimen inter affabilitatem & amicitiam, quòd hæc inter notos duntaxat, illa verò inter quosuis etiam ignotos cernatur. Deinde quod hæc in affectu maximè, illa verò in sermone & vitæ consuetudine maximè posita esse videatur. Sed hęc de partibus iustitiæ satis.

7. *Liberalitas.*
8 *Affabilitas.*
9. *Amicitia.*

De Lege.

QVAESTIO VII.

CVm iustitia circa ius versetur, & iustitiæ actus sit ius ipsum reddere, locus hic postulat vt de iure nonnihil differamus. Verùm quia summa est legis & iuris consensio, vt vnum absq; altero non possit intelligi, præsertim cùm lex sit iuris regula, immò sit ipsa iuris constitutio, idcirco priùs de lege dicendum est, de qua tria explicanda sunt, nempe quid sit, quotuplex, & quomodo obliget.

Lex iuris regula.

Quod igitur spectat ad primum. Lex in genere optimè definitur, Rationis ordinatio homini quid agendum, quidue non agendum sit, ostendens, in commune bonum instituta. Cuius definitionis tres sunt partes explicandæ: Primò igitur dicitur lex (rationis ordinatio) vt intelligas legem esse opus rationis seu intelligentiæ, cùm enim proprium sit rationis imperare, sit autem lex recta ratio præcipiendi atque prohibendi; quod ad imperium pertinet à ratione ducatur necesse est. Secundò additur (homini quid agendum sit quidue non agendum ostendens) quibus verbis exprimitur ipsius legis munus, quod est iubere bona, vetare mala, simúlque tria, quæ ad istud munus necessaria sunt subindicantur, nempe legis ipsius æquitas, authoritas, & promulgatio; æquitas quidem in tantùm ad rationem legis pertinet, vt nisi æqua sit, non sit lex. Auctoritas etiam necessaria est, vt aliqua ra-

1. *Difficultas.*
Quid sit lex.
Legis descriptio.
Tria ad legem necessaria.
1. *Æquitas.*
2 *Auctoritas.*

tionis ordinatio vim legis habeat : quare non est cujuslibet leges condere, sed ejus qui potestatem habeat, nempe vel multitudinis, vel personæ publicæ, quæ multitudinis curam gerit. Denique necessaria est promulgatio seu sufficiens declaratio ejusdem ordinationis, alioqui non obligat, nec proinde rationem legis sibi propriè vendicat. Tertiò dicitur (ad commune bonum institutæ) vt sciat finem institutæ legis esse bonum societatis humanæ.

3. Promulgatio.

2. difficultas.

Quod spectat ad secundum : Lex vniuersim & latè sumpta, iuxta Diuum Thomam, 1. 2. quæstio. 91, bipartitò diuidi potest in legem æternam, & legem participatam.

Quotuplex sit.

Lex verò participata iuxta eundem tripartitò diuiditur in naturalem, humanam, & diuinam. Ratio prioris diuisionis in æternam, & participatam, ex eo petitur, quod cùm lex sit regula & mensura, dupliciter potest esse in aliquo: vno modo sicut in regulante & mensurante, alio modo sicut in regulato & mensurato. Est igitur in diuina mente tanquam in regulante lex qua Deus ipse totum hoc vniuersum, ac præsertim rationales creaturas gubernat ac dirigit : Et quia diuina ratio nihil concipit ex tempore, lex illa sempiterna esse debuit, & quasi ab omni æternitate diuino verbo edicta, & in libro vitæ æternæ sempiternis characteribus descripta. Cùmque omnia quæ diuinæ prouidentiæ subduntur, à lege illa æterna regulentur ac mensurentur : hinc fit, vt omnia aliqua ratione legem æternam participent. Sed inter cætera creatura rationalis modo quodam excellentiori diuinæ prouidentiæ subjacet ; vnde omnis alia lex qua homines ad finem siue naturalem, siue supernaturalem diriguntur, participatio quædam est legis æternæ. Est autem lex participata triplex, nempe naturalis, humana, & diuina : quarum duæ priores dirigunt hominem in ordine ad finem naturalem, postrema verò in ordine ad finem supernaturalem.

Lex aeterna est, vel participata.

Lex participata triplex.

Vt autem intelligas qui differant inter se lex naturalis & humana, sciendum est quod quemadmodum eorum principiorum, quæ pertinent ad veritatis contemplationem, quæque theoretica dici possunt, alia sunt generalissima & lumine naturali notissima, alia verò minus generalia, & minus nota, quæ ex generalissimis vt theoreticæ rationis deducuntur : ita eorum principiorum quæ

Qui differant lex naturalis & humana.

perti-

pertinent ad mores & vitæ agendæ rationem, quæq; practica dici possunt, alia sunt notissima & generalissima in quibus lex naturalis est posita: alia verò minùs nota, & minùs generalia, quæ ex illis generalissimis vi rationis practicæ dedecuntur, in quibus humana lex est posita. Ex quo intelligere est leges humanas non posse aduersari naturæ decretis, licet plerunq; ipsæ inter se dissentiant, & publicæ vtilitatis causa interdum immutari possint & inflecti, cùm lex naturalis eadē apud omnes semper existat. *Nota.*

Cæterùm lex humana est duplex: alia sæcularis, ad quam spectat ius gentium & ciuile: alia Ecclesiastica, ad quam spectat ius canonicum. Lex sæcularis, quæ vulgo ciuilis appellatur, ea est quæ à potestate sæculari est instituta, nimirum ab imperatore, rege, vel alio principe, vel etiam à republica, magistratu, aut aliqua communitate: Ecclesiastica verò quæ ab Ecclesiastica potestate instituta est, nimirum à Concilio, Papa, Episcopo, vel alio prælato, dicitur alio nomine Canonica, id est, regularitua, canon enim idem est quod regula. *Lex humana duplex.* *1. Sæcularis.* *2. Ecclesiastica.*

Quod spectat ad legem diuinam quatenus à merè naturali & humana distinguitur, definiri potest ea quæ à Deo hominibus est reuelata, vt per eam ad finem supernaturalem homines dirigerentur; estque ea duplex, altera vetus, altera noua. Illa à Deo per Moysen Israëlitico populo: hæc verò per Christum omnibus hominibus est ad salutem promulgata. Porrò vtraque continet quædam præcepta quæ dicuntur de iure naturali, quia licèt à Deo sint reuelata, possunt tamen ab hominibus naturali lumine percipi, vt in veteri lege præcepta moralia Decalogi, & in noua permulta sunt quæ ad mores pertinent: quædam etiam quæ dicuntur de iure positiuo, quæ non potuissent hominibus nisi per reuelationem innotescere: huiusmodi fuerunt in veteri testamento præcepta cæremonialia, & pleraque iudicialia: In Euangelio verò præcepta fidei & Sacramentorum. Sed hæc satis de diuisione legum. *Lex diuina duplex, vetus & noua.* *In lege diuina quædam sunt de iure naturali.* *Quædam de iure positiuo.*

Tertia difficultas erat de obligatione legum. Tenendum igitur est legem æternam non obligare nisi quatenus per legem participatam innotescit. Deinde legem naturalem & diuinam, quæ dicitur de iure naturali, obligare omnes, nos aliâ agere promulgatione præter eam *3 difficultas. Quomodo lex obliget. Æterna. Naturalis.*

quæ sit per lumen naturale, quod est omnibus à natura congenitum. Quod verò spectat ad legem humanam siue politicam, siue ecclesiasticam, non obligat nisi sit promulgata; deinde vsu recepta non derogata per contrariam consuetudinem, nec inuincibiliter ignorata. Lex verò diuina præsertim euangelica, quæ est de iure positiuo, vbi primùm innotescit obligat: & sola inuincibilis ignorantia excusat ab ipsius obseruatione. Cæterùm licet naturalis & diuina frequenter obligent ad mortale, non tamen semper: humana verò tunc obligat ad mortale cùm talis est intentio legislatoris & innotescit; deinde cùm res quæ iubetur, vel vetatur, est magni momenti; denique cùm graues pœnæ violantibus indicuntur.

Humana.

Diuina.

De Iure.

QVAESTIO VIII.

1. Difficultas. Quæ sint iuris acceptiones.

DE Iure tria sunt breuiter explicanda: primò quotuplex sit acceptio iuris: secundò quid sit ius propriè dictum: tertiò quotuplex sit ius propriè dictum.

Quod igitur spectat ad primum, nomen iuris est valde ambiguum: primùm enim valde impropriè accipitur pro loco vbi ius dici solet, vt cùm dicitur aliquis in ius trahi.

1.

2. Secundò pro potestate seu authoritate aliqua, vt cùm Dominus dicitur habere ius in seruos. Tertiò pro legum omnium coaceruatione; quomodo iuris nomen accipitur in hoc vocabulo iurisprudentia, quæ ideirco definitur, Legum omnium peritia. Quartò pro lege qualibet iusta, quomodo accipi potest ius cùm diuiditur in naturale, gentium, & ciuile. Item cùm diuiditur in ius diuinum & humanum. Item in ciuile & canonicum. Quintò ius maximè propriè accipitur, materialiter quidem pro rebus seu actionibus æquis & iustis, quomodo dicimus ius esse alteri debitum reddere, & ipsum etiam debitum quod redditur, ius appellamus: formaliter verò pro æquitate ipsa quæ reperitur in rebus & actionibus iustis, præsertimque in rerum commutatione & distributione, quæque etiam in rebus dandis, accipiendis vel distribuendis ab æquo iudice ponitur, aut quopiam homine iusto seruatur, quomodo in istis loquendi formulis vsurpatur, cùm dicitur quis ius statuere, ius postulare, ius dicere, ius seruare, ius reddere.

3.

4.

5.

Ius materialiter.

Ius formaliter.

Quod

Quod ſpectat ad ſecundam difficultatẽ. Ius in hac poſtrema acceptione formaliter ſpectatũ, eſt relatio quædã æqualitatis & proportionis inter meritum & debitum, ſiue meritum illud ſit rei traditæ, vel pacti, vt contingit in rerum commutatione: ſiue ſit facti, vt contingit in actionibus quibus præmium vel ſupplicium ex lege debetur. Vbi per meritum intelligimus id omne pro quo aliquid iure exigitur: per debitum verò id omne quod pro merito tribui debet. Ex quo intelligis ius idem eſſe realiter cum debito, quateuus debitum eſt æquale merito.

2. difficultas. Quid ſit ius. Ius eſt idem reipſa cum debito.

Vt autem intelligas quomodo verum ſit quod dicitur ius ex lege & facto naſci: ſecundum eſt nobiliſſimum illum actum iuſtitiæ, qui à perſona publica, nempe iudice exercetur, comparari poſſe demonſtratiuo ſyllogiſmo in quo lex tenet locum maioris propoſitionis, factum verò minoris, denique ius concluſionis, vt patet in hoc ſyllogiſmo.

Quomodo ex lege & facto ius naſcitur.

Omnis homicida puniri debet, en lex.
Atqui Milo eſt homicida, en factum.
Ergo puniatur Milo, en ius.

Quod ſpectat ad tertiam difficultatem. Cùm vnicuique legi ius vnum reſpondeat (eſt enim lex iuris conſtitutiua) hinc fit vt ius eodem fermè modo diuidi ſoleat, quo lex ipſa. Eſt autem tradita à iuriſperitis hæc iuris diuiſio in publicum & priuatum. Illud dicitur quod ad ſtatum totius reipublicæ pertinet; ſpectatque ad iuſtitiam legalem: hoc verò ad ſingulorum vtilitatem pertinet, ſpectatque ad iuſtitiam ſpecialem. Rurſus ius priuatum triplex aſſignatur, nempe ius naturale, gentium & ciuile. Primùm definiunt, quod natura omnia animalia docuit; Alterum verò quod naturalis ratio inter omnes homines conſtituit: Tertium denique quod quiſque populus ſibi conſtituit. Ius autem ciuile, aut ſcriptum eſt, aut non ſcriptum: Scriptum dici poteſt quod aut lege ſtatuitur, aut plebiſcito, aut ſenatuſconſulto, aut principum placitis, aut Magiſtratuum edictis, aut reſponſis prudentium; non ſcriptum verò, quod ab anteceſſoribus traditum, ſola conſuetudine firmatum eſt.

3. Difficultas, quotuplex ſit ius. Ius publicũ aut priuatũ. Ius priuatũ duplex. Ius ciuile ſcriptum aut non ſcriptum.

Eſt etiam aptiſſima iuris diuiſio in naturale & poſitiuum: illud dicitur quod eſt à natura, omnibúſque naturali lumine innoteſcit; poſitiuum verò quod lege aliqua ex-

Alia iuris diuiſio.

preſſa poſitum eſt, nec niſi voce, aut ſcripto promulgatum hominibus innoteſcit: Eſtque iſtud duplex; nempe diuinum, & humanum: Illud à Deo immediatè, hoc ab hominibus cõſtitutum. Rurſum diuinũ eſt, vel vetus, vel nouũ; quod veteri vel nouo teſtamento continetur. Humanum verò, aut ciuile eſt, quod à poteſtate ſeculari; aut canonicum, quod à poteſtate eccleſiaſtica poſitum eſt.

TERTIA SECTIO.
De fortitudine.

Quid ſit fortitudo

QVAESTIO I.

Fortitudo temperantiam antecellit.

FOrtitudo & dignitatis & naturæ ordine temperantiã præcedit: Quantò enim præſtantiùs eſt honeſta aggredi, quàm turpia refugere, & quantũ maioris eſt animi fortiter dolorẽ ſuſtinere, quàm à voluptate abſtinere, tantò fortitudo temperantiæ præſtat: & ſicut bonum malo natura priùs eſt, ſic priùs eſt bonũ velle aggredi quod eſt fortudinis, quàm à malo recedere, quod eſt temperantiæ; neque enim à malo deflectimus, niſi alicuius boni gratia: & quamuis fuga mali proſecutionem boni ordine executionis antecedat, non tamen ordine intentionis.

Fortitudo dupliciter accipitur.

Vt autem intelligas in quo poſita ſit vis & ratio fortitudinis; Notãdum eſt fortitudinem dupliciter accipi; primò quidem pro omni animi firmitate quæ in cuiuſlibet virtutis actione reperitur, quomodo non eſt virtus à cæteris diſtincta, ſed potiùs conditio ad omnem virtutem requiſita: Altero modo accipitur fortitudo prout ſignificat ſpecialem quandam animi firmitatem in ſuſcipiendis periculis laboribúſque perferendis, quo modo eſt ſpecialis virtus, definiturque ab Ariſtotele 2. Eth. c. 7. & 3. c. 6. Mediocritas circa metum & audaciam. Ad cuius definitionis intelligentiam notandum eſt metum & audaciam dupliciter accipi: primò quidem pro vitiis extremis; inter quæ media conſiſtit fortitudo: altero modo pro paſſionibus appetitus iraſcibilis, quomodo accipiuntur in ſupradicta definitione. Notandum eſt præterea virtutem circa aliquid verſari tribus modis; vno tanquam circa aliquid fugien-

Fortitudinis definitio.

Triplici modo dicitur virtus circa aliquid verſari.

a

fugiendum : quomodo dici potest fortitudo saltem impropriè versari circa metum & audaciam in priori acceptione : altero modo tanquam circa aliquid dirigendum ac temperandum: quomodo fortitudo dicitur magis propriè versari circa metum & audaciam in posteriori acceptione: tertio modo tanquam circa aliquid amplectendum : quomodo fortitudo dicitur etiam propriè versari circa labores, dolores, & pericula.

Quinam sint fortitudinis actus.

QVAESTIO II.

FOrtitudinis actus duo sunt præcipui, nempe sustinere, & aggredi. Cùm enim fortitudo circa audaciã & timorem versetur: timorem reprimit, difficultatem sustinẽdo: audaciam verò, periculum cautè aggrediendo, moderatur. Ex his autem duobus præstantior est sustinentia quàm aggressio, vt docet Aristoteles 3. Eth. c. 9. & S. Thomas 2. 2. q. 123. art. 6. Etenim magis arduum est timorẽ reprimere, quod fit sustinendo, quàm audaciam refrænare, quod aggrediendo fit : Nam ipsum periculum, quod est obiectum audaciæ & timoris, cùm ex se conferat aliquid ad reprimendam audaciam, nihil tamen iuuat ad cohibendum, sed potiùs confert ad augenduin timorem,

1. Actus fortitudinis.

Præstat sustinere quàm aggredi.

Porrò inter speciales actus fortitudinis principem locum obtinet apud Christianos martyrium. Nam fortitudinis est firmare animum in bono contra timorem: Martyr autem firmatur in bono fidei & religionis contra timorem rei omnium acerbissimæ, maximéque formidolosæ, videlicet mortis. Quòd si obiicias martyrium videri potius actum charitatis quàm fortitudinis ; iuxta illud Ioann. 15. *Maiorem hac dilectionem nemo habet, vt animã suam ponat quis pro amicis suis*. Respondet D. Thomas 2. 2. q. 124. art. 2. Martyrium esse actum vtriusque virtutis: charitatis quidem vt imperantis: fortitudinis verò vt elicientis. Charitas enim inclinat ad actum martyrij sicut primum & principale motiuum per modum virtutis imperantis, fortitudo autem sicut motiuum proprium per modum virtutis elicientis. Censetur autem actus aliquis esse eius virtutis proprius à qua elicitur. Cùm tamen ab vtraque virtute procedat martyrium, hinc fit vt vtriusq; sit

2. Martyrium.

Obiectio.

Responsio.

Digitized by Google

manifestatiuus,& quidem maximè charitatis,iuxta illud Ioann.15. *Maiorem,&c.* eò quòd tantò magis ostenditur quisque personam aliquam amare, quantò pro ea rē magis amatam contemnit & magis odiosam diligit:at martyr diuini amoris causa vitam propriam contemnit , & mortem cum acerbissimis doloribus coniunctam libentissimè amplectitur.

Quænam sint partes Fortitudinis.

QVAESTIO III.

Species fortitudini nullæ assignantur.

PArtes Fortitudinis subiectæ seu species nullę assignātur , quia virtus hæc versatur circa materiam valde specialem,quæ plures virtutū species constituere nequit.

4. Virtutes fortitudini annexæ.

Partes verò integrantes quæ sub alia consideratione potentiales appellantur , quatuor sunt ; nempe fiducia seu magnanimitas,magnificentia,patientia ad quam pertinet constantia. Quæ ex duplici actu fortitudinis nempe aggredi & sustinere colliguntur. Nam duæ ex illis priores ad aggrediendum , duæ verò posteriores ad sustinendum desiderantur. Ad aggrediendum enim duo sunt necessaria : quorum vnum pertinet ad animi præparationem,ob quam ponitur fiducia seu magnanimitas, qua quis parato promptoque animo est ad res arduas & difficiles aggrediendas : alterum pertinet ad operis effectionem,nimirum vt animus in re quam semel aggressus est non succumbat, sed semper generosè & magnificè,vt ira loquar,se gerat in operando, ideoque ad magnanimitatem addi debet magnificentia. Et si quidem hæ duæ virtutes ad materiam peculiarem fortitudinis,vt ad mortis pericula referantur,erunt partes integrantes fortitudinis , quia sic ipsam fortitudinem quasi integrant & componunt : quòd si ad alias referantur materias in quibus difficultas minor est , vt ad sumptus & honores , tunc erunt partes fortitudinis potentiales , sic enim non includunt totam fortitudinis vim , & tamen ad perfectum illius habitum exiguntur. Ad sustinendum verò duo similiter desiderantur; alterum, ne animus nimio impendentis mali timore consternatur , quò spectat patientia ; cui adiungitur longanimitas , qua quis res magnas quæ procul

Fiducia seu magnanimitas.

Potentia.

cul absunt expectat, cùm enim diuturna rei magnę expectatio tristitiam afferat, iuxta illud Sapientis, *spes quæ differtur affligit animam*; ad eam æquanimiter ferendam patientia desideratur; alterum quod ad sustinendam requiritur, est, ne ex diuturna rerum molestarum perpessione animus ægritudine elidatur, quò spectat perseuerantia, cui adjungitur constantia qua munitur, vt difficultas ex aliquibus externis impedimentis subortas exsorbeamus. Quod autem diximus de duabus virtutibus requisitis ad aggrediendum, idem sentiendum de duabus istis virtutibus necessarijs ad sustinendum, Patientia inquam & Perseuerantia, illas scilicet quatenus spectant ad materiam peculiarem fortitudinis, esse partes ipsius integrantes; quatenus autem circa alias materias minus arduas versantur, esse partes ejusdem potentiales ab ipsa quidem distinctas, eidem tamen conjunctas. Lege Diuum Thom. 2. 2. quæst. 128.

Perseuerantia.

Ista virtutes dici possunt non tantùm partes integrantes fortitudinis, sed etiam potentiales.

QVARTA SECTIO.

De Temperantia.

Quid sit temperantia, & quodnam eius obiectum.

QVAESTIO I.

TEmperantia dici potest quælibet virtus quatenus in quouis animi motu modum seruat. Verùm specialiter & magis propriè accipitur pro ea tantùm virtute quæ in moderandis voluptatibus est posita. Quare non male ab Aristotele 3. Eth. cap. 10. definitur mediocritas circa sensuum ac præsertim tactus gustúsque voluptates. Quæ descriptio vt facile intelligatur, notandum est sicut fortitudinis, ita quoque temperantiæ triplex obiectum assignari, nempe fugiendum quod maximè est temperantia, aut si mauis, nimius cibus, potus, &c. dirigendum, quod est voluptas imprimis sensuum & naturalis earum rerum cupiditas & appetitio: Denique expeten-

Temperantiæ descriptio.

Cuiusque virtutis obiectum triplex.

Digitized by Google

dum nempe moderatus cibus, potus, & cætera ejusmodi, quæ pertinent tùm ad individui cùm ad speciei conservationem. Cæterùm ex supradicta descriptione intelligis temperantiam non versari propriè circa voluptates quaslibet, sed circa voluptates corporis duntaxat, præsertimque eas quæ ad gustum & tactum pertinent; quales sunt quæ ex potu, & rebus venereis capiuntur. Sunt enim istiusmodi voluptates eò cæteris majores, quo sunt naturæ conjunctiores, vtpote quæ vel ad individui, vel ad speciei conservationem pertineant, licet non sit negandum alias etiam aliorum sensuum voluptates ad hanc specialem virtutem per se etiam pertinere, sed non propriè.

Quænam sint partes temperantiæ.

QVAESTIO II.

Temperantiæ partes subjectivæ quatuor.

CVm tria partium genera in qualibet virtute vt plurimùm reperiantur, subjectivæ, integrantes & potentiales: Quod spectat ad partes subjectivas hujus virtutis, quatuor numerantur, nempe abstinentia, sobrietas, castitas, & pudicitia: quarum duæ priores circa ea quæ ad victum, duæ verò posteriores circa ea quæ ad generationem pertinent, occupantur. Et quidem abstinentia circa cibum, sobrietas circa potum: castitas quæ est triplex, nempe virginalis, vidualis, & matrimonialis circa vsum rei venereæ, pudicitia circa venereorum signa, vt sunt aspectus, oscula, &c. versatur.

Partes integrantes.

Partes integrantes duæ sunt, verecundia & honestas: quarum illa a turpibus & inhonestis cupiditatibus retrahit, hæc verò ad ea quæ decent, allicit.

Partes potentiales quatuor.

Denique partes potentiales quatuor præcipuæ numerantur à S. Thoma 2. 2. qu. 141. nempe continentia, clementia, humilitas, & modestia: quarum prima est quâ resistimus pravis & effrenatis libidinibus; secunda, quâ superiores erga subditos facillimè placantur; tertia quâ æquales inter se facillimè conciliantur; quarta est, quâ nihil plus æquo dicitur, desideratur, agitur. Cæterùm ad hanc revocari possunt moderatio quæ corporis gestum temperat; eutrapelia, quæ in jocis & ludis modum servat; ornatus qui corporis vestitum moderatur: denique simplicitas, quæ nimis in hisce rebus inquirendis & con-

cin-

cinnandis sollicitudini modum ponit. Sed hæc de 4. virtutibus Cardinalibus breuiter pro nostro instituto.

TERTIA DISPVTATIO *huius tractatus.*

De Vitjis & Peccatis.

Quid sint vitium & peccatum.

QVAESTIO I.

QVoniam contrariorum eadem est disciplina, ideirco ratio doctrinæ postulat, vt quia de virtutibus hactenus diximus, deinceps quoque de vitijs & peccatis disseramus: De quibus primum illud occurrit explicandum quid sunt. *Notandum. 1.*

Sciendum igitur est, vitium, peccatum & malitiam distingui, quòd vitium sit habitus, peccatum verò actus, & malitia aliquid consequens ad vtrumque, nempe vtriusque difformitas; licèt hæc vocabula nonnunquam indiscriminatim vsurpentur. Secundò notandum est cùm malum sit triplex, naturale, artificiale, & morale, vitium & peccatum hic dici mala in genere morum, licèt defectus qui in rebus naturalibus & artificiosis reperiuntur, nonnunquam vitia nominentur. *Notandum malum triplex 2.*

Tertiò notandum est malum in genere morum posse dici tripliciter, nempe vel denominatiuè tantùm, quomodo lingua maledici dolosa seu peruersa dicitur; vel efficienter, quomodo voluntas peccatoris iniqua dicitur; vel denique formaliter, & hoc postremo maximè proprio modo tùm vitia cùm peccata dicuntur moraliter mala, quia nempe in habitibus & actibus inordinatis duntaxat, reperitur formaliter deformitas seu malitia moralis: at verò in voluntate seu libero arbitrio, nonnisi causaliter inest ejusmodi difformitas, quia nempe ipsa est causa cur peccemus, aut certè per aliud, nempe ratione habituum & actuum vitiosorum qui in ipsa formaliter insunt. His positis, potest definiri vitium quatenus opponitur virtuti, Habitus electiuus à mediocritate deflectens. Sicut autem virtutum, sic etiam vitio- *Notandum 3. Malum moraliter tripliciter dicitur.* *Vitij descriptio.*

rum propria ſedes eſt ſola volũtas, ſi modo vitia prudentiæ oppoſita excipias: Cùm enim vitia virtutibus ſint contraria, ea autem ſit contrariorum natura vt in eodem ſubiecto ineſſe, & ab eodem ſeſe viciſſim expellere apta ſint, hinc fit, vt idem ſit virtutum & vitiorum oppoſitorum ſubiectum in quo ſunt. Et ſicut bonis habitibus in voluntate reſidentibus alij in appetitu ſentiente reſpondent, ſic exiſtimandum eſt de malis ſeu vitioſis.

Peccati deſcriptio.

Peccatum verò aut eſt actus indebitus, cuiuſmodi eſt omne peccatum actuale commiſſionis: aut omiſſio actus debiti quod dicitur peccatum omiſſionis, aut ſaltem carentia iuſtitiæ debitæ, quod eſt peccatum originale. Poteſt in genere definiri: Voluntarium quid recedens à diuina regula. Verùm prætermiſſo peccato originali, cuius conſideratio pertinet ad Theologum, & etiam peccato omiſſionis, quod minus notum eſt. Quod ſpectat ad peccatũ omiſſionis quod eſt notius, poteſt ſic definiri: Actus voluntarius recedens à diuina regula. Dicitur (actus) vt diſtinguatur primùm à vitio quod eſt habitus, deinde à malitia quæ eſt ſola carentia rectitudinis in actu vel habitu, denique à peccato originali, & ab actuali, quod dicitur omiſſionis, quæ omnia non conſiſtunt in actu. Additur (voluntarius) id eſt à voluntate deliberata elicitus, vel imperatus: quare quod nec in noſtra voluntate, nec à noſtra voluntate eſt, peccatum non eſt, imò quod à voluntate eſt abſque deliberatione peccatum non eſt, neque enim tunc eſt in noſtra poteſtate. Subiungitur (recedens à diuina regula) vt intelligas ad rationem peccati pertinere defectum quendam qui dicitur carentia rectitudinis debitæ, ſiue receſſus à diuina regula. Vbi per diuinam regulam intelligimus quoduis præceptum obligans, ſiue à Deo immediatè, hoc eſt mediante naturali lumine vel prudenti hominum conſilio deriuetur. Eiuſmodi enim præcepta ſunt regulæ humanarum actionum à quibus cùm deciſcunt, tunc debita rectitudine carent, dicitúrque vitioſæ.

Definitio peccati commiſſionis.

Carentia rectitudinis debitæ.

Quanam

Quanam sit vitiorum ac peccatorum origo.

QVAESTIO II.

SEnsus propositę quæstionis est quęnam sit vera & propria causa cur in actibus aut etiã habitibus humanis malitia, siue deformitas moralis reperiatur. Exquo intelligis non hîc tam quæri causam vitiorum aut peccatorũ efficientẽ, quàm deficientem, vt ira loquar. Respondetur veram & solam eiusmodi causam esse liberũ hominis arbitrium, quod quia finitum & creatum est, ac proinde ex nihilo oriũdum, idcirco nihili particeps, proindéque defectibile & labile esse potest, omnis enim defectus participatio quędã nihili est: Quò fit, vt omnis creatura natura sua sit peccabilis, tùm quia ex nihilo est, tùm quia suarũ actionum regula esse non potest, vtpotè æternæ legi subdita. Inter creaturas autem sola rationalis est moraliter peccabilis. Et quãuis Deus dici possit causa ipsius habitus aut actus qui dicitur vitiosus quoad substãtiam, vt loquũtur, non tamen dici potest ipsius causa quoad deformitatẽ, ideoque dici non potest causa vitij aut peccati, quia vitiũ & peccatum, vt sic, includunt deformitatem. Et quamuis Deus iustis de causis, permittat mala, non tamen author mali dici potest, vt fusè probatur à Theologis.

Sensus propositæ quæstionis.

Responsio ad propositam quæstionem.

Deus nequit dici causa peccati.

An vitium sit contra naturam.

QVAESTIO III.

NOtandum est, licèt natura hominis reuera vna sit: ratione tamen duplicẽ constitui, alteram animalẽ seu sensitiuam, alteram rationalẽ seu intellectiuã, hominémque secundùm naturã sensitiuam propendere ad bonum sensibile quod aliquãdo distat ab honesto, aliquãdo verò non: secundùm verò naturã intellectiuã inclinari ad donũ rationale & honestum. Quo posito ad quæstionem propositam respondeo sequentibus conclusionibus.

Natura hominis ratione duplex.

Prima conclusio. Certum est vitium esse contra naturam hominis rationalem, vitium enim per se inclinat ad actum vitiosum: atqui omnis vitiosus, vt sic, à recta ratione deflectit.

1. Conclusio

Secunda conclusio. Dici potest aliqua ratione vitium

2. Conclusio

esse secundùm naturam hominis sensitiuam, non quòd homo per naturam sensitiuam inclinetur ad peccatum formaliter, sed quia per ipsam fertur per se in bonum sensibile; quod vt plurimùm repugnat honestati, licèt non feratur in id ipsum quatenus repugnans est honestati.

3. Conclusio. Tertia conclusio. Absolutè & simpliciter vitium est contra naturam hominis, quia repugnat naturali inclinationi hominis, vt homo est.

Probatur 1. Probatur, quia naturalis inclinatio hominis, vt homo est, ea est quæ fit secundùm rectam rationem, nihil enim magis competit homini, vt homo est, quàm recta ratio: at verò inclinatio quæ est secundùm rectam rationem, fit semper in bonum honestum; vitium verò inclinat per se in bonum delectabile, quod repugnat tali bono: quare vitium absolutè & simpliciter est contra naturam hominis.

2. Adde quod appetitus rationalis habet naturalem inclinationem ad virtutem, ideoque omnes qui sunt sanæ mentis virtutem laudant: at verò quædam est in appetitu sentiente inclinatio ad obediendum appetitui rationali tanquam superiori, ideóque talis appetitus in homine dicitur ab Aristot. aliquo modo rationis particeps; Ergo totus homo absolutè & simpliciter loquendo inclinatur ad virtutem, ideoque vitium virtuti per se oppositum erit absolutè contra naturam hominis.

Nota. Nota tamen quod quamuis appetitus sentiens naturaliter inclinetur ad obediendum rationi: quia tamen propensius inclinat in bonum sensibile quod rectę rationi vt plurimùm aduersatur: hinc fit vt posterior hæc inclinatio priori responderet. Quod autem tanta sit vis appetitus sentientis, vt sensibilium bonorum blandimentis allectus, superiorem appetitum secum trahat sępissimè, oritur ex misera conditione naturæ lapsæ post peccatum primorum parentum.

Quanam sit propria peccati differentia.

QVAESTIO IV.

CVm duo in peccato considerari possint: alterũ quod est positiuum, videlicet actus voluntarius circa obiectum delectabile: alterum quod est priuatiuum, quod est carentia rectitudinis debitę, illud dicitur à Theologis conuersio ad creaturam, hoc verò auersio à Deo. Hoc posito,

Digitized by Google

fito, quæstio est, à quonam petatur propria peccati differentia, an ab eo quod in eo positiuum est, an verò ab eo quod priuatiuum est. Reiectis igitur de re proposita pugnantibus sententiis, tota controuersia videtur in hunc modum posse dirimi.

Auersio à Deo, Conuersio ad creaturam.

Prima conclusio. Peccatum in genere, vt peccatū, videtur maximè constitui per id quod in ipso priuatiuum est, ita vt quod in eo positiuū est, sit veluti materiale, id verò quod priuatiuum est, sit formale. Vnumquodque autem maximè per id constituitur, quod in ipso formale est: hinc verè dicitur peccatum esse nihil; ipsa enim actus voluntarij malitia, priuatio est, proindéque nihil est.

1. Conclusio.

Secunda conclusio. Species peccatorum constituuntur ac distinguuntur inter se per proprias ac speciales differentias, quæ differentiæ partim positiuæ partim priuatiuæ sunt. Namque specialia peccata habent quod sint species quidam actus, idque penes speciales ordines ad obiecta, & præterea habent suos speciales defectus, idque penes speciales regulas à quibus deficiunt peccata.

2. Conclusio. Differentiæ peccatorum partim positiuæ partim priuatiuæ sunt.

Quo fit vt vnumquodque speciale peccatum constituatur tale, proindeque ab alio distinguatur per quid positiuum, nempe per specialem ordinem ad suum obiectū, & etiam per aliquid priuatiuum, nempe per specialem recessum à diuina regula: Verbi gratia, crapula & ebrietas quæ sunt species gulæ, positiuè inter se distinguuntur per diuersa obiecta, nempe quod crapula sit circa cibum, ebrietas verò circa potum: & præterea differunt priuatiuè, quod in vtraque sit recessus à distinctis & specialibus præceptis temperantiæ.

Nota.

Vtrum habitus vitiosus possit fieri bonus, & è contra.

QVAESTIO V.

PArtem affirmantem amplectitur Scotus asserens vnū eundémque habitum modò virtutem modò vitium esse posse, quod videtur hoc exemplo confirmari. Si enim is qui obtinuit habitum abstinendi à cibo ob Mahometicam superstitionem ad Christianam fidem cōuertatur, & ob veri Dei cultum à cibo abstineat, ex illo eodem habi-

Pars affirmans Scoti.

tu ſentiet promptitudinem facilitatémque ad actus tẽperãtiæ, ac proinde idem habitus qui erat antea vitioſus ob prauum finem, nunc ex fine honeſto, atque ex cõformitate ad legem Dei & rectam rationẽ fiet ſtudioſus: & è contra ſi quis à fide ad Mahometicam ſuperſtitionem ſe cõferat. Verùm tenendũ eſt vitium non poſſe mutari in virtutem, nec è contrà: eo quòd vitiũ eſt habitus per ſe inclinans ad actum malum, virtus verò ad actum bonũ. Itaq; habitus ille abſtinendi in Mahometano non tantùm inclinat ad abſtinentiam à cibo, ſeu ad abſtinentiã cũ circũſtantiis quæ per ſe actũ illũ dehoneſtant: è contra habitus temperantię in Chriſtiano inclinat ad abſtinentiam cum circunſtantiis quæ actum illum perfectè cohoneſtant.

Pars negans probabilior.

Ad rationem paris aſſirmantis reſpoſio.

Ad exemplum allatum reſpondetur, in Mahometano præter habitum illum ſuperſtitioſum natura ſua malum, quo voluntas inclinatur ad ſuperſtitioſè abſtinendum, eſſe alium ſubordinatum habitum in appetitu ſentiente, quo reprimitur effrænata cibi appetitio, qui ex ſe neque bonus neque malus eſt. Et ſic reſpondemus facilitatem in abſtinendi in eo qui conuerſus eſſet ad fidem, oriri ex iſto habitu ſubordinato qui poteſt virtuti ſubſeruire non ſecus ac vitio: non autem ex illo vitioſo qui in ſuperiori animi parte, nempe voluntate reſidebat.

An actus vitioſus ſit peior habitu.

QVAESTIO VI.

DVplici concluſione quæſtio propoſita explicatur.

Prior concluſio. Probatur 1.

Prior concluſio. Actus vitioſus abſolutè & ſimpliciter eſt peior habitu. Cùm enim in rebus moralibus bonitas & malitia ex fine præſertim peti ſoleat: actus autem ſit finis propter quem eſt habitus: hinc ſit vt malitia habitus depẽdeat ex malitia actus, & certè idcirco habitus dicitur vitioſus quia inclinat ad actum vitioſum: iam verò propter quod vnumquodque tale, & illud magis: quare cùm habitus ſit vitioſus propter actum vitioſum ad quem refertur, certè ipſe actus erit per ſe & abſolutè deterior habitu. Adde etiam quod habitus non ſunt tam voluntarij quàm actus, ideoque non habitus, ſed actus propriè merentur vel demerentur, & ex conſequenti premiantur etiam vel puniuntur.

Poſto

Posterior conclusio. Habitus vitiosus secundùm quid est peior actu, tum quia eiusmodi habitus potestate plures actus malos continet ad quos inclinat: tum quia difficiliùs deponitur habitus vitiosus quàm actus: tum quia plures actus per quos comparatus fuerit, præsupponit. Si obiicias, peccatorem sic appellari ab habitu, peccantem verò ab actu: & tamen in sacris litteris peccatores tanquã omnium teterrimos haberi. Respondeo peccatorem non tantùm propter habitum, sed etiam propter actus frequenter repetitos sic appellari.

Posterior conclusio.
Probatur 1. 2. 3.
Obiectio.
Responsio.

An vitium simul cum virtute esse possit.

QVAESTIO VII.

PRima conclusio. Habitus & actus vitiosi directè oppositi actibus propriis virtutum infusarũ non possunt simul esse cũ eiusmodi virtutibus, verbi gratia, infidelitas vel actus infidelitatis non potest simul esse in eodẽ homine cum habitu fidei. Idemque dicendum de habitibus & actibus directè oppositis, tum spei cùm charitati: est enim nimia illorum inter se contrarietas, ita vt se mutuò instanti perimant, vt fusè docent Theologi. Quo fit vt peccatum mortale, nunquam cum gratia esse possit.

1. *Conclusio.*

Secunda conclusio. Actus moralis vitiosus potest esse simul cũ habitu virtutis oppositi & è contra, actus virtutis simul cum oppositi habitu vitioso. Vtrumq; experiẽtia satis patet, priùs quidem in probis hominibus qui in peccata nonnunquam incidunt; posterius in improbis qui quosdã virtutũ actus interdum exercent, & etiam in iis qui ex improba vitæ consuetudine ad meliorem statum conuertuntur: in iis enim manent adhuc vitiosi habitus, qui nonnisi repetitis frequenter contrariis actibus superantur. Cæterùm quandiu sunt inuoluntarij eiusmodi habitus, non imputantur à culpa, sed etiam potiùs si quando culpa ex infirmitate contingat ipsam minuunt.

2. *Conclusio.*
Probatur.

Tertia conclusio. Potest esse habitus moralis vitiosus cũ habitu virtutis oppositi in gradu remisso, non tamen in gradu intenso, Prior pars conclusionis probatur experientia. Nam is qui vitiis assuetus ad meliorem vitæ frugem conuertitur, cùm incipit actus virtutum exercere,

3. *Conclusio.*
Prior pars conclusionis probatur.

Digitized by Google

per ejusmodi actus contrahit aliquos habitus, nec tamen adhuc prorsus abolentur oppositi vitiorum habitus licèt multùm debilitentur; sicque in ejusmodi hominibus oppositi habitus simul reperiuntur in gradu remisso. Posterior pars conclusionis probatur. Posterior verò pars probatur, quia quò magis habitus aliquis bonus aut vitiosus in aliquo homine obfirmatur, eò magis oppositus debilitatur: Ex quo sequitur, vt cùm habitus est omninò confirmatus seu in gradu intenso, tunc oppositus sit valde remissus aut omninò extinctus.

4. Conclusio. Probatur. Quarta conclusio. Non potest actus vitiosus simul cum actu virtutis elici à voluntate, quia non potest eadem facultas simul actu ferri in opposita, licèt tamen actus exteriores virtutis & vitij possint simul fieri, vt si quis vna manu pecuniam alterius surripiat, & altera manu suam ipse pecuniam eroget: & tunc voluntas tacito quodam consensu fertur ad vtrumque, licèt non elicito & expresso, quod satis, est vt vtraque actio censeatur voluntaria.

Quænam sint vitiorum ac peccatorum species.

QVAESTIO VIII.

QVoniam habitus per actus distinguuntur, hinc vitiorum species ex peccatorum variis speciebus facilè colligi poterunt, quare peccatorum diuisiones aliquot magis præcipuas hoc loco persequemur.

1. Diuisio peccati in originale & actuale. Prima diuisio peccati est in originale & actuale. Illud dicitur, quod propter lapsum primi hominis vnicuiq; nostrum ab instanti conceptionis adnascitur, consistítque in carentia justitiæ originalis debitæ: hoc verò dicitur illud omne quod actu in hujus vitæ decursu ab homine committitur, pòtéstque in genere definiri dictum, factum, concupitum, vel omissum contra vel præter Legem Dei.

Secunda peccati actualis immortale & veniale. Secunda diuisio, quæ propria est peccati actualis, est in peccatum mortale & veniale. Illud dicitur quod mortem animæ generat, dum privat gratia, & æternæ morti adjudicat: hoc verò, quod quia gratiâ non priuat, nec æternæ morti adjudicet, facilè veniam consequitur. Illud contra, hoc verò præter diuinam regulam est: quare qui peccat mortaliter, facit contra præceptum, quia oppositum præcepti facit: qui verò peccat venialiter, facit præ-

ter

ter præceptum, quia aliquid facit, quod licèt non sit contra præceptum, non tamen tendit in finem præcepti.

Effectus peccati mortalis duplex.

Porrò ex peccato mortali perpetrato duplex effectus in anima relinquitur quorum neutrum sequitur ex peccato veniali, nempe reatus culpæ qui consistit in totali carentia gratiæ & amicitiæ diuinæ, & reatus pœnæ æternæ ratione cujus anima obligatur ad pœnam æternam subeundam. Cumque in peccato mortali duo spectentur, nempe auersio à Deo, & conuersio ad creaturam: hinc pœna duplex incurritur: altera dicitur pœna damni quæ est sempiterna carentia diuinæ visionis, respondétque auersioni à Deo: altera verò pœna sensus, qui est sempiternus cruciatus infernalis flammæ, respondétque conuersioni ad creaturam. Cùm igitur mortale peccatum remittitur, semper tota culpa tollitur, non tamen semper omnis reatus pœnæ tollitur, sed pœna æterna quæ debebatur, in temporalem commutatur, quæ vel in hac vita per debitam satisfactionem soluenda est, aut in purgatorio post obitum, nisi indulgentiarum beneficio ab istiusmodi satisfactionis obligatione liberemur. Verùm de his copiosiùs Theologi, & præsertim Summistæ.

Peccati mortalis pœna duplex.

Tertia diuisio est in peccatum commissionis, & peccatū omissionis. Cùm enim duo sint præceptorum genera, alia affirmatiua, quæ ad aliquid faciendum obligant, quale est, *Vnum Deum adorabis, &c.* alia verò negatiua, quæ aliquid facere prohibēt, quale est istud. *Non occides &c.* Cùm peccatum est contra negatiuum præceptum, semper est peccatum commissionis: at verò quādo est contra præceptum affirmatiuum, aliquando est peccatum omissionis, cùm tantum omittitur id quod præcipitur, vt si quis omittat debitum Deo cultum reddere: aliquando peccatum commissionis, cùm perpetratur cōtrarium ejus quod præcipitur: Vt si quis Deum contemnat, aut irrideat, aut blasphemet. Vt plurimum tamen peccata quæ fiunt contra præcepta affirmatiua, sunt omissiones non commissiones.

Quarta diuisio peccati, est in dictum & factum & concupitum, seo in peccatum cordis, oris, & operis; non quod illa peccata sint semper distincta, sed quod quædam sint peccata cordis tantùm, quæ solo malo affectu committuntur, vt blasphemia mentalis, maleuolentia, &c. alia verò cordis simul & oris tantùm, vt detractiones,

Digitized by Google

injuriæ,comminationes. Alia verò quæ non tantùm animo cõcipiuntur, aut ore proferuntur, sed etiam opere complentur,vt furta,mutilationes,homicidia,fornicationes, &c.

Quintò, diuiduntur peccata in carnalia & spiritualia, iuxta illud Apostoli 2.ad Cor.7. Mundemus nos ab omni inquinamento carnis & spiritus.

Sextò ratione personarum in quas peccamus peccatum triplex constituitur;aliud enim dicitur esse contra nos ipsos, quod opponitur maximè fortitudini & temperantiæ : aliud contra proximos, quod opponitur iustitiæ & misericordiæ : aliud denique contra Deum,quod opponitur charitati & pietati, denique illa tria genera peccatorum opponuntur tribus virtutum generibus, quibus rectè ordinamur erga nos, proximum, & Deum.

Septimò ratione causarum internarum ex quibus nascuntur peccata,tria peccatorum genera assignantur, quorum alia dicuntur ex ignorãtia,quæ ex ignorantia aliqua culpabili proceduntialia ex infirmitate,quæ ex vehemẽti aliqua animi perturbatione oriuntur : alia denique ex malitia, quæ ex deliberata animi voluntate absque vlla vehementi passione scienter & prudenter perpetrantur.

Octauò denique vulgò diuiduntur peccata in septem illa quæ communiter dicuntur mortalia, licet non satis aptè,cùm pleraque ex illis non sint ex genere suo mortalia,sed tantùm venialia,quare melius ab alijs dicũtur Capitalia, quasi omnium peccatorum tam venalium quàm mortalium fontes & capita.Hæc autem 7.peccata isto artificiali vocabulo (Saligia) significantur, nempe superbia, auaritia,luxuria,inuidia,gula,ira, acedia. Ex his autem tria priora sunt magis præcipua,nempe,superbia,auaritia & luxuria,de quibus illud Ioan.1.can.c.2. *Omne quod est in mundo aut est concupiscentia carnis aut concupiscentia oculorum,aut superbia vitæ.* Porrò de his specialibus agere non est huius instituti, sed ad Theologos & præsertim summistas,qui de casibus conscientiæ differunt,pertinet. Et hæc sunt quæ de virtutibus & vitijs,atque adeo de rebus Moralibus dicenda habuimus ad Maiorem Dei Optimi Maximi gloriam.

DEO LAVS.

INDEX

INDEX RERVM QVÆ *in secunda hac summæ Philosophiæ parte de rebus Moralibus continentur.*

Vbi numerus paginam indicat.

A.

ACEDIA quid 83
Actio omnis humana est propter finem 16
Actiones corporeæ qua ratione considerentur à philosopho 2
Actionis humanæ bonitas,& malitia quid sint 55
Actionis humanæ bonitatem & malitiam quænam causent 55
Actus amoris Dei clarè cogniti non est liber,licet sit voluntarius 33
Actus spontanei, naturales,& violenti quomodo inter se differant 49
Actus aliqui humani in actu signato sunt indifferentes, non autem in actu exercito 56
Actuum internorum non autem externorum bonitas & malitia quæ petitur ex obiecto est eadem cum ea quæ petitur ex fine 57
Adoratio quid 110
Adiuratio quid ibid.
Affabilitas quid 111
Agere propter finem duobus modis dicitur 13
Agere propter finem omnibus rebus commune 14
Amor amicitiæ,& concupiscentiæ quid, & cur sic appellentur 76

Digitized by Google

Amicitia quid 75
Amicitia triplex, vtilis, delectabilis, & iucunda 76
Amor quomodo ab amicitia, dilectione, & charitate differat 75
Amor abundantiæ seu beneuolentiæ, & amor indigentiæ quid 76
Amoris definitio 75
Amoris multiplex diuisio ibid.
Amoris causæ 77
Amoris proprietates & effectus 78
Angeli & homines quomodo voluntatem possint mouere 42
Angeli boni suadent aliquid hominibus illuminando intellectum 49
Angeli boni & mali possunt aliquid hominibus suadere immutando phantasiam, aut sensum exteriorem 49
Animæ in homine portio duplex, superior & inferior 68
Animæ portio inferior duplex, animalis & naturalis, ibidem.
Animæ facultatum multiplex diuisio ibid.
Animæ sensitiuæ tres facultates præcipuæ, cognoscitiua, appetitiua, & loco motiua 28
Anxietas quid 85
Appetitio omnis hominis voluntaria, est propter finem 14
Appetitus sensitiuus quid sit in homine 66
Appetitus sensitiuus duplex, concupiscibilis & irascibilis, & vtriusque in animali necessitas 68
Appetitus sensitiui concupiscibilis & irascibilis differentiæ ibid.
Appetitus sensitiuus, concupiscibilis & irascibilis in qua corporis parte resideant 69
Appetitus sensitiui actus ab actibus rationalis appetitus quomodo differant 68
Appetitus sensitiui obiectum præcipuum est bonum expetendum 71
Appetitus duplex, innatus & elicitus 8
Appetitus innatus triplex, naturalis, animalis & rationalis ibid.
Appetitus rationalis cur possit ferri in obiectum appetitus sensitiui, non è contra. ibid.

Appe-

Digitized by Google

Appetitus ſenſitiuus in homine cur dicatur in malum propendere, item cur vocetur concupiſcentia, peccatum & fomes peccati ibid.
Appetitus ſenſitiuus quomodo moueat voluntatem 29
Audaciæ definitio 87
Audaciæ cauſæ & effectus 88

B.

Ad Beatitudinem naturalem requiruntur ſanitas & moderatæ diuitiæ 20
Beatitudinis deſcriptio à Boetio ibid.
Beatitudo eſt finis vltimus in confuſo omnium hominum 17
Beatitudo humana duplex, formalis & obiectiua ibid.
Beatitudo hominis obiectiua quid 17
Beatitudo obiectiua & finis vltimus quomodo differant 19
Beatitudo hominis obiectiua in quo ponenda ibid.
Beatitudo formalis naturalis hominis in quo poſita, ibidem.
Beatitudo formalis ſupernaturalis futuræ vitæ in quo ſit poſita 21
Beatitudo ſupernaturalis huius vitæ in quo poſita ſit, ibidem.
Belluæ ſuas actiones in finem non poſſunt dirigere, ſed à Deo diriguntur 15
Boni deſcriptio qua dicitur id quod omnia appetunt, exponitur 7
Boni ratio formalis eſt conuenientia, proprietas verò appetibilitas ibid.
Boni multiplex diuiſio 11.12.& 19
Bonum & malum pertinent ad eandem facultatem, licet non ad eundem actum. 11
Bonum & finis non ſunt idem formaliter 12
Bonum & finis ſecundum actum non ſunt idem realiter ibidem.
Bonum & finis ſecundum potentiam ſunt idem reipſa 13
Bonum, vt actus appetitur, habet rationem finis ibid.
Bonum cognitum quomodo ſeſe habeat ad actus voluntatis 25

Digitized by Google

Elicitæ & imperatæ voluntatis actiones quomodo inter se conueniant,& differant 59
Elicitam voluntatis actionem circa finem triplicem esse, nempe volitionem,fruitionem, & intentionem probatur 60
Elicitam voluntatis actionem circa media triplicem esse, nempe electionem,consensum & vsum probatur. 59
Eliciti actus voluntatis possunt esse imperati 62
Ethica cur dicatur moralis Philosophia 2
Ethica naturæ ordine præcedit œconomicam & politicam 5
Executio procedit ordine synthetico circa ea quæ sunt ad finem. 61

S.

FAcultatem moueri quid sit,& quot modis accidat 26
Finis & bonum non sunt idem formaliter 13
Finis & bonum & secundùm actum non sunt idem realiter ibid.
Finis & bonum secundùm potentiam sunt idem realiter 13
Finis duplex acceptio 15
Finis multiplex druisio ibid.
Finis vltimus & verus humanarum actionum est Deus 16
Finis vltimus opinatus humanarum actionum est varius ibidem.
Finis vltimus & beatitudo quomodo differant 18
Finis cognitio duplex, perfecta & imperfecta 49
Fœlicitas,vide Beatitudo.
Fortitudinis definitio, & duplex acceptio 116
Fortitudinis duo actus præcipui, sustinere, & aggredi 117
Fortitudinis quatuor sunt partes integrantes & potentiales 118
Fortitudo temperantiâ est præstantior 116
Fruitio beatorum idem est ac beatitudo formalis 23
Fruitionis duplex acceptio 60
Fugæ definitio,& ab odio & tristitia distinctio. 80

Habi-

Digitized by Google

H.

Habitus definitio, ejúſque explicatio 36
Habitus voluntati concedendos eſſe in ordine ad actus morales probatur ibid.
Habitus per quos actus acquirantur 37
Habitus neque ſolum per primum, aut ſolum per vltimum, ſed per omnes collectiuè ſumptos acquiritur, 38.39
Habitus ſolis intenſioribus actibus augetur 39
Habitus concurrit effectiuè cum facultate ad eliciendum actum ibid.
Habitus non poſſunt deperdi ſola actuum ceſſatione 40
Habitus vitioſus non poteſt fieri bonus, nec è contrà 125
Hominem eſſe liberi arbitrij probatur 33
Humana actio eſt vel elicita, vel imperata 59
Humanæ actiones quæ dicantur, earumque duplex definitio 48
Humanarum actionum principia, partes & proprietates aſſignantur 5
Humanarum actionum principia, alia interna, alia externa. 25

I.

Idem reſpectu ejuſdem quomodo poſſit eſſe mouens & motum 26
Ignorantia cauſat inuoluntarium 52
Ignorantia quid ibid.
Ignorantia quænam cauſet inuoluntarium 53
Ignorantia iuris naturalis non poteſt cauſare Inuoluntarium ibid.
Ignorantiæ multiplex diuiſio 52.53
Imaginatio quomodo ad Angelis poſſit immutari 46
Imperare quid 28
Imperata actio voluntatis quid 59
Imperata voluntatis actio eſt interna, vel externa ibid.
Imperatæ & elicitæ actiones voluntatis quomodo inter ſe conueniant & differant ibid.
Imperati actus ſic denominantur ab imperio voluntatis & rationis

Digitized by Google

Imperio rationis quinam actus in homine subdantur 66
Imperium duplex politicum, & despoticum 28
Imperium ab vsu quomodo distinguatur 65
Imperium & actus imperatus sunt idem actus 66
Intellectualis creaturæ quomodo proprium agere propter finem 14
Intellectus quomodo dicatur principium humanarum actionum 25
Intellectus quomodo moueat voluntatem, & à voluntate moueatur 26
Intellectus à bono angelo duobus modis potest illuminari 46
Intentio solis agentibus per rationem conuenit 60
Intentionis duplex acceptio 60
Inuidia quid 83
Inuoluntarij definitio 51
Inuoluntariũ duplex, per violentiam & ignorantiã ibid.
Inuoluntarium violentum quid ibid.
Inuoluntarium per ignorantiam quid ibid.
Iræ definitio 88
Iræ species, causæ, effectus, & remedia 89
Iram quænam passiones circunstent ibid.
Iuris multiplex acceptio 114
Iuris propriè dicti multiplex diuisio 115
Iuramentum quid 110
Ius duplex, publicum & priuatum 106
Ius propriè dictum quid 115
Ius quomodo ex facto & lege nascatur ibid.
Iustitia inter virtutes morales prima, tum ratione subjecti, cum ratione objecti 104
Iustitia duplex, legalis & priuata 105
Iustitia generalis seu legalis quid, & qualenam sit ejus obiectum 106
Iustitia specialis seu priuata à legali quomodo differat 108
Iustitia specialis duplex, distributiua, & commutatiua ibidem.
Iustitia distributiua & commutatiua quomodo inter se differant 108
Iustitiæ duplex acceptio 104
Iustitiæ descriptio & definitio 105

Iusti-

Digitized by Google

Iustitiæ partes integrantes duæ,declinare à malo,& facere bonum 105
Iustitiæ commutatiuæ & distributiuæ species 108
Iustitiæ partes potentiales quænam sint 109

L.

LAus vt religionis actio quid 110
Legis definitio 111
Legis multiplex diuisio 113
quænam Lex obliget ibid.
Liberalitas quid 111
Liberi arbitrij descriptio ex Diuo Thoma 31
ad Liberi arbitrij vsum quale iudicium rationis requiratur 34
Libertas à necessitate constituit liberum arbitrium 31
Libertas à necessitate duplex contradictionis & contrarietatis
Libertas contrarietatis duplex , quoad actum , & quoad obiectum 34
Libertatis & liberi multiplex acceptio 31
Liberum arbitrium quid ibid.
Liberum arbitrium quomodo ab intellectu & voluntate differat 32
Liberum arbitrium quoad potentiam seu habitum non pendet à ratione,sed tantùm quoad vsum 32
Liberum arbitrium dari in homine probatur 33
Liberum arbitrium manet in ipso actu 34

M.

MAli multiplex diuisio 121
Martyrium est actus fortitudinis & charitatis 117
Medium duplex,secundùm essentiam & secundùm obiectum 92
Medium secundum obiectum duplex , rei & rationis ibid.
Membra externa possunt moueri à solo appetitu sensitiuo 29
Metus aliqualiter causat inuoluntarium 86
Metus.*vide* Timor
Misericordia quid 83

Digitized by Google

Moralis disciplina non est ars propriè dicta, neque prudentia, sed scientia propriè dicta 2.& seq.
Moralis scientiæ obiectum quodnam sit 4
Moralis philosophiæ fines ibid.
Moralis scientiæ tripartita diuisio in Ethicam, œconomicam & politicam unde sumatur 2
Mores quot sint 5

O.

Obedientia quid 110
Obseruantia quid ibid.
Odium quid 79
Oeconomia cur triplici societate constet, scilicet despotica gamica, & patrica 6
Oratio quid 110

P.

Passionem omnem non esse virtiosam tripliciter probatur 73
Passiones ex se neque bonæ, neque malæ 71.72
Passiones appetitus irascibilis & concupiscibilis quomodo inter se opponantur 72
Passionis definitio 70
Passionum quænam sit origo ibid.
Peccati mortalis duplex effectus 129
in Peccato duo consideranda, vnum positiuum, alterum priuatiuum 124
Peccatorum species quomodo inter se constituantur & distinguantur 128
Peccatorum multiplex diuisio ibid.
Peccatum à vitio & malitia quomodo distinguatur 130
Peccatum in genere vt peccatum per aliquid priuatiuum constituitur 22
Phantasia quomodo ab Angelis possit immutari 46
Philosophiæ finis fœlicitas 1
Pietas quid 110
Politicâ, œconomicâ & Ethicâ præstantior 5
Prætigiatorum miræ operationes ab ipsis non fiunt, sed à dæmonibus 46

Pru-

Digitized by Google

Prudentia reperitur ſine morali diſciplina 2
Prudentia cur inter virtutes morales annumererur 97
Prudentiæ quædam munera 2
Prudentiæ definitio 98
Prudentiæ veritas in quo ſit poſita 99
Prudentiæ ſubiectum eſt particulare ibid.
Prudentiæ ſubiectum, quomodo differat à ſubiecto cæterarum virtutum 100
Prudentiæ habitus eſt multiplex, nec datur vnus cæteris eminentior ibid.
Prudentiæ triplex actus 101
Prudentiæ partes octo integrantes 102
Prudentiæ partes ſubiectæ duæ ibid.
Prudentiæ partes potentiales tres, ſcilicet Eubulia, ſyneſis, & gnome 103
Pulchritudo cur ſolùm à viſu & auditu percipiatur. 77

R.

Recta ratio quid 55
Religio quid 109
Religionis quinam ſint actus 110
Reipublicæ forma triplex, Monarchica, Oligarchica, & Democratica. 5

S.

Sacrificium quid 110
Sanctitas quomodo à religione differat ibid.
Senſitiuus appetitus, *vide* Appetitus ſenſitiuus.
Senſus exterior ab Angelis duobus modis poteſt immutari 46
Spei definitio 84
Spei cauſæ & effectus 85
Suſtinentia præſtantior eſt aggreſſione 118

T.

Temperantiæ duplex acceptio 119
Temperantiæ deſcriptio ibid.
Temperantiæ triplex obiectum ibid.

Digitized by Google

Temperantiæ partes ſubiectæ,integrantes,& potentiales 120
Timoris definitio 85.86
Timoris ſpecies,cauſæ & effectus 86.87
Triſtitiæ definitio 83
Triſtitiæ quatuor ſpecies ibid.
Triſtitiæ cauſæ, effectus & remedia 84

V.

VEgetatiuæ facultates non ſubſunt imperio voluntatis 27
Veritas quid 110
Violentum cauſat inuoluntarium 52
Virtus quomodo conſiſtat in mediocritate 92
Virtus omnis pure moralis eſt in medio ſecundum obiectum 93
Virtus omnis moralis exceptâ iuſtitiâ conſiſtit in medio quoad eſſentiam ibid.
Virtus circa aliquid tribus modis verſatur 116
Virtutes purè morales reſident in voluntate 94
Virtutes cardinales cur ſic dictæ 95
Virtutes morales in triplici gradu poſſunt obtineri 97
Virtutes morales in quo gradu ſint inter ſe connexæ 95
in Virtutibus moralibus tria partium genera 103
Virtutis duplex definitio 91
Virtutis multiplex diuiſio 96
Virtutum actiones non ſunt ipſa fœlicitas , ſed tantùm rationes ad eam acquirendam 21
Virtutum habitus ſunt admittendi in appetitu ſenſitiuo 94
Virtutum cardinalium quaternarius numerus colligitur 95.96
Virtutum cardinalium inter ſe ordo naturæ & dignitatis 96
Vitia qua ratione mala dicantur 121
Vitia reſident in voluntate 122
Vitia quomodo ſunt contra & ſecundùm naturam ibid.
Vitij definitio 122
Vitiorum cauſa eſt liberum arbitrium 123

Digitized by Google

Vitiosus actus quomodo sit pejor habitu 129
Vitium à peccato & malitia quomodo distinguatur 121
Vitium simul cum virtute quomodo esse possit 127
Voluntarium tum latè cùm strictè sumptum quid 49
Voluntarium omne in homine est ordinariè liberum ibidem.
Voluntarium circa finem non est deliberatum. 50

FINIS.



Digitized by Google

Digitized by Google

TERTIA PARS
SVMMÆ PHILOSOPHICÆ,

Quæ est Physica:

DE REBVS NATVRALIBVS IN TRES PARTES diuisa.

Cum duplici indice locupletissimo.

TOMVS POSTERIOR.

Duas posteriores partes huius operis continens.

Digitized by Google

Digitized by Google

INDEX PER ORDINEM EORVM QVÆ IN HAC TERTIA Summæ Philosophiæ parte de rebus naturalibus continentur, vbi numerus paginam indicat.

QVÆSTIONES proœmiales de ipsa naturali Philosophia. 1

Præfatio. 1

Vtrum Physica sit verè scientia. 2 Qu. 1.

Quodnam sit obiectum Physicæ. 4 Qu. 2.

Quinam ordo sit seruandus in pertractanda hac Philosophiæ parte.

Prima pars Physicę, de corpore naturali in genere

Præfatio. 6

Primus tractatus huius partis, de Principiis. *ibid.*

Prima disputatio huius Tractatus. De principiis rerum naturalium generatim.

Quotuplex sit acceptio principij. 7 Qu. 1.

Vtrum rectè definiantur principia rerum naturalium. Qu. 2. 8

Vtrum principia debent esse contraria. 9 Qu. 3.

Quot & quænam sint generationis Physicæ principia. Qu. 4. 10

Secunda disputatio huius tractatus. De principiis in specie.

DE MATERIA.

Quotuplex sic acceptio Materiæ. 12 Qu. 1.

Quid sit prima materia, & quare sit admittenda. 13 Qu. 2.

Digitized by Google

Quæ.3. *Quænam & qualis sit potentia materiæ.* 15
Qu. 4. *Quænam sint præcipuæ proprietates materiæ.* 17

DE FORMA.

Qu.5. *Quid sit forma.* 18
Qu.6. *Quomodo ex materia nascantur formæ.* 19
Qu.7. *Quomodo ab agente producantur formæ.* 20
Qu.8. *An mediis dispositionibus in materiam introductis forma eidem vniatur.* 22
Qu.9. *An formæ extra materiam esse possint.* 23

DE PRIVATIONE.

Qu.10. *Quid sit Priuatio, & an sit principium rerum naturalium.* 24

Tertia disputatio huius tractatus. De natura & composito naturali.

Qu.1. *Quid & quotuplex sit natura.* 26
Qu.2. *An vtrique motus principio supradicta naturæ definitio conueniat.* 28
Qu.3. *Quorumnam motuum natura sit principium passiuum & quorum actiuum.* 29
Qu.4. *Quid sit compositum naturale, & quomodo ex materia & forma constet.* 31
Qu.5. *An totum physicum distinguatur à suis partibus.* 32
Qu.6. *Qui differant res naturales ab artificiosis.* 34

Secundus tractatus huius partis, De causis. 35

Prima disputatio huius tractatus. De causis in genere.

Qu.1. *Quid sit causa.* 35
Qu.2. *Quotuplex sit causa.* 36
Qu.3. *Quid sit exemplar, & ad quod genus causæ reuocandum sit.* 37
Qu.4. *Quænam sint causarum generales proprietates.* 38

Secun-

Digitized by Google

Secunda disputatio huius tractatus, de singulis causarum generibus.

Qua ratione Materia dicatur causa. 39 Qu.1.
Qua ratione forma dicatur causa. 49 Qu.2.
Quid & quotuplex sit causa efficiens. *ibid.* Qu.3.
An plures simul possint esse causæ totalis eiusdem effectus. 24 Qu.4.
Quænam sint speciales efficientis causæ proprietates. Qu.5.
Quid & quotuplex sit finis. 44 Qu.6.
An finis sit causa secundum esse verum & reale: an vero secundum esse obiectiuum & intelligibile. 45 Qu.7.
Quænam sint præcipuæ finalis causæ proprietates. 46 Qu.8.
Tertia disputatio huius tractatus, de causis per accidens.
An dentur causæ per accidens. 47 Qu.1.
Quid sint casus & fortuna. *ibid.* Qu.2.
Quid sit Fatum. 50 Qu.3.
Tertius tractatus huius partis, de communibus proprietatibus rerum naturalium.
Prima disputatio huius tractatus, de quantitate & infinito.
Vtrùm solius quantitatis beneficio substantia corporea sit formaliter extensa. 51 Qu.1.
An termini quantitatis sint reales. 52 Qu.2.
An continuum ex solis indiuisibilibus constet. 54 Qu.3.
An continuum sit diuisibile infinitum. 55 Qu.4.
Quid & quotuplex sit infinitum. 56 Qu.5.
Quomodo infinitum cognosci possit. *ibid.* Qu.6.
An detur aut saltem dari possit infinitum. 57 Qu.7.
Secunda disputatio huius tractatus. De loco vacuo.
Quid sit locus. 59 Qu.1.
Quotuplex sit locus. 60 Qu.2.

Digitized by Google

Quæ.3. *An duo corpora in eodem loco, & idem corpus in duobus locis esse possit.* 61
Qu.4. *An detur vacuum.* 62
Qu.5. *An motus in vacuo fieri possit.* 63
Tertia disputatio huius tractatus. De tempore.
Qu.1. *Quid sit tempus.* 64
Qu.2. *Quomodo distinguatur tempus à motu.* 65
Qu.3. *Quomodo intelligenda sint nonnulla temporis attributa.* 66
Quarta disputatio huius tractatus, De motu.
Qu.1. *Quid sit motus, & an rectè ab Aristotele definiatur, & item quid sit quies.* 67
Qu 2. *Quomodo motus distinguatur à termino in quem tendit.* 69
Qu 3. *Quomodo motus distinguatur à subiecto seumobili.* 71
Qu.4. *An motus in tribus tantùm categoriis versetur.* 72
Qu.5. *Quomodo motus incipit ac desinit.* 73
Qu.6. *An latio seu motus localis sit inhæsiue in ipso mobili.* 74
Qu.7. *Quænam sint præcipuæ lationum differentiæ.* 76
Qu.8. *An quidquid mouetur ab alio moueatur.* 78
Qu.9. *An mouens & mobile debeant esse simul.* 80
Qu.10. *Qualisnam debeat esse primus motor iuxta Aristotelem.* 82
Secunda pars Physicæ, de corpore Naturali inanimato.
Præfatio. 83
Primus tractatus huius partis: De Mundo & Cœlo. *ibid.*
Prior disputatio huius tractatus, de Mundo.
Qu.1. *Quid sit mundus, & an sit vnus.* 84
Qu.2. *An mundus sit ab æterno.* 85
Qu.3. *An mundus ab æterno esse potuerit.* 86

Quo-

Quomodo mundus fuerit productus. 87 Qu. 4.
Quandonam mundus inceperit, & desiturus sit. 89 Qu. 5.
Posterior disputatio huius Tractatus, de Cœlo.
Quænam sit materia Cœli. 91 Qu. 1.
Quænam sit forma Cœli. 92 Qu. 2.
An Cœli specie inter se distinguantur. 94 Qu. 3.
Quænam sint proprietates Cœlorum ex parte materiæ. *ibid.* Qu. 4.
Quænam sint proprietates Cœlorum ex parte formæ. 95 Qu. 5.
Quotnam sint cœli, & quinam eorum motus. 97 Qu. 6.
An Astra sint eiusdem rationis cum suis orbibus. 99 Qu. 7.
An Astra lumen à Sole mutuentur. 101 Qu. 8.
Quomodo stellæ distinguantur, & quot sint. 102 Qu. 9.

APPENDIX PRÆCEDENTIS Tractatus, seu Breuis institutio Geographica.

Prior pars huius Institutionis.

De Sphæra, illius circulis ac diuisione. 103 Cap. 1.
De quinque circulis, parallelis terræ insignioribus, & Zonis. 105 Cap. 2.
De aliis terræ circulis, parallelis & climatibus. 107 Cap. 3.
De circulis meridianis, vbi de longitudine & latitudine locorum. 109 Cap. 4.

Posterior pars huius Institutionis.

De varijs terræ incolis ratione Zonarum. 111 Cap. 1.
De varijs terræ incolis ratione vmbrarum. 113 Cap. 2.
De varijs terræ incolis ratione situs. 114 Cap. 3.
De Terræ magnitudine ac eiusdem generali diuisione. 116 Cap. 4.

Digitized by Google

Secundus tractatus huius partis. De Elementis.
Prima disputatio huius tractatus. De Natura & proprietatibus elementorum generatim.
Qu. 1. *Quid sit elementum.* 120
Qu. 2. *Quotnam sint Elementa.* 121
Qu. 3. *Quot & quænam sint primæ qualitates Elementorum.* 122
Qu. 4. *Quomodo se habeant in elementis supradictæ quatuor primæ qualitates.* 123
Qu. 5. *Quæ & quot sint qualitates motrices elementorum.* 125
Qu. 6. *Vtrùm elementa in suis locis grauitent & leuitent, seu an sint actu grauia & leuia.* 126
Secunda disputatio huius Tractatus, de variis mutationibus elementorum.
De Actione Et Passione.
Qu. 1. *An actio transiens sit in agente an verò in patiente.* 129
Qu. 2. *An simile agat in simile.* 130
Qu. 3. *An idem agat in seipsum.* 131
Qu. 4. *An omne agens dum agit repatiatur.* 132
De Generatione & Corruptione.
Qu. 5. *Quid sint generatio & corruptio.* 134
Qu. 6. *Quænam sint principia causæ & termini generationis.* 135
Qu. 7. *An corruptio vnius sit generatio alterius.* 136
Qu. 8. *Vtrum in cuiuslibet rei naturalis interitu fiat resolutio vsque ad materiam primam.* ibid.
De Alteratione.
Qu. 9. *Quid sit alteratio, quænam eius causæ simul ac termini.* 138
Qu. 10. *An alteratio sit motus continuus & successiuus.* 139
Qu. 11. *Quomodo per successiuam alterationem intendantur & remittantur qualitates contrariæ.* 140

Quid

Quid sit & quomodo fiat mixtio. 142 Qu. 12.
An elementa maneant in mixto. 143 Qu. 13.
Quid & quotuplex sit in rebus mixtis temperamentum. 144 Qu. 14.

Tertia disputatio huius Tractatus. De singulis Elementis.

De Igne.

An detur ignis Elementaris supra aërem. 146 Qu. 1.
An omnis ignis sit eiusdem rationis ac speciei. 147 Qu. 2.

De Aere.

An aër sit primum humidum. 148 Qu. 3.
An aër natura sua sit calidus, an verò frigidus. 149 Qu. 4.
An rectè triplex aëris regio distinguatur. 150 Qu. 5.

De Aqua.

An aqua sit primum frigidum. Qu. 6.
An aqua simul cum terra globum vnum efficiat. 151 Qu. 7.

De Terra.

Qualis & quanta sit terra. 151 Qu. 8.

Tertius Tractatus huius partis, de corporibus mixtis.

Prior disputatio huius Tractatus. De mixtis imperfectis seu Meteoris.

Quidnam sint propriè Meteora, & quanam generales eorum causæ. 154 Qu. 1.

De impressionibus ignitis.

De Cometa & quibusdam alijs. 155 Qu. 2.
De fulgure & fulmine. 157 Qu. 3
De igne fatuo, Castore, Polluce & Helena. 158 Qu. 4.
Quid sint & quàm variæ eiusmodi impressiones ibi. Qu. 5.
De varijs coloribus apparentibus in aëre, vbi de hiatu, voragine, & cohortibus armatis. 159 Qu. 6.
De Corona, virgis, Parelis & Parselinis. 160 Qu. 7.

Digitized by Google

Qu.8. *De Iride, & lacteo circulo.* 160

DE IMPRESSIONIBVS humidis.

Qu.9. *De Nube, Pluuia, Niue, & Grandine.* 161
Qu.10. *De nubecula, granedula, glacie, rore, & pruina.* 162
Qu.11. *De salsedine maris, eiusque flexu & reflexu.* 163
Qu.12. *De fontium & fluminum origine.* 165

De impressionibus siccis.

Qu.14. *De Terræ motu.* 166
Qu.15. *De ventis.* *ibid.*

Posterior disputatio huius Tractatus, de Mixtis perfectis.

Qu.1. *Quid & quotuplex sit corpus perfectè mixtum.* 168
Qu.4. *Quid sint, & quasnam causas habeant metalla.* 169
Qu.3. *Quotnam sint metallorum species, & quænam sint communes eorum affectiones.* 170
Qu.4. *Quotnam sint genera lapidum, & quænam eorum causæ.* 171
Qu.5. *De reliquis corporibus mixtis.* 172

Tertia pars Physicæ de corpore animato.

Præfatio. 174

Primus Tractatus huius partis, de anima generatim.

Prior huius Tractatus disputatio, de iis quæ ad animæ naturam pertinent.

Qu.1. *Vtrum anima rectè definiri soleat.* 175
Qu.2. *Vtrum anima sit actus totius corporis, an alicuius partis tantum.* 177
Qu.3. *An omnes corporis partes informentur ab anima.* 178
Qu.4. *Vtrum anima partium omnium continuitatem in corpore desideret.* 180
Qu.5. *An tria tantum sint animarum genera.* 181
Qu.6. *Vtrum in vno viuente sint plures animæ.* 182

Quo-

Quomodo nobilior anima deteriorem contineat. 184 Qu.7.
An sint plures formæ partiales in quolibet viuente præter totalem. 185 Qu.8.
An intereunte animali remaneat forma corporeitatis, aut succedat forma cadaueris. 187 Qu.9.
Vtrum omnis anima sit indiuisibilis. 188 Qu.10.
Posterior disputatio huius tractatus, de facultatibus animæ generatim.
An quinque sint generales animæ potentiæ. 190 Qu. 1.
Vndenam oriantur facultates animæ. *ibid.* Qu.2.
Quomodo facultates animæ ab ipsa differant. 192 Qu.3.
In quonam subiecto resideant animæ facultates. 194 Qu.4.
Quomodo potentiæ seu facultates animæ inter se distinguantur. 195 Qu.5.
Secundus tractatus huius partis, De Anima vegetante. 197
Prima disputatio huius Tractatus, De facultatibus animæ vegetantis generatim.
Quotnam sint facultates animæ vegetantis. 198 Qu. 1.
De Generali Instrumento facultatum animæ vegetantis, nempe calore natiuo. 199 Qu.2.
Secunda disputatio huius tractatus: De facultate alendi.
De ipsa facultate nutriendi, eiusque obiecto nempe alimento. 200 Qu.1.
Quodnam sit proximum in animalibus sanguine præditis alimentum. 202 Qu.2.
De huius facultatis actu, nempe nutritione, quomodo fiat in animalibus præsertim. 203 Qu.3.
De quatuor primis humoribus. 205 Qu.4.
De facultatibus administris virtutis nutritiuæ. 207 Qu.5.
De Vita & morte. 208 Qu.6.
De fame & Siti. 211 Qu.7.

Digitized by Google

Qu.10. *De dentibus & capillis.* 212
Qu.9. *De sanitate & morbo.* 214
Qu.10. *De respiratione.* 215

Tertia disputatio huius tractatus, de facultate accrescendi.

Qu.1. *Quid sit, & quomodo fiat accretio.* 216
Qu.2. *Vtrum accretio fiat secundum omnes partes viuentis.* 217
Qu.3. *Vtrum accretio sit motus continuus.* 218
Qu.4. *Vtrum possit aliquis toto vitæ tempore crescere.* 219
Qu.5. *Vtrum idem numero viuens toto vitæ tempore perseueret.* 220
Qu.6. *Vtrum noua quantitas acquiratur per rarefactionem, & per condensationem deperdatur.* 222

Quarta disputatio huius tractatus, de facultate generandi.

Qu.1. *De ipsa facultate.* 223
Qu.2. *De semine.* *ibid.*
Qu.3. *De generatione viuentium.* 226

Tertius tractatus huius partis, de anima sentiente. 228

Prima disputatio huius tractatus, de sensu in communi.

Qu.1. *An sensus sit facultas actiua, an passiua.* 228
Qu.2. *Vtrum ad sensuum operationem admittendæ sint species quas vocant intentionales.* 230
Qu.3. *Quodnam sit obiectum sensus & quotuplex.* 231
Qu.4. *An sensus erret circa proprium obiectum.* 235
Qu.5. *An vehemens sensibile lædat sensum.* 236
Qu.6. *Quot sint sensus, & an sint eiusdem speciei in quibusuis animantibus.* 237

Secun-

Secunda disputatio huius tractatus : de sensibus externis.

Prima Sectio, de illis generatim.

Quot sint sensus externi, & quisnam illorum inter se ordo. Qu.1. 238
An omnes sensus externi indigeant medio. 239 Qu.2.
An sensus percipiat priuatienem proprij obiecti. 240 Qu.3.

Secunda sectio, de visu.

Quodnam sit obiectum adæquatum visus. 241 Qu.4.
De lumine. *ibid.* Qu.5.
De Colore. 244 Qu.6.
De visione quomodo fiat. 246 Qu.7.
De ipsa facultate videndi, deque ipsius organo. Qu. 8. 247

Tertia sectio, de auditu.

De eius obiecto nempe sono. 251 Qu.9.
De quibusdam speciebus soni, nempe voce & Echo. Qu.10. 253
De actione auditus, seu auditione. 255 Qu.11.
De ipsa facultate & eius organo. *ibid.* Qu.12.

Quarta sectio, de Olfactu.

De obiecto odoratus nempe odore. 256 Qu.13.
De actione, facultate, & organo odoratus. 257 Qu.14.

Quinta sectio, de gustu.

De eius obiecto nempe sapore. 258 Qu.15.

Digitized by Google

Qu. 5. *Quomodo anima separata intelligat.* 303
Qu. 6. *Quænam cognosci possint ab anima separata.* 304
Qu. 7. *Vtrum admittenda sit facultas motrix in anima separata.* 305
Qu. 8. *Quomodo se habet anima separata ad motum & locum.* 306

TER-

Digitized by Google

Schema Ge

Summæ philoſophicę tertia pars eſt Phyſica cujus tres ſun tes

Prima de C re N li ge tim.

Secun pars corpo natur nanit

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ
ROMA
VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

TERTIA PARS SVMMÆ PHILOSOPHICÆ.

De rebus naturalibus.

QVÆTIONES PROOEMIALES De naturali Philosophia.

PRAEFATIO.

TERTIA hæc nostræ Summæ Philosophicæ pars Physiologiam complectitur, quæ vt est omnium scientiarum latissimè patens, sic rerum quas cõtemplatur tùm varietate cùm pulchritudine omnium est iucundissima. Esto enim practicæ scientiæ cæteris necessitate & vtilitate, metaphysica dignitate, mathematicæ demonstrationum certitudine præstent; certè Physica easdem omnes iucunditate longè superat. Neque adhuc ei sua deest inter cæteras scientias dignitas & vtilitas, dignitas certè tanta, vt si metaphysicam sustuleris, primas teneat; vtilitas verò summa, cùm facilè sit ex rebus naturalibus optimè perspectis ad diuinas assurgere, quo nihil homini optabilius esse potest, siquidem inuisibilia Dei (inquit Apostolus) à creatura mundi per ea quæ facta sunt intellecta, conspiciuntur, sempiterna quoque eius virtus & diuinitas. Porrò vt in præcedentibus, ita & in hac parte priùs de ipsa scientia quàm de rebus illi ipsi subiectis, nonnulla breuiter explicanda sunt. Primùm quid sit, & an sit verè scientia, deinde quodnam sit proprium eius obiectum: tandem qua methodo & ordine tractanda sit, seu quot in partes diuidenda.

Physiologia amplitudo.

Iucunditas.

Dignitas.

Vtilitas.

Digitized by Google

Vtrùm Physica sit verè scientia.

QVAESTIO I.

Physica cur sit dicta.

ETsi nomen ipsum à vocabulo φύσις, id est, natura deriuatum, ex prima sui impositione paronymum sit seu adiectiuum, ex communi tamen loquendi consuetudine apud Latinos substantiuè sumitur, pro ipsa rei naturalis scientia, quæ alio nomine substantiuo Physiologia nuncupatur, de qua nunc quæritur an sit verè & propriè scientia.

Physicam esse scientiã probatur.

Missis igitur per multorum veterum opinionibus, qui omnem rerum omnium, præsertim quæ naturalium scientiam è medio tollebant, eò quòd omnia planè in incerto veluti fluctuare arbitrarentur; Asserimus, cùm multa in rebus naturalibus, siue secundùm se, siue etiam quoad nos certa sint & indubitata, déque iis veræ notiones haberi possint. Physicam quæ certas eiusmodi notitias complectitur, verè ac propriè esse scientiam. Confirmatur, quia is tandem scire dicitur, qui effectum per propriam & genuinam eius causam nouit. At Philosophus naturalis plurimos naturæ effectus per veras ipsorum causas tenet: Exempli gratia, Omne corpus esse mobile, quia est naturale; Omne corpus successiuè mutare locum, quia nequit naturæ vi simul in duobus locis esse: & similia. Neque obstat quod à Physicis multa probabiliter duntaxat teneantur, & plura fortassis ignorentur: id enim non scientiæ, sed scientis vitium est: multarum enim rerum causæ, licet verissimæ ac determinatæ, philosophis nondum sunt perspectæ: quò fit vt nullus adhuc mortalium scientiam vllam suis omnibus numeris absolutam fuerit assecutus. Adde quod vt aliqua totalis disciplina verè dicatur scientia, satis est, vt nonnulla, licet non omnia in illa certò sciantur, & per veras causas demonstrentur, licet non adeò accuratas: neque enim ad rationem scientiæ propriè dictæ requiruntur semper accuratæ demonstrationes, sed tales quales rerum natura operatur. Verùm obiicies scientiam haberi tantùm de rebus perpetuis & constantibus, Physicam verò maiori ex parte in rerum corruptibilium contemplatione positam esse, immò de ipso rerũ subinde nascentium & pereun-

Tacita obiectioni occurritur.

Obiectio.

pereuntium ortu & interitu ex instituto differere. Respondetur sensum maioris propositionis non esse quod scientia habeatur tantùm de rebus natura sua incorruptibilibus & immutabilibus; sed quod scientiarum decreta indubitata sint ac sempiternę veritatis, seu quod propositiones ex quibus constant scientificæ demõstrationes sint eiusmodi, quamuis ea de quibus fiunt illæ propositiones, caduca sint ac mutationibus obnoxia. Sic igitur dicimus ea quæ in philosophia naturali feruntur de rebus fluxis & mutabilibus; iudicia non esse fluxa, sed certissima & constantissima sicut eorum quæ de ortu & interitu rerum naturalium docentur in physicis veritas sempiterna est; & omnis ortus & interitus expers: Exempli gratia, hæc propositio: Omne mixtum est dissolubile; vel ista: Omne animal est mortale, perpetuæ est veritatis, de re tamen corruptibili. Adde quod res illæ corruptibiles non considerantur in particulari, sed in communi à physico: neque enim de hoc particulari tantùm mixto, sed de omni generatim dicitur quod sit dissolubile. Vbi nota propositiones scientificas, non tantum constare vniuersalibus abstractis, vt cùm dicitur, homo est rationalis, sed etiam constare vt plurimùm vniuersalibus collectiuis, quæ nihil aliud sunt quàm indiuidua vniuersim & collectiue sumpta: vt cum dicitur, Omnis homo est mortalis: Ita vt non sit absurdum concedere scientiam haberi posse de indiuiduis vniuersim seu collectiue sumptis. Immò quamuis obiectum totalis scientiæ sit semper aliquid vniuersale, fieri tamen potest vt pars aliqua totalis scientiæ versetur per se circa obiectum aliquod particulare, cùm videlicet posito rerum statu, vt est, non possint esse plura eiusdem naturæ indiuidua; quare physicus de hoc nostro sole luna, singulis cœlis & quatuor elementis ex instituto differit; propositiones tamen quæ de talibus obiectis fiunt, sunt vniuersaliter veræ: Exempli gratia, hæc propositio, Quotiescũque Luna incurrit in vmbram terræ, contingit eclypsis, est de re particulari, & tamen vniuersim vera, quod satis est ad rationem scientiæ.

Solutio.

Effata de rebus mutabilibus sunt immutabilia.

Quomodo scientia haberi possit de indiuiduis.

Cæterum quem ordinem inter Theoreticas teneat hæc scientia, quomodo item dicatur vna, & metaphysicæ subalterna, satis potest intelligi ex iis quæ initio nostrę Summæ præfati sumus, & præsertim ex quæstione quinta

Digitized by Google

primæ disputationis primi tractatus tertiæ partis nostræ Dialecticæ, vbi ea omnia ex instituto explicauimus.

Quodnam sit obiectum Physicæ.

QVAESTIO II.

Assertio tenenda. Obiectum physicæ esse corpus naturale.

QVæstio hæc intelligitur de subiecto Physicæ totali & adæquato. Quænam verò sint conditiones totalis obiecti alicuius scientiæ explicatum est loco proximè citato nostræ dialecticæ. Et licet de re proposita variæ sint Peripateticorum sententiæ, quòd alij dicant obiectum illud esse ens mobile, alij substantiam naturalem, alij corpus mobile, alij corpus naturale; Nihilominus tamen in modo loquendi potiùs quàm reipsa videntur dissentire: nam idem de iis vocibus significatur: postremus tamen loquendi modus est aptior.

Quare tenendum est obiectum Physicæ propriè loquendo esse corpus naturale vt naturale. Dico corpus, non ens, vel substantiam, quia res vnaquæque debet proximo genere exprimi, ideoque aptius dixeris hominem esse animal rationale, quàm ens rationale, aut substantiam rationalem. Dico naturale non mobile, quia res aptiùs exprimitur per suam differentiam, quàm per proprietatem; Ideoque rectiùs dixeris hominem esse animal rationale quàm risibile: atqui naturale est propria differendi obiecti physiologiæ; mobile verò proprietas duntaxat: ideò enim aliquid est mobile, quia naturale, non è contra. Subiicio, vt naturale, ne putes corpus naturale quoquo modo spectatum, pertinere ad physicum: si enim spectetur vt ens, pertinebit ad metaphysicum; si vt sanabile, ad medicum; at verò si vt naturale, & quatenus continet principium motus & quietis, ad physicum. Appellamus autem hîc corpus naturale quod constat natura duplici, nempe materia & forma: hæc enim dicuntur motus & quietis principia.

Probatur supradicta assertio.

Sic igitur explicata nostra sententia probatur hac firmissima ratione. Illud censetur totale subiectum alicuius scientiæ, ad quod quæcumque, in illa scientia, ex instituto tractantur, per se referuntur tanquam ipsius principia vel proprietates, vel partes, siue componentes siue subiectæ seu species: sed tale est corpus naturale in physica, nam ea quæ initio tractantur, nempe materia, forma, natura,

Digitized by Google

natura,efficiens,finis,generalia ſunt ipſius principia: Quãtitas verò,motus, locus,tempus,sũt eiuſdem proprietates. Denique cœlum,elementa,cæteræque inanimatæ. Itémque ſtirpes, brutæ animantes & homines ſunt eiuſdem ſubiectæ partes ſeu ſpecies. Ergo naturale corpus eſt obiectum Phyſicæ. Ex quibus intelligis non omnia quæ per ſe conſiderantur, in phyſica eſſe corpora naturalia, ſed nõnunquam eſſe eorum proprietates vel principia ſiue interna, ſiue externa, quò ſit vt de Deo etiam & Angelis quatenus iuxta Ariſtotelis opinionem effectiua ſunt motuum cœleſtium principia, in Phyſiologia per ſe diſſeratur. *Corolarium.*

Quis ordo ſit ſeruandus in tractanda hac Philoſophia parte.

QVAESTIO III.

IS ordo in tradendis ſcientiis naturæ ſimul & doctrinæ accommodatiſſimus eſt, cùm à ſimplicioribus ad ea quæ ſunt magis compoſita, vt à principiis ad ea quæ ex iis conſtant, & ſimul ab vniuerſalioribus ad minus vniuerſalia, vt à generibus ad ſpecies fit progreſſus. Quem ordinem ſeu methodum ſi vnquam in aliqua, maximè in hac parte philoſophiæ exactiſſimè ſeruauit Ariſtoteles: & nos eumdem planè Deo duce tenebimus: Sic enim Ariſt. primum in octo libris phyſicorum de principiis, cauſis, & generalibus proprietatibus rerum naturalium diſſeruit, tum ordine partim ſynthetico, partim analytico ab iis principiis vniuerſalibus ad ſingulas ſpecies corporis naturalis quæ ex iis conſtant explicandas progreditur; Ita vt primum differat de corporibus inanimatis, & quidem priùs de ſimplicibus, cœlo nempe & elementis in libris De cœlo & libris De ortu & interitu: poſterius verò de compoſitis in libris Meteororum: Tum accedit ad corpora animata, de quibus ac præſertim de ipſo vitæ principio, nempe anima, generalius & compendioſius diſſerit in libris de anima, & iis qui dicuntur parua naturalia, ſpecialius verò & fuſius in libris de plantis, & inceſſu animalium; Item in libris de hiſtoria, de generatione, & de partibus animalium. *Ordo in ſcientiis tradendis aptiſſimus.* *Ariſtot. methodus in phyſicis.*

Nos autem facilitatis gratia Phyſiologiam noſtram in tres partes diſtribuemus. Prima erit de corpore naturali *Tres phyſiologiæ noſtræ partes.*

in genere; vbi de communibus principiis & affectionibus rerum naturalium. Secunda erit de corpore naturali inanimato, vbi de mundo, cœlo, elementis, eorúmque variis mutationibus, tum de mixtis corporibus, vt meteoris, & metallis nonnulla dicentur. Tertia denique erit de corpore naturali animato, vbi de anima tùm generatim, tùm speciatim de vegetante, de sentiente & rationali accurate differetur.

PRIMA PARS PHYSICÆ.

De corpore naturali in genere.

PRÆFATIO.

Tres huius primæ partis tractatus.

QVONIAM tria solent de rebus naturalibus generatim explicari, videlicet earum principia, causæ & proprietates, ideò tres sunt huius partis tractatus: primus de primis principiis rerum naturalium, secundus de causis, tertius de proprietatibus generalibus earum.

PRIMVS TRACTATVS HVIVS partis.

De Principiis.

Tres huius tractatus disputationes.

TRactatus iste commodè diuidi posse videtur in tres disputationes: quarum prima erit de principiis rerum naturalium in genere: Secunda de iisdem in specie, nempe materia, forma & priuatione: Tertia denique de Natura, quæ rei naturalis principium optimè dici potest.

PRIMA

PRIMA DISPVTATIO huius tractatus.

De Principiis rerum naturalium generatim.

Quotuplex sit acceptio principij.

QVAESTIO I.

NE vocis ambiguitate labores, quotnam modis principij nomen vsurpetur apud Philosophos paucis accipe. Primum igitur principium satis vulgari acceptione sumitur pro cuiusque rei aut actionis initio, quomodo dicimus in vnoquoque motu esse principium medium & finem: quomodo item exigua portio à qua incipit cuiuslibet quantitatis extensio dici potest illius quantitatis, vt magnitudinis, temporis, loci, motus principium. Secundo pro eo à quo res incipit, non tanquam à sui parte, sed tanquam ab eo à quo pars ipsa prima incipit: quomodo punctum dicitur principium lineæ, & instans principium temporis, vel etiam actionis quæ fit in tempore. Tertiò principium accipitur pro causa, itaut quicquid est rei causa, vocetur principium eiusdem, præsertimque efficiens, quomodo rerum omnium principium esse Deum, & principium moralis omnis bonitatis aut malitiæ esse finem dicimus. Quarto latiùs accipitur principium 5. Met. c. 1. pro eo omni, vnde aliquid aut est, aut fit, aut cognoscitur. In qua acceptione tria significantur principiorum genera, nempe principia compositionis, generationis & cognitionis, ex quibus res vel constat seu componitur, vel fit seu generatur, vel innotescit, seu cognoscitur. Quo spectat principiorum partitio in complexa, quæ dicuntur principia cognitionis seu scientiæ: & incomplexa quæ dicuntur principia rei seu obiecti. Deinde incomplexorum in principia generationis sine quibus res non potest fieri, & compositionis sine quibus res non potest esse integra seu completa: vbi nota non tantùm principia complexa, quæ sunt axiomata quædam seu propositiones indubitatæ veritatis, sed etiam incõplexa quædam posse dici principia cognitionis, quatenus sine illis præcognitis non potest rei cuiuspiam generatio vel natura concipi, est tamẽ istud semper discrimen, quod principia illa incomplexa,

Acceptio principij multiplex.

Tria principiorum genera.

Nota.

ita dici possunt principia cognitionis, vt simul verè sint principia rei, non item complexa quæ sunt tantùm principia cognitionis, verbi gratia, materia, forma, & priuatio, ita sunt principia generationis rerum naturalium, quia ab ipsis pendet omnis res naturalis in fieri, vt simul dici possint principia cognitionis, quia sine illis non potest intelligi seu concipi ipsa generatio. Sic natura, quæ est principium compositionis rerum naturalium, potest etiam dici principium cognitionis, quia non potest sciri quid sit corpus naturale, nisi prius sciatur quid sit natura. Idem sentiendum est de principiis quæ in aliis scientiarum generibus reperiuntur. Notandum est similiter quædam principia generationis esse etiam sub alia consideratione principia compositionis, vtpote sine quibus res neque generari, neque genita constare potest, cuiusmodi sunt in rebus naturalibus materia & forma, vt ex sequentibus patebit. Cæterum in isto tractatu agimus de principiis tum generationis cùm etiam compositionis rerum naturalium.

Nota.

Vtrùm rectè definiantur principia rerum naturalium.

QVAESTIO II.

Principiorũ descriptio duplex.

PRincipiorum naturalium duplex descriptio colligitur ex Aristot. c. 5. & 7. l. 1. Physicorum. Prior, quæ nec ex se inuicem, nec ex aliis sunt, sed ex ipsis omnia. Posterior, ex quibus primò per se, & non per accidens res naturales constant & factæ sunt: prior tribus principiis generationis, nempe materiæ, formæ, & priuationi: posterior verò duobus principiis, compositionis, nempe materiæ & formæ duntaxat competit. Et quoniam hic agimus de principiis rerum naturalium, maximè quatenus sunt principia generationis, eorum idcirco priorem explico descriptionem. In qua notandæ sunt tres particulæ per quas principia à cæteris rebus secernuntur. Prima est quod (non ex se inuicem) secunda quod (non ex aliis) tertia (quod ex ipsis omnia sint.) Per primam particulam excluduntur imprimis quatuor elementa, deinde alia corpora, quæ inter se vicissim agunt & patiuntur, sicque mutua transmutatione fiunt ex se inuicem. Per secundam excluduntur ab hac definitione ea omnia quæ ex principiis constant,

Prior descriptio explicatur.

constant, vt sunt omnia planè corpora naturalia, siue elementa, siue etiam cœlestia, & eorum partes. Denique per tertiam excluduntur res spirituales, & accidentia quæuis, ex quibus nullum naturale compositum existit. Particula autem, Ex, inserta, discrimen ponit inter principia rerum naturalium, & causas externas, nempe efficientem, & finalem, & exemplarem: neque enim propriè loquendo aliquid dicitur ex iis esse aut fieri. Sed efficiens est id à quo, finis propter quem, & exemplar ad cuius imitationem quippiam efficitur, at verò principium est id ex quo res constat vel gignitur. Præterea hæc eadem particula significat habitudinem tùm partis tùm termini: Ita vt supradictæ descriptionis sit, principia neque ex se inuicem, neque ex aliis, siue tanquam ex partibus, siue tanquam ex terminis esse, sed ex ipsis vel tanquam partibus, vel tanquam terminis, omnia, supple, corpora naturalia pendere. Quo sensu prædicta definitio continet non tantùm principia generationis, sed etiam compositionis, quæ omnia collectiuè sumpta per ipsam exprimuntur, analogicè tamen, ita vt forma imprimis, deinde materia, tùm priuatio minùs præcipuè explicetur.

Principia differunt a causis externis.

Vtrùm principia debeant esse contraria.

QVAESTIO III.

ITa esse ex instituto sic probat Aristoteles cap. 5. lib. 1. phys. Ex ea quibus fiunt omnia, sunt contraria: atqui principia sunt ea ex quibus fiunt omnia, ergo principia sunt contraria: quod accipiendum est de principiis generationis, quæ sunt veluti ipsius termini; & præterea nomen contrariorum generatim accipiendum est pro nomine oppositorum. Sunt enim supradicta principia generationis physicæ priuatiuè opposita: probatur, quia priuatio & actus opponuntur priuatiuè: sed principia seu termini à quibus pendet omnis physica mutatio, se habent vt priuatio & actus, quod patet inductione facta, & ex sequenti quæstione clariùs innotescit, exempli gratia. Generatio est hominis, cùm ex non homine fit homo: item calefactio contingit cùm ex non calido fit calidum. Neq; tantùm priuatio actui seu formæ, sed etiam ipsa materia quatenus actu vel forma caret, eidem priuatiuè opponitur, licet priuatio & materia inter se non opponantur: vt

Aristot. assertio.

Principia generationum priuatiuè opposita.

Digitized by Google

enim Principia dicantur prædicto sensu contraria, non est necesse, vt omnia quouis respectu sint inter se opposita. Porro non tantùm Aristoteles, principia esse contraria, sed etiam addit ipsa prima contraria esse principia in genere rerum physicarum. Nam ea quæ omnium primò concipiuntur opponi in rebus naturalibus, sunt priuatio formæ, siue materia priuata, & ipsa substantialis forma: Confirmatur, quia prima contrarietas debet esse in iis quæ sunt omnium prima, ac proinde in substantiis physicis priusquam in accidentibus quæ toti composito adueniunt; deinde prius in substantiis, in fieri quàm in facto esse, sicque prima contraria sunt principia generationis physicæ.

3. contraria, sunt principia rerum physicarum.

Quot, & quanam sint generationis physica principia.

QVAESTIO IV.

Variarum dog. propositio opinionū classes 4.

VIx de vlla re tanta opinionum varietate certatum est apud antiquos, quàm de quæstione proposita. Verùm illa omnis sententiarum multitudo ad quatuor veluti classes potest reuocari. Prima est eorum, qui vnum tantùm rerum omnium principium, illúdque immobile posuere, vt Parmenides & Melissus, sed Parmenides finitum, Melissus verò infinitum illud esse arbitrabatur. Secunda est eorum qui vnum rerum omnium principium, illúdque mobile esse voluerunt, quod vel vnum ex elementis, vel quippiam diuersum ab illis assignarunt. Sic enim Hesiodus terram, Thales aquam, Anaximenes aërem, Hypassus ignem, alij aliud posuerunt. Tertia est eorum qui plura posuere rerum naturalium principia, eaq; infinita, quæ ab illis Anatomi, id est, insectilia dicebantur, Ita Leucippus, Democritus. Quarta est eorum qui plura quoq; rerum naturalium principia, eaque finita posuere. Sic Zareta Caldæus duo posuit, nempe lucem & tenebras: Onomacritus tria, nempe aquam, aërem, ignem. Empedocles quatuor vulgata elemēta: Pythagoras decem rerum principia pro libito commentus est. Plato tria insigniter expressit rerum principia, nempe mētem, idæam, & materiam, quamuis inter idæam & materiam duo alia, nempe animam & naturam interseruisse videatur.

1.
2.
3
4.

Verùm

Verùm in tanta pugnantium opinionum varietate, & rerum obſcuritate non ſine magna laude veritatem aſſecutus Ariſtot. tria ſtatuit rerum naturalium principia prima, nempe materiam, formam, & priuationem: quæ ex ipſa rerum naturalium generatione in hunc modum à phyſicis ſolent colligi. Omnis generatio eſt alicuius rei productio, per quam aliquid incipit eſſe quod antea non erat. Illud igitur quod de nouo fit, eſt terminus ad quem tendit generatio, dicitúrque forma. Verum cum non poſſimus concipere aliquid de nouo produci, niſi anteà non fuerit, hinc neceſſe eſt, vt generationem præcedat ipſius formæ producendæ priuatio, quæ eſt terminus à quo ipſius generationis. Et quia nihil naturæ vi fieri ſeu produci poteſt ex nihilo, idcirco tertium quippiam deſideratur ex quo forma ipſa gignatur, & in quo recipiatur, quod generationis principium dicitur materia. Sic igitur tria colliguntur rerum naturalium principia, quorum forma & priuatio ſunt termini oppoſiti: Materia verò commune vtriuſque ſubiectum.

Probabiliſſima omnia Ariſtot. doctrina, tria eſſe principia generationis rerum naturalium.

Forma. Priuatio. Materia.

Quæres cur cauſa efficiens, aut etiam finalis non adnumeretur inter principia generationis, cùm nihil niſi ab aliquo efficiente, & propter aliquem finem generetur. Reſpondeo illas cauſas dici quidem poſſe principia generationis, ſed externa tantum, non interna, quæ magis propriè dicuntur principia generationis, quia ſunt illi coniunctiora: generatio enim phyſica, quatenus mutatio includit in ſuo conceptu habitudinem ad terminos oppoſitos & ſubiectum. Eſt enim mutatio omnis formaliter proceſſus ab vno ad aliud in aliquo, id eſt à termino à quo ad terminum ad quem in ſubiecto ſiue à priuatione ad formam in materia. At verò generatio, vt ſic ſeu quatenus mutatio, non inuoluit formaliter reſpectum ad cauſam efficientem aut finalem, licet eam includat quatenus actio vel paſſio.

Dubium.

SECVNDA DISPVTATIO huius tractatus.

De principiis in specie.

De materia.

Quotuplex sit acceptio materiæ.

QVAESTIO I.

NOmen ipsum materiæ valdè ambigüum est; neque enim vnò modo sumitur. Et quoniam omnis ambiguitas adhibita distinctione tollitur, aliquas materiæ distinctiones subiungemus, vt tandem constet de quonam materiæ genere sermo sit.

Materia in genere triplex. 1. Ex qua. 2. In qua.

Primùm igitur materia latè sumpta, diuiditur in materiam ex qua, in qua, & circa quam. Materia ex qua, dicitur id omne ex quo tanquam ex subiecto fit aliquid; quomodo ex auro fit statua, ex lapidibus, cœmento, lignis, ferro, tegulis fit domus, & ex vario herbarum & liquorum genere fit medicinalis potio. Materia in qua dicitur, id in quo tanquam in subiecto aliquid ineſt, quomodo tabula in qua aliquid depictum est, materia picturæ; & charta in qua quippiam est scriptum, materia scripturæ dici potest: sic docuimus in morali philosophia intellectum esse subiectum prudentiæ, voluntatem verò esse subiectum iustitiæ, & cæterarum virtutum moralium. Materia circa quam dicitur id omne circa quod agens aliquid operatur, vt lignum quod ab ligno comburitur; quomodo dicimus actiones mentis dirigendas, esse materiam seu subiectum, vel obiectum Dialecticæ; quod de obiecto cuiuslibet habitus, potentiæ vel actus dici potest, ac præcipuè de obiecto habitus vel actus practici. Vbi nota eandem materiam diuersa consideratione dici posse materiam ex qua, in qua & circa quam.

3. Circa quam.

Materia ex qua duplex. 1. Alterationis. 2. Compositionis.

Secundò materia ex qua, distinguitur in materiam alterationis & compositionis. Illa dicitur ex qua non nisi alterata seu transmutata fit aliquid siue remotè & mediatè, quomodo ex quatuor elementis dicuntur fieri mixta: siue proximè & immediatè, quomodo ex semine gignuntur

tur plantæ,hæc verò dicitur ex qua componente absque vlla sui alteratione,fit aliquid, quomodo lignum dicitur esse materia statuæ,lapides domus.

Tertio,materia, præsertim ea quæ dicitur compositionis in rebus physicis , distinguitur in primam & secundam. Prima dicitur id quod primum concipimus ingredi compositionem rei cuiusque naturalis , spectatum absque vlla forma siue substantiali, siue accidentaria. Secunda verò dicitur ipsamet prima , non tamen nuda , sed actu aliquo physico , siue substantiali , siue accidentario prædita.Et quidem de materia prima,quæ est materia ex qua generationis & compositionis physicæ deinceps sermo instituetur.

Materia cõpositionis duplex.

1. *Materia.*

2. *Materia.*

Quid sit materia prima,& quare sit admittenda.

QVAESTIO II.

MAteria prima propter tenuitatem naturæ adeo abstrusæ considerationis est, vt vix quid esset, statuere potuerint veteres Philosophi. In hoc tenebris simillima quas tunc percipimus cùm nihil videmus , videntes autem ignoramus. Ea enim adeò nude spectanda est , vt nihil perfectionis in ipsa cõcipere debeamus, si eam perfectè percipere velimus. Quare Aristoteles eam negatiuè sic explicat 1.Met.c.3.t.8.quæ per seipsam neque quid,neque quantum, nec aliud quippiam eorum dicitur, quibus ens determinatur.

Descriptio materiæ primæ negatiua.

Accuratius verò definitur ab eodem 5.Met.c.2.& 1.Ph. c.9.text.82.primum vniuscuiusque subiectum, ex quo insito & permanente fit aliquid per se & non per accidens. Dicitur (subiectum) vt distinguatur à forma,ex qua licet fiat aliquid per se,non tamen tanquam ex subiecto. Additur(primum)vt secernatur à quauis materia, quæ non est prima. Additur(ex quo insito & permanente fit aliquid) vt distinguatur à priuatione , quæ non permanet insita in composito,sed peracta generatione transit. Denique subiungitur (ex ea fieri aliquid per se , & non per accidens) hoc est compositum quod ex ea constat , esse vnum quid per se,& non per accidens;vt distinguatur materia physica à materia artis,quę est substantia completa ex qua non fit vnum quippiam nisi per accidens.

Alia accuratior materiæ descriptio.

Digitized by Google

Alia materiæ primæ definitio.

Posset etiam ex variis Aristotelis locis essentialis hæc materiæ descriptio tradi, vt dicatur substantia incompleta in potentia ad omnes formas. Quòd sit substantia patet, omne enim compositum naturale substatiale, non nisi ex substantiis constare potest: constat autem illud ex materia & forma. Quod sit incompleta patet etiam ex eo quod omnis pars totius compositi substantialis est incompleta, materia autem est pars totius compositi physici. Denique quod sit in potentia ad omnes formas patebit ex sequenti quæstione.

Materiam primam admittendam esse probatur ratione.

Restat vt adhibita ratione probemus admittendum esse in rebus physicis eiusmodi materiam primam. Ratio hæc ducetur ex naturali rerum generatione. Ex nihilo quicquam gigni non potest, vt constat experientia; ergo ex aliquo præexistente quod in re genita remaneat; nisi enim remaneret, non esset verum dicere quando ignis conuertitur in aërem, id quod erat ignis subiectiue nunc esse aërem. At verò id ex quo præexistente, & in re genita remanente fit aliquid, nihil aliud est quàm materia. Neque enim illud est compositum præexistens, cùm non nisi ex eo composito pereunte aliquid gigni possit. Nec forma quoque præcedens, cùm non possit pereunte præcedenti composito remanere, aut cũ succedente forma simul stare. Quare necesse est, vt pereunte præcedenti composito, ac simul extincta eiusdem compositi forma, sola eiusdem compositi materia remaneat. Confirmatur

Confirmatur experientia.

hæc ratio experientia: verbi gratia, quando ex apposito ligno excitatur ignis, neque lignum omninò in nihilum redigi, neque ignis ex nihilo prorsus fieri intelligitur: quare necesse est vt intelligamus aliquid ligni remanere, & ex aliquo præexistente ignem ipsum constare. Illud autem nihil aliud est, quàm ipsi ligni materia, quæ sola ex ligno pereunte non alibi quàm in ipso igne excitato remanet. Cum autem pars illa potentialis ex qua simul cum forma constat compositum non sit ex aliis partibus physicis composita, ne detur progressus in infinitum; hinc fit vt rectè dicatur primum subiectum & materia prima: licet enim nunquam reperiatur nuda, potest tamen, immò debet secundùm propriam rationem considerari. vt sic: Ex quibus patet admittendam esse in rebus physicis materiam primam.

Quæ-

Quanam, & qualis sit potentia materiæ.

QVÆSTIO III.

MAteriam primam secundùm se spectatam aiunt omnes omnium formarum expertem esse, ac simul omnium capacem esse: siue materiam esse in potentia ad omnes formas: quare materiam ipsam appellant potentiam, est enim hoc essentiale materiæ. Consistit autem in duobus passiua ista materiæ potentia: primùm quidem in eo, quod ex materia possunt formæ materiales virtute naturalium agentium educi; alterum in eo quod illæ omnes & nonnullæ aliæ quæ ex ipsa non educuntur, possint in eadem recipi: sicque potentia materiæ partim eductiua, partim receptiua dicitur. Verùm de illa intrinseca & formali potentia materiæ, duæ difficultates sunt explicandæ. Prima difficultas est: An ratio materiæ tota posita sit in eiusmodi potentia; an verò aliquem actum sibi essentialiter adiunctum habeat. Respondetur primò, materiam primam in genere entis physici esse puram potentiam, vt loquuntur, id est, expertem omnis actus physici. Cùm enim sit essentialiter potentia, si adiunctum haberet essentialiter actum, iam esset aliquid essentialiter compositum ex potentia & actu, ac proinde non esset materia prima, quod repugnat hypothesi. Deinde quæri potest de illo actu physico quid sit, an accidentale aliquid, an verò substantiale. Si enim sit tantùm accidentale, non poterit esse de essentiali ratione materiæ, quæ est essentialiter substantia: si verò sit substantiale, non erit quid distinctum à forma physica, quæ nihil aliud est quam actus physicus substantialis, sicq; materia secundùm se spectata non erit omnium formarum expers, quod est contra cõmunem philosophorum consensum. Itaque licèt materia sit actu aliquid physicum, non tamen est actus physicus, aut actum physicum habere dicitur: nihil enim aliud est materiam esse actu aliquid physicum, quàm illam esse actu aliquid pertinens ad integritatem totius compositi physici seu naturalis. Respondetur secundò, materiam in genere entis metaphysici non esse puram potentiam, seu non esse expertem secundùm se omnis actus metaphysici. Remotis enim omnibus formis physicis, remaneret adhuc materia formaliter ens & substantia: nihil enim me-

Materia potentia in duobus consistit.

De potentia materiæ difficultas duplex.

Prior difficultas.

1. *Assertio.*

Probatur.

2. *Assertio.*

Probatur.

Digitized by Google

dium esse potest inter ens & non ens formaliter. Atqui materia sic spectata non est formaliter non ens, sicut ipsa priuatio: ergo est formaliter ens, cúmque pertineat secundùm se ad constitutionem totius compositi realis & substantialis, necesse est vt sit aliquid reale & substantiale secundùm se. Adde etiam materiam actu existere independenter à forma, atqui actualis existentia est actus quidam metaphysicus. Vbi aduerte, licet materia sic videatur ex potentia & actu componi, non tamen est ens completum in vllo genere, quia non constat actu & potentia eiusdem generis, sed ex potentia physica & actu metaphysico seu entitatiuo. Concludēdum igitur est materiam nō esse absolutè & simpliciter puram potentiam, immò repugnare eiusmodi potētiam existere in rerū natura, quia esset ens & nō ens; ens quidē exhypothesi quod existeret in rerum natura; non ens quianihil esset actu.

Posterior difficultas. Altera difficultas est, an ad omnes formas se extendat materiæ potentia; an videlicet se extendat ad formas non tantùm futuras (de quibus non est difficultas) sed etiam præteritas, præsentes, & alias possibiles non futuras. *2. Assertio.* Respondeo primò materiæ potentiam se extendere ad formas præteritas: ratio est, quia potentia materiæ generalis est, nec augeri vel minui potest, cùm sit essentialis. At verò si materiæ potentia non se extenderet amplius ad eas formas quæ perierunt, minueretur. Neque obest quod formæ illæ naturæ vi nequeant reproduci, hoc enim prouenit ex defectu agentis naturalis, quod non possit idem numero quod amissum est restituere: non verò ex parte materiæ. *2. Assertio.* Respondeo secundò materiæ potentiam se extendere ad formas præsentes, eò quòd præsentia formæ non tollit aptitudinem subiecti ad ipsam, sed tantum priuationem. Quod vt intelligas, notandum est, in eo omni quod dicitur esse in potentia ad aliquid, duo considerari, nempe priuationem seu indigentiam actus, & potentiam seu aptitudinem ad eundem: superueniente autem actu priuatio seu indigentia tollitur, non verò potentia: quamuis præsente forma non dicatur propriè subiectum esse in potentia ad illam, quia id quod dicitur esse in potentia includit priuationem eius ad quod dicitur esse in potentia. Sicut is qui actu videt, habet potentiam ad videndum, neque tamen dicitur proprie esse in potentia ad viden-

Digitized by Google

videndum: sicut dicitur is qui cùm possit videre, actu tamen non videt. Respondeo tertiò materiæ potentiam se extendere ad formas possibiles non futuras: quia nulla est forma, quamuis præstantissima, quæ materiæ appetitum extensiuè satiet: quare appetitus materiæ extensiue dicitur infinitus: quia non tot formas recipit quin plures adhuc subinde possit recipere. 3. Assertio.

Quanam sint præcipuæ proprietates materiæ.

QUAESTIO IV.

NOnnullæ sunt materiæ proprietates sigillatim hîc explicandæ, quarum prima est quod sit quanta, adeò enim materiæ propria est quantitas, vt ipsi primò per se competat, deinde per ipsam toti compositò naturali, adde etiam formam siue substantialem, siue accidentalem non nisi mediante quantitate in materia recipi: ex quo intelligere est quantitatem esse materiæ coæuam, & cum ipsa simul productam seu creatam fuisse, præsertim cum videmus nullum agens quantitatem è potentia materiæ educere posse: quò sit etiam vt quemadmodum vna eadémque materia varijs sibi inuicem subinde succedentibus formis subest: ita vna eadémque quantitas in illis perseueret: immò nonnunquam ipsius materiæ vices gerat, vt contingit in augustissimo Eucharistiæ sacramento. 1. Proprietas materiæ.

Secunda est, quòd sit ingenerabilis & incorruptibilis, licèt mutabilis dici possit quatenus mutationum vicissitudines experitur, dum succedentes sibi inuicem formas suo sinu excipit. Quod autem sit ingenerabilis patet, quia ex nullo subiecto gigni potest, cùm ipsa sit primum omnis physicæ generationis subiectum. Quod etiam sit incorruptibilis patet, quia cùm corruptio generationi respondeat, nihil esse potest propriè corruptibile quod non sit generabile: sicut enim nihil nisi præsuppositò subiecto gigni potest, sic nihil nisi in subiecto corrumpi. Quare materia non nisi per creationem produci, nec nisi per annihilationem destrui potest, proindéque à nullo agente naturali, sed à solo Deo procreari aut aboliri potest. Quò sit vt nulla naturæ vi augeri vel diminui possit materia, tantúmque tunc temporis sit materiæ in hoc vniuerso, quantum fuit ab instanti creationis; non plus nec minus. Neque obest mysterium transubstantiationis 2. Proprietas.

in augustissimo Eucharistiæ sacramento, vbi materia panis consecrati deperditur, nam valde probabile est consumptis speciebus, Deum tantum materiæ reproducere, quantum deperditum fuerat per transsubstantiationem.

3 Proprietas. Tertia est, quod materia vnquam possit esse nuda. Ratio est, quia nullum est agens quod possit expellere omnẽ penitus formam à materia nisi inducendo nouam. Quòd si, vt plerique probabiliter arbitrantur, plures sunt in eodem subiecto formæ substantiales, subordinatæ, si fortè aliqua, non tamen omnis à subiecta materia absque alterius productione tollitur. Verbi gratia, cum animal interit, etsi remaneat corpus, totali forma nempe anima destitutum, omnes tamen corporis partes remanẽt suis partialibus formis præditæ. Potest tamen Deus (qua est virtute) materiam omni forma tùm substantiali cùm accidẽtali expoliare, aut nudam ac informem ex nihilo creare, posseque in tali statu materia vi sua subsistere, quamuis id nondum contigerit, fortassis vnquam futurum sit.

4 Proprietas. Quarta proprietas est, quod materia sit omninò passiua, id est, nullam habeat potentiam actiuam, sed tantùm passiuam, quia omnis actio est à forma quæ sola dicitur principium agendi, sicut materia principium patiendi.

DE FORMA.

Quid sit forma.

QVAESTIO V.

Forma describitur. DEfinitur ab Aristotele 2. Phys. c. 1. tit. 28. Ratio eius quod quid erat esse, id est, ratio eius essẽtiæ quæ cuique rei competit, eo quod in rei cuiusque naturalis essentia præcipuè sit posita: Verùm dictinctiùs multò describi

Alia forma describendi. potest: actus simplex substantialis vnum per se cum materia constituens. Dicitur (actus) vt distinguatur à materia quæ dicitur potentia: vbi nota potentiam & actum

Potentia & actus opponuntur. semper opponi: potentia enim dicit imperfectionem, indigentiam, indifferentiam, passibilitatem, &c. at verò actus dicit perfectionem, complementum, determinationem, actiuitatem, &c. per hanc quoque particulam distinguitur ab ipso composito Physico, quòd neque potentia, neque actus dici potest, seu aliquid constans & actu & potentia,

Digitized by Google

potentia. Additur (simplex) vt distinguatur ab actu compositi, cuiusmodi est totalis essentia rei naturalis. Præterea dicitur (substantialis) vt distinguatur ab accidentibus quæ dici possunt actus simplices, sed non substantiales. Denique subditur (vnum per se cum materia constituens) non tantùm vt distinguatur à substantiis separatis, Deo nempe & Angelis, qui licet sint actus simplices substantiales, non tamen compositionem rei naturalis possunt ingredi, sed etiam vt distinguatur forma naturalis proprie dicta à forma artificiali, assistente, & etiam exemplari, quæ cum sua materia non constituunt vnum per se seu aliquid vnius essentiæ. Est igitur forma, actus quidam substantialis, sed tamen incompletus, id est, substantia incõpleta, seu, vt ita loquar, semisubstantia, quę coniuncta cum materia viam integram substantiam constituit; & licet integra illa substantia, quæ nihil aliud est quàm compositum Physicum cum corpus naturale in sui compositione ab vtraque parte pendeat, in sui tamen ratione & natura à forma præsertim dependet, quia ab illa habet quod sit talis vel talis naturæ ac speciei: à forma enim petitur omnis rerum naturalium varietas ac distinctio, quæ ratio est quod vna eadémque sit in omnibus materia, variæ tamen ac multiplices formæ reperiantur.

Forma est quedam semisubstantia.

Quomodo ex materia nascuntur formæ.

QVAESTIO VI.

NEcessaria planè est propositæ quęstionis explicatio, vt intelligatur qua ratione forma dicatur Physicæ generationis principium. Tunc enim gigni quippiam intelligitur, cùm ipsius forma producitur. Cùm igitur constet ex antedictis ex nihilo nihil fieri, sed ex aliqua materia seu primo subiecto cuiusque rei formam produci, explicandus modus est quo id fiat. Repetendum igitur est hoc loco quod initio quæstionis tertię monuimus De potentia materiæ eductiua & receptiua: & præterea notandum materiam non habere potentiam eductiuam: neque enim omnis forma quæ in materia recipi potest, ex ipsa potest educi, vt patet in anima rationali quæ non fit ex materia, & tamen in ea recipitur vt forma: loqui-

Potentia materia eductiua & receptiua. Notandũ.

mur autem hîc de formis quæ ex ipſa materia produci poſſunt. Notandum eſt ſecundo loco, formas antequam producantur, non eſſe vllo modo actu in rerum natura ſiue extra materiam, ſiue in materia: non quidem extra materiam, quia id experientiæ repugnat; Ignis enim comburendo lignum non aliunde quàm in ipſo ligno formam ignis videtur aduocare: Neque enim in ipſa materia, nam id quoque experientiæ & ſenſui repugnat, quis enim ſanę mętis dicat in eo eſſe actu formam ignis in quo nulla apparent ignis veſtigia? Deinde ſi in ligno antequam ad ignem applicetur, eſt actu forma ignis: Ergo lignum ante omnem ignis actionem erit vere ignis, immò iam erit actu aër, cinis, & vt ſummatim dicam, iam erit quicquid eſſe poteſt. Notandum tertiò eaſdem formas antequam producantur, contineri poteſtate in materia, non quòd ipſas materias poſſit producere, hoc enim modo dicitur eſſe poteſtate, ſeu virtute in agente, ſed quod ex materia educi & in ea recipi poſſit.

Notandum 2.

Notandum 3.

Aſſertio tenenda.

His præmiſſis, noſtra eaque Ariſtotelis & omnium Peripateticorum aſſertio eſt; formas produci ex materia, nihil aliud eſſe quàm eas naturali vi cauſarum efficientium educi in actum ex potentia materiæ, ſiue produci in materia concurrente ſubiectiuè ad ipſarum productionem, ſecundùm potentiam quam habet ad illas naturalem. Sic enim formæ de nouo fiunt, quæ actu non exiſtebant, nec tamen fiunt ex nihilo, quia fiunt ex ſubiecto præexiſtente quod habet potentiam naturalem ad illas. Ex quo intelligitur eductionem formæ non eſſe creationem. Ex iis etiam intelligere eſt diſcrimen inter productionem formæ materialis ex materia, receptionem animæ rationalis in corpore, & infuſionem donorum ſupernaturalium in anima: quod in prima ſit naturalis, eaque eductiua potentia materiæ ad formam: in ſecunda ſit quidem naturalis, ſed tantùm receptiua potentia corporis ad animam: in tertia non ſit naturalis, ſed tantùm obedientialis potentia ſubiecti ad gratiam infuſam.

Formæ non fiunt ex nihilo.

Nota.

Quomodo ab agente producantur forma.

QVAESTIO VII.

In vnoquoque agente duplex agendi principium.

CVm forma naturalis non minùs ab agente, quàm ab ſubiecto in ſui productione pendeat, locus hic poſtulat,

ſtulat, vt explicemus quonam modo ſe habeat agens in ea producenda. Cùm enim in vnoquoque agente naturali duplex ſit agendi principium, vnum primarium ac principale, nempe ipſius forma ſubſtantialis: alterum ſecundarium ac inſtrumentale, nempe eiuſdem agentis vires & potentiæ, quæ ſunt formæ accidentales: grauis eſt difficultas; an agens naturale per ſolum ſuum primarium agẽdi principium, an verò etiam per ſecundarium attingat productionem formæ naturalis; ita vt accidentia nonnunquã poſſint producere potentia materiæ formam ſubſtentialẽ. Nos igitur prætermiſſa omni contentione, quid tenendum ſit de re propoſita, ſequentibus concluſionibus breuiter aperiemus. Prima concluſio, Formæ ſubſtantiales agentium non attingunt immediate productionem aliarũ formarum ſubſtantialium, quod probatur, quia formæ ſubſtantiales, non niſi per medias vires & potentias naturales ſibi ſubordinatas operantur circa ſubiectũ ſeu materiam ex qua alia forma producenda eſt: Ergo non immediatè attingunt illius productionẽ. Adde quod diſpoſitiones quæ introducũtur ab agẽte, in ipſammet materiã ex qua producenda eſt forma, magis immediatè ſe habẽt ad formam producendam, quàm ipſum agens aut agendi principium quod eſt in agente ab ipſa materia diſſitum. 1 *Concluſio probatur.*

Secunda concluſio. Formæ ſubſtantiales agentium verè & actiuè, immò principaliter concurrunt, licet non immediatè ad productionem aliarum formarum in materia diſſita; Probatur, quia ſi ſola accidentia attingerent productionem formarum, ita vt formæ ſubſtantiales eſſent otioſæ, hæc omnia quæ in Phyſica veriſſima ſunt corruerent, nempe ſimile producere ſibi ſimile; agens agere per formam, formam eſſe principium agendi, naturam eſſe principium motus, &c. 2 *Concluſio probatur.*

Tertia concluſio. Accidentia in virtute ſubſtantiæ ſeu quatenus naturalia ſunt principalium agentium inſtrumenta attingunt immediatè productionem formarum ſubſtantialium. Quod igitur formæ ſubſtantiales poſſint à formis accidẽtalibus ſeu ab accidentibus procreari probatur multis experientiis. Prima eſt, cum aër ex igne & aqua mutuo conflictu pereuntibus gignitur, forma aëris quæ in ipſorum remanente materia naſcitur, non ab igne aut aqua, neque etiam ab aëre præſente, ſed à ſolis qua- 3 *Concluſio.* *Probatur multis experientiis.* 1

litatibus extinctorum elementorum, quæ in ipsorum materia remanserunt, nempe humiditate aquæ & calore ignis procreatur.

2. Secunda: ignis prope speculum concauum in materia dispositа concipitur non ab igne præsente, sed à calore per
3. reflectionem radiorum solarium excitato: Tertia, ea quæ ex putri materia gignuntur, non nisi per ipsas materię dispositiones quæ sunt accidentia, quæ seminalem vim con-
4. tinent immediate producuntur. Idem præterea dicendum de virtute formatrice, quæ in seminibus tum plantarum
5. cùm animantium reperitur. Adde guttam aquæ per solas species vini consecrati in Eucharistia in vnum conuerti posse.

Accidentia non propria virtute producunt formas substantiales.

Quod autem accidentia illa, siue sint vires & potentiæ ipsius agentis, siue dispositiones ab agente per suas vires in materiam introductæ, non virtute propria, sed in virtute substantię producant substantiales formas; probatur, quia id quod est deterioris conditionis & inferioris ordinis, non potest vi propria, seu vt agens principale aliquid producere quod sit nobilioris conditionis, & superioris ordinis, alioqui totius naturæ ordo subuerteretur. Itaque quantumuis immediatè operentur accidentia, non tamen principaliter, sed tantùm instrumentalibus operantur: & licet contingat principale agens abesse, non tamen absurdum esse ducimus, accidentia in ipsius virtute agere, quia semper naturalia sunt ipsius agentis siue præsentis, siue absentis instrumenta.

An mediis dispositionibus in materiam introductis forma eidem vniatur.

QVAESTIO VIII.

Sensus quæstionis aperitur.

COnstat quidem ex precedenti quęstione formam nō nisi mediis dispositionibus produci, seu è potentia materiæ educi, quia per eiusmodi dispositiones materia præparatur ac simul determinatur ad certum genus formæ recipiendum. Verū difficultas est, an in eo instāti quo forma virtute præcedentium dispositionum educitur, remaneant illæ eædem materiæ dispositiones numero: ita vt iisdem mediātibus forma vniatur materiæ. Arbitratur enim diuus Thomas in eo instāti illas omnes prędias dispositiones aboleri, ita vt quod primò & immediatè vni-

Sententia D. Thomæ.

tur

tur materiæ sit forma : quare in eodem instanti alia aliis præeuntibus plane similia accidentia ex illa vnione formæ resultare in ipso composito existimat.

At verò probabiliùs multo iudicamus formam mediis dispositionibus vniri materiæ, non tantum quia mediis dispositionibus illis forma ipsa producitur, vt præcedenti quæstione probatum est, sed etiam quia iisdem remanentibus & mediantibus, forma in eo ipso instanti suæ productionis materiæ dispositæ vnitur, itaut non sit necesse alia reproduci similia accidentia : sed eadem quæ formæ producendæ inseruierant peracta vnione eiusdem formæ cum materia in eodem subiecto perseuerant. *Assertio notanda.*

Vbi diligenter notandum est dispositiones adeoque omnia accidentia corporea non toti composito, vt D. Th. visum est, sed soli materiæ inhærere formaliter, quia in eo subiectiuè reperiuntur, ex quo educuntur: atqui ex sola materia, non ex toto composito educuntur accidentia corporea, & tamen ob arctissimum nexum materiæ & formæ cum ipso composito; à quo simul vnitæ non differunt, fit vt ab iis accidentibus, quæ formaliter soli materiæ inhærent, totum ipsum compositum, cui soli propriè competit ratio suppositi, denominetur : Sicut ab iis qualitatibus spiritualibus quæ soli animæ rationali adhærent, totus homo denominationem sortitur. *Notandum.* *Accidentia soli materiæ inhærent.*

An forma extra materiam esse possint.

QVÆSTIO IX.

SVmma est vtriusque principij, materiæ, inquam & formæ inter se necessitudo, non tantum quia vnum sine altero non potest intelligi, cùm essentialem ordinem ad se inuicem inuoluant: sed etiam quia vnum absque altero nuspiam reperiri potest, si animam rationalem excipias: sicut enim materia nunquam potest esse formâ destituta, sic nec forma extra materiam posita esse potest, quia vna est propter aliam : Quamuis id sit discriminis, quòd si materia virtute diuina omni forma exspoliaretur, posset sua vi subsistere, quia priùs natura est, materiam esse quàm formam : At verò forma si virtute diuina separaretur à materia, non posset vi sua cohærere, sed statim [nisi virtute diuina sustentaretur] in nihilum rueret, *Materia & forma necessitudo.* *Materia sine forma potest esse, forma non item extra.*

Digitized by Google

quia ab eo subiecto pendet vt conseruetur ex quo educitur : Quod de omni forma tam substantiali quam accidentali accipiendum est, excepta tamen, vti iam dictum est, anima rationali ; quæ quia non educitur ex potentia materiæ, ideo ab ipsa non pendet, vt in suo esse conseruetur. *Obiectio.* Quod si obiicias formas accidentales in Eucharistia extra materiam omnem subsistere : *Solutio.* Respondeo illa accidentia non tantùm virtute diuina separari ab omni materia, sed eadem virtute separata conseruari. Porrò licèt anima rationalis non dependeat à materia vt conseruetur, ab eadem tamen aliqua ratione pendet vt procreetur: non quod non possit Deus illam absolutè extra omne corpus creare, sed quod videtur Deus pactum illud cum natura pepigisse, vt eiusmodi formam nonnisi in corpore disposito procrearet.

DE PRIVATIONE.

Quid sit priuatio, & an sit principium rerum naturalium.

QVAESTIO X.

Priuationis descriptio. PRiuatio vt hìc sumitur optimè definiri potest: Negatio formæ naturalis in subiecto apto ad illam recipiendam. Ex qua definitione intelligis, priuationem formaliter non esse ens, cùm sit entis negatio, neque adhuc esse negationem cuiuslibet entis, sed formę naturalis; Denique negationem illam spectandam esse in aliquo subiecto, quod quidem naturaliter aptum sit ad recipiendam eiusmodi formam : quò fit vt materia prima, licèt omnis formæ axpers sit, non sit priuatio; quia materia prima formaliter est aliquid : neque adhuc carentia formæ artificialis aut formæ supernaturalis in aliquo subiecto censetur physica priuatio : sicut nec carentia physicæ formæ in subiecto, quod non est aptum ad eam recipiendam, dicenda est priuatio, verbi gratia, negatio visus in lapide, non est propriè priuatio, ideóque non appellatur cæcitas sicut in homine, quod alias monuimus in prima parte Dialecticæ, vbi de postpræ dicamentis. *Priuationẽ esse principium generationis physicæ probatur.* Quod autem priuatio hoc modo explicata, sit principium per se non per accidens generationis Physicæ, siue rerum naturalium in fieri,

fieri, probatur, quia id vnde per se generatio proficiscitur verè, illius principium est, sed generatio per se oritur à priuatione tanquam à termino à quo (cùm nihil aliud sit generatio quàm progressio quædam à non esse ad esse: illud autem non esse in subiecto, nempe in materia nihil aliud sit quàm priuatio) ergo priuatio est principium per se generationis rerum naturalium.

Duo in priuatione cõsiderantur.

Porrò cùm in priuatione duo cònsiderari possint, nempe negatio formæ, & præterea aptitudo subiecti ad eiusmodi formam: non arbitramur priuationem præcisè spectatam (quatenus est negatio) esse principium, nec etiam ipsam aptitudinem, cum illa non distinguatur à principio materiali, sed dicimus esse negationem formæ quatenus connotat aptitudinem in subiecto.

Priuatio nõ est principium per se rei geniti.

Licèt autem priuatio sit principium per se generationis, cùm generatio, nec esse nec intelligi possit sine illa: quis enim animo concipiat aliquid de nouo generari, nisi antequam generaretur, non fuerit? Nihilominus tamen interdum ab Aristotele dicitur principium rerum naturalium ex accidenti, seu per accidens, quia non est principium per se rei genitæ, seu rei in facto esse; non enim est de ratione compositi naturalis, neque est pars ipsius, aut in ipso manet; quemadmodum materia & forma, sed peracta generatione euanescit. Verùm cùm priuatio duobus modis considerari possit: primò quidem respectu formæ præteritæ quæ in subiecto deperit, dum noua producitur, dum altera corrumpitur. Quæri potest quonam modo spectata priuatio dicatur principium rerum naturalium.

Obiectio.

Responsio.

Priuatio formæ præteritæ est principium per accidens rerum naturalium.

Cui respondeo priuationem vtroque modo spectatam posse dici principium ex accidenti rei genitæ: at vero posteriori modo tantùm considerata, esse principium per se generationis. Quòd autem priuatio etiam priori modo spectata sit principium per accidens rerum naturalium, siue in fieri, siue in facto esse, probatur, quia corruptio formæ præcedentis, est ex accidenti causa cur alera subsequatur. Ex hoc enim quod subiectum præcedenti forma priuetur, alteram necessariò exigit. Neque alio fine agens à subiecto formam expellit, quàm vt in ipsum aliam introducat. Ex quo intelligis priuationem formæ præteritæ esse ex accidenti principium futuræ.

Digitized by Google

TERTIA DISPVTATIO huius tractatus.

De natura, & composito naturali.

Quid & quotuplex sit natura.

QVAESTIO I.

Varia acceptiones naturae.

NAturam esse naturalis rei principium vel ex ipso nomine coniicitur: cùm rem naturalem & à natura esse, & ex natura constare omnes intelligant. Verùm vt tota hæc de natura disputatio fiat apertior, priùs variæ huius vocis acceptiones exponendæ sunt.

1. Primò accipitur pro mente diuina rerum omnium opifice, seu, vt distinctiùs loquamur, pro ipsius diuinæ mentis arte & sapientia, qua res omnes non tantùm condidit,
2. sed etiam nunc regit, moderatur ac temperat. Secundò pro ordine & vniuersali regimine ab eadem sapientia in rebus creatis posito, quomodo dicimus aliqua secundùm
3. naturam euenire, quædam verò contra. Tertiò accipitur pro cuiusque rei quidditate & essentia: quomodo dici-
4. mus definitione rei definitæ naturam explicari. Quartò pro tota vniuersitate rerum creatarum seu pro ipso mundo vniuerso: quomodo dicimus Chimeram non esse in
5. rerum natura. Quintò pro causis omnibus naturalibus collectiuè sumptis, quatenus secundùm insitam propensionem agunt; quomodo ajunt Philosophi: Naturam nihil frustra moliri, facere optimum quod potest, odisse superfluum, non denegare necessaria, non esse otiosam, ab-
6. horrere à vacuo, &c. Sextò pro insita cuique rei propensione ad aliquid: quomodo dicimus ignem naturâ suâ calefacere, magnetem naturâ suâ ferrum attrahere; &c. Sep-
7. timò pro cuiusque animantis temperamento, quod ex quatuor primarum qualitatum mixtione oritur; quomodo dicunt Medici, naturam quorumdam corporum esse
8. bilioſam, quorumdam melancholicam. Octauò propriè ac magis specialiter pro generatione viuentium, quę Natiuitas dicitur. Hæc enim est germana huius vocabuli acceptio, si etymologiam spectes, siquidem φύσις, quod Latinè Natura dicitur, ἀπὸ τῦ φύειν, quod est nasci, sicut &
9. natura ab eo quod dicitur natũ esse deriuatur. Nonò denique,

nique, quoniam generatio hæc viuentium fit ab interno vitæ principio, hinc traductum nomen est ad significandum internum cuiusque rei principium à quo primum vnaquæque res habet vt moueatur, siue illud rebus viuentibus, siue expertibus vitæ insit. Quo postremo modo naturam cum Aristot lib. 2. Physic. in hac disputatione vsurpamus.

Natura definitio.

In hac autem postrema acceptione Natura ab eodem Aristotele loco citato, cap. 1. tit. 3. definitur: Principium & causa vt id moueatur & quiescat, in quo primò, per se, & non ex accidenti inest. Qua definitione excluduntur primò à ratione naturæ, ea quæ non sunt principia & causæ per se motus Physici & quietis in subiecto insita, vt sunt formæ artificiales, substantiæ spirituales separatæ, causæ etiam quælibet externę. Deinde excluduntur ea principia motus & quietis, quæ non primò per se insunt in re mobili, vt accidentia quæ formis substantialibus subordinãtur, dicíque possunt secundaria motus & quietis principia: & etiam quæ per accidens sunt causa motus in ipso mobili, vt ars medendi, causa curationis ipsiusmet medici. Et quoniam principium insitum cur aliquid moueatur & quiescat, est tum materia cùm forma ipsius mobilis: hinc natura duplex constituitur ab Aristotele; altera quæ dicitur principium motus & quietis actiuum, nempe forma: altera verò quæ dicitur passiuum eiusdem motus principium, nempe materia. Et quoniam ex materia & forma constat totalis essentia compositi naturalis: hinc tota illa essentia dici potest totalis natura. Nihilominus tamen magis proprie tum forma, cùm etiam materia naturæ appellationem sibi vindicant, quia sunt magis proprie principia, quàm totalis natura quæ ex principiis constat.

Natura duplex.

Actiua passiua.

Notandum.

Cæterùm nota, cùm dicitur natura principium motus & quietis in eo in quo est, sensum esse, quod natura sit principium motus in iis quæ mouentur: quietis in iis quę quiescunt: Denique vtriusque in iis quæ mouentur & quiescunt. Sunt enim quædam quæ semper mouentur, vt Cæli; alia quæ semper quiescunt, vt terra & cœlum Empyreum; quædam quæ modò mouentur modò quiescunt, vt corpora mixta siue animata siue inanimata.

Digitized by Google

An vtrique motus principio supradicta naturæ definitio conueniat.

QVAESTIO II.

Assertio secunda.

NOn desunt qui supradictam naturæ definitionem soli principio motus passiuo, nempe materiæ conuenire putent: nec etiam desunt qui eandem soli principio motus actiuo, nimirum formæ conuenire existiment. Constans tamen omnium fermè sententia est vtrique iure & meritò conuenire. Et quidem quod materiæ conueniat probatur, quia essentia compositi naturalis, quatenus naturale est, ex naturis coalescit: atquinon ex aliis quàm ex materia & forma: quare materia vere natura est sicut & forma. Deinde materia vere est principium motus passiuum, quia ab ipsa res naturalis habet quod immutari possit, & ab agente naturali aliquid patiatur. Quod verò formæ etiam competat, probatur, quia in rebus naturalibus non tantum datur principium passiuum sui motus, sed etiam actiuum, vt patet experientia; neque enim ignis merè passiuè se habet ad motum sursum: Adde quod multa sunt quæ seipsa mouent, vt animalia, quod non potest intelligi nisi in ipsis concipiatur principium aliquod sui motus actiuum, quod nihil aliud est quàm forma. Adde viuentium omnium nutritionem & accretionem non tãtum à principio intrinseco passiuo fieri, sed etiam actiuo.

Natura definitio tam materiæ quam formæ conuenit.

Natura vox analoga.

Notandum tamen naturam analogicè dici de materia & forma, neque enim est aliqua ratio communis præcisa ab vtraque. Adde quod forma magis propriè dicitur natura quàm ipsa materia, cùm sit principium motus actuale, materia verò potentiale: Actus autem semper præstat potentiæ.

Dubitatio.

Quæ res fortè, quare potiùs natura dicitur esse principium mouendi id in quo est, quàm mouendi aliud; cùm forma, quæ est natura non tantùm sit principium motus eius in quo est, sed etiam alterius, vnde non minùs naturale est aquæ, vicinum sibi corpus frigefacere, quàm seipsam ad pristinum frigus reuocare.

Solutio.

Respondeo naturam potiori iure dici in ordine ad id cuius est, seu in quo est, quàm in ordine ad aliud. Ratio est, quia per illum ordinem magis propriè distinguuntur naturalia à non naturalibus,

ralibus, quia sunt quædam non naturalia, quæ habent principium mouendi aliud physice, non autem vt ipsa physice moueantur, vt substantiæ separatæ. At res arte factæ nec habent principium in quo moueantur, nec quo alia moueant. Ideóque rectiùs definiri, principium mouēdi id in quo est, quàm principium mouendi aliud, materia enim est natura, & tamen non est principium mouendi aliud, neque etiam è contra, omne principium mouendi aliud est natura. Deus enim & intelligentiæ sunt principia mouendi aliud, neque tamen eis ratio naturæ proprie conuenit. Obiicies fortè, neque etiam illud omne esse naturam quod est principium motus & quietis eius in quo est, cùm Angelus sit principium motus sui ipsius, nec tamen ex nostro responso ratio naturæ illi conuenit. Respondetur. Cùm natura dicitur principium motus, in eo cuius est natura, per motum, intelligendum esse motum physicum, siue successiuum, siue instantaneum: Angelum verò posse alia mouere physice saltem quoad locum, non verò seipsum cùm non sit physice seu circumscriptiue in loco, sed tantùm definitiue.

Obiectio.

Solutio.

Quorumnam motuum natura sit principium passiuum, & quorum actiuum.

QVAESTIO III.

SEnsus propositæ quæstionis est, cùm sint varia mutationum genera quibus res naturales sunt obnoxiæ, quarumnam mutationum natura in vnaquaque re quæ mutatur, dicatur principium passiuum, & quarumnam dicatur actiuum. Quæ difficultas non nisi multiplici conclusione explicari potest.

Quæstionis sensus.

Prima conclusio. In qualibet re naturali natura est principium passiuum sui motus siue mutationis: naturale enim est vnicuique, mutari posse, idque ratione materiæ, quæ omnis formæ recipiendæ capax est.

1. Conclusio.

Secunda conclusio. In nulla re natura est principium actiuum suæ generationis: sequeretur enim aliquid seipsum posse generare, quod repugnat. Si quod enim esset illud generationis actiuum principiū, sane illud esset forma, quæ tamē nōdū producta est, sed in generatione pro-

2. Conclusio.

Digitized by Google

ducenda intelligitur: ſicque eadem forma ſeipſam produceret, ac proinde eſſet antequam eſſet.

3. Conclu. Tertia concluſio. In nulla re natura eſt principium actiuum ſuæ corruptionis: non quidem materia, cum ipſa ſit paſſiuum duntaxat phyſicæ mutationis principium, non etiam forma: quia ea eſt quæ dat eſſe rei. Quare non poteſt per ſe moliri interitum ſubiecti, licet multis rebus naturale ſit interire, tum ratione materiæ, cùm ratione pugnantium inter ſe primarum qualitatum; ex quarum perpetuo conflictu ſequitur rei naturalis interitus: quod tamen eſt per accidens reſpectu formæ, quæ aptam primarum qualitatum temperiem, aut etiam in animalibus diuerſam partium diſſimilarium complectionem ad ſubiecti integritatem, non verò ad ipſius interitum deſiderat.

4. Quarta concluſio. In nulla re natura eſt principium actiuum per ſe alterationis corruptiuæ, ſed tantùm perfectiuæ. (Eſt autem alteratio ſecundùm qualitatem mutatio.) Quod non ſit principium actiuum per ſe alterationis corruptiuæ probatur, quia natura non intendit corruptionem ſui obiecti, ac proinde non intendit per ſe alterationem corruptiuam, quæ eſt per ſe via ad corruptionem: at certè illam intenderet ſi eſſet principium actiuum eius. Quod verò ſit principium actiuum ſeu alterationis perfectiuæ, probatur experientia aquæ calidæ, quę ſeſe, ſua vi ad priſtinum ſtatum paulatim reducit: cuius alterationis principium actiuum eſt natura aquæ.

1. Quinta concluſio. In viuentibus natura eſt principium actiuum accretionis: fit enim eiuſmodi accretio non per iuxta poſitionem nouæ materiæ, vt contingit in igne, ſed per intus ſuſceptionem alimenti, vt loquuntur, quod non niſi ab intrinſeco vitæ principio fieri poteſt.

5. Sexta concluſio. In rebus animatis, præſertim in animalibus, natura eſt principium actiuum motus localis: hæc enim ſeipſa mouent citra controuerſiam: quod non poteſt intelligi niſi in iis inſit principium actiuum ſui motus ſpontanei. Quod verò ſpectat ad res inanimatas, licet non tam proprie dicantur ſeipſam mouere, probabilius tamen eſt naturam quoque in iis eſſe principium actiuum ſui motus localis,

Quid

Quid sit compositum naturale, & quomodo ex materia & forma constet.

QVAESTIO IV.

NAturale multis modis accipitur; primum pro eo quod non est supernaturale: Secundò pro eo quod non est voluntarium seu liberum: Tertiò pro eo quod non est violentum seu coactum: Quartò pro eo quod non est fortuitum seu casuale: Quintò pro eo quod non est contingens seu accidentarium: Sextò pro eo quod non est artificiosum, & hoc postremo modo præsertim compositum naturale appellatur ab Aristotele, cuius principium non est ars, sed natura, licèt etiam nõ repugnet aliis modis idem compositum appellari naturale, vt patet. Vbi notandum ex Aristotele discrimen inter id quod dicitur natura, habens naturam, & secundùm naturam; Per naturam intelligitur principium rei naturalis, nempe materia & forma; per id quod habet naturam, intelligitur res naturalis, seu compositum naturale, quod constat ex materia & forma: Denique per id quod est secundùm naturam, intelligitur illud omne accidens, siue proprium, siue commune quod est à natura, id est à principiis naturalibus profluit, reique naturali per se competit.

Naturale multis modis accipitur.
1.
2.
3.
4.
5.
6.
Nota.
Natura.
Id quod habet naturã.

Cùm igitur constet, compositum naturale dici quod ex naturis, hoc est materia & forma componitur: quæstio est, quomodo ex illis resultet illud vnum per se & essentiale compositum. Respondeo oriri ex mutua, eaque intima & immediata partium illarum, materiæ nempe & formæ cohæsione, in qua non tam spectanda est partium similitudo quam earum inter se coaptatio & proportio, quæ magna est rerum conciliatrix. Ea autem esse debet partium coaptatio, ad hoc, vt ex illis vnitis fiat vnum per se & essentiale, quòd vna sit potentia, altera verò actus in ratione substantiæ eiusdem generis & ordinis, quod in materia & forma physicis reperitur. Licèt autem illius vnionis causa efficiens sit ipsum generans, & præuiæ dispositiones sint media quibus forma primùm vnitur materiæ, vti suprà probauimus; nihilominus tamen non est imaginandum, dispositiones remanere quas

Nodus difficultatis.
Resolutio.
Forma immediatè adhæret materiæ.

Digitized by Google

medias inter materiam & formam : forma enim vbi semel vnita est materiæ, illi intime & prorsus immediatè cohæret: immò multò intimiùs quàm dispositiones quæ peracta generatione remanent in eadem materia, idque propterea quod materia primùm per se respicit formam, accidentia verò non nisi secundariò & propter formam.

An totum physicum distinguatur à suis partibus.

QVAESTIO V.

In quo posita sit difficultas.

CErtum quidem est, totum istud distingui à suis partibus separatis, & etiam vnitis, separatim tamen cõsideratis. Verùm tota difficultas est, an totum illud distinguatur à suis partibus vnitis & simul collectiuè spectatis. Sunt enim ea de re pugnantes grauissimorum philosophorum sententiæ. Verùm missa omni dissidentium opinionum altercatione, quid probabilius tenendum sit paucis aperiemus.

1. Conclusio. Sit igitur prima conclusio. Partes physicæ simul vnitæ & collectiuè sumptæ non sunt formaliter totum : ac proinde totum à suis partibus vnitis & collectiuè sumptis distinguitur formaliter. Probatur ista conclusio ; quia multa à parte rei toti composito competunt, non item partibus vnitis & collectiuè consideratis : vt quod totum sit vnum, partes verò non item : quod totum generetur, non item partes. Denique quod totum dicatur in partes dissolubile, partes non item. Similiter multa partibus etiam vnitis & collectiuè sumptis conueniunt, non item toti composito ; vt quòd sint principia interna & causæ internæ totius compositi, quod sint plures, quod sint entia incompleta, quod sint partes, quòd sint simpliciores & natura priores toto ipso. Ex quibus concludimus inter totum & partes vnitas simul sumptas distinctionem saltem formalem intercedere.

2. Conclusio. Secunda conclusio. Totum physicum non est propriè loquendo realiter distinctum à suis partibus vnitis & collectiuè sumptis. Probatur, quia, vt aliquid dicatur distinctum realiter ab altero, necesse est vt possit saltem virtute diuina ab eo separari, & separatum conseruari: At repugnat totum separari à partibus modo supradicto cõsidera-

sideratis, esset enim totum physicum sine partibus physicis, quod implicat contradictionem.

Si obiicias inde sequi totum compositum non distingui realiter à partibus separatis, cùm repugnet illud ipsū à suis partibus hoc modo cōsideratis separatum existere. Respondeo concedi posse, totum licèt magis distinguatur à suis partibus ab inuicem auulsis quàm iisdem vnitis: ab iis tamen quoquo modo spectatis non distingui realiter propriè loquendo. Adde hoc esse discrimen, quod partes separatæ possunt esse sine toto, at verò repugnat partes esse simul vnitas per informationem, nec tamen ex illis totum coalescere, sicque totum magis propriè dici vnum realiter cum suis partibus vnitis quam disiunctis. *Solutio.*

Tertia conclusio. Valde probabile est, admittendam esse entitatem totius diuersam ab entitate patiium vnitarum, licèt non realiter distinctam. Et quidem quod tertia illa entitas realis diuersa ab entitate reali tum materiæ cùm formæ, concedenda sit, probatur hoc validissimo argumento quod petitur ab ipsius hominis interitu. Cùm enim mors hominis sit vera & realis corruptio, debet aliquid reale corrumpi, ac proinde aliqua realis entitas deperdi: & tamen certum est nihil materiæ deperdi, cùm ipsa sit incorruptibilis, nihil etiam formæ, cùm ipsa sit spiritualis ac immortalis. Reliquum igitur est, vt entitas illa quæ deperditur, sit entitas totius diuersa ab entitate corporis & animæ. Confirmatur hac ratione Theologica; quia in triduo mortis Christi dissoluta est vnio Verbi cum humanitate, remanente tamen vnione Verbi cum ipsius humanitatis partibus: quod non potest intelligi nisi alia sit humanitatis entitas ab entitate partium. Verùm obijcies non posse entitatem aliquam esse diuersam ab alia, nisi ab ipsa realiter distinguatur. Sed negamus illud. Nam relationis entitas est diuersa ab entitate sui fundamenti, cùm relatio constituta genus entis diuersum à quantitate, qualitate, &c. & tamen est eadem realiter cum suo fundamento. Itaque illa non sunt semper realiter distincta quorum sunt diuersæ entitates, sed quæ non repugnat ab inuicem separari & separata existere: aut certè quorum vnum potest esse sine altera, & è contra. Maneat igitur totum esse formaliter distinctum à suis partibus, non tamē realiter, atque adeò. *3. Conclusio. Entitas totius non distinguitur realiter ab entitate partium.* *Obiectio.* *Solutio.* *Diuersæ entitates non semper inuenitur realiter distinctionem.*

entitatem totius diuersam esse ab entitate partium, non tamen realiter distinctam.

Quî differant res naturales ab artificiosis.

QVAESTIO VI.

Conuenientia artis & naturæ.

ETsi in nonnullis Ars & Natura consentiant, vt quod tùm artis cùm naturæ opera non temerè & fortuitò, sed compositè ordinatéque fiant, quod sicut diuinam artem natura, sic naturam ars humana imitetur: quod vtraque subiectum aliquod in quo operetur necessariò desideret. Denique, quod sicut agens secundùm naturam producit sibi simile secundùm formam naturalem: ita agens secundùm artem producat sibi simile secundùm formam idæalem seu exemplarem animo conceptam. Nihilominus tamen valdè inter se discrepant, vt quod natura plerumque opus ipsum conficiat, ars verò modum operandi duntaxat præscribat: Deinde quòd formæ artificiales alium habeant essendi modum in artifice, alium verò in arte factis: sunt enim exemplariter in artifice, formaliter verò in artefactis. At verò formæ naturales, vt plurimùm sunt formaliter tùm in causis cùm in effectis: Verbi gratia, forma ignis & calor sunt formaliter tùm in igne, cùm in re ignita. Præterea formæ naturales adueniunt enti in potentia; quia subiectum absque forma naturali non potest concipi esse actu physicè: At formæ artificiales adueniunt enti in actu, id est, toti composito naturali. Adde artem circa externa versari, naturam verò in abditioribus elaborandis impensiùs occupari. Denique illud insigne discrimen est allatum ab Aristotele, quod forma naturalis sit principium ingenitum motus & quietis in eo in quo est; artificialis non item. Quare in hoc maximè differunt res naturales ab artificiosis; quod illæ habeant principium ingenitum motus & quietis, hæ verò non item. Quòd si obiicias multa arte moueri, vt columbas ligneas, horologia, &c. Respondeo in ijs & similibus excitari motum, abhibitis causis naturalibus, eum autem arte & industria hominum temperari. Si rursus opponas mira empyricorum opera, aurum item vel argentum arte chymica conflatum. Respondeo primùm constare apud omnes, neque ista, neque similia cõstare formis artificialibus. Deinde respondeo ista per se ab arte non effici, sed à

Differentia vtriusque.

1.
2.
3.
4.
5.

Natura principium motus insitum in re mota, ars vero distitũ.

Obiectio.
Responsio.
Obiectio.
Solutio.
1.
2.

causis

causis naturalibus per artem applicatis. Docet enim ars applicare actiua passiuis, quod non est physicè aliquid efficere, sed tantùm agentia naturalia disponere ad effectus naturales producendos. Quare concludimus artem per se nullius physici motus esse principium.

SECVNDVS TRACTATVS HVIVS partis.

De Causis.

TRes de causis disputationes instituentur hoc tractatu: Prima erit de causis in genere. Secunda de singulis quatuor causarum generibus, præsertímque de efficiente & finali. Tertia de causis per accidens, nempe casu & fortuna: Vbi etiam de fato, quod fortunæ opponitur, nonnulla. *Tres huius tractatus disputationes.*

PRIMA DISPVTATIO huius tractatus.

De causis in genere.

Quid sit causa.

QVAESTIO I.

TRiplex est causæ acceptio, lata, stricta, & propria. Causa late sumpta idem est ac principium quodvis, siue id omne à quo aliquid est, aut fit, aut cognoscitur. Causa verò strictè accipitur pro solo efficiente principio. Denique causa medio quodam modo, & quidem propriè accipitur pro eo omni vero ac reali principio à quo aliquid tanquam eo posterius dependet. Ex quo intelligis licet omnis causa sit principium, non tamen omne principium esse causam proprie dictam. Causa igitur sic accepta definiri solet: Id à quo aliquid per se pẽdet. Pendere autem siue dependere ab aliquo, non est quouis modo esse ab alio, sed esse ab alio dependenter, proin- *Causæ acceptio triplex.* *Causa propriè sumpta definitio.* *Quid sit dependere ab aliquo.*

Digitized by Google

déque tāquam aliquid posterius & numero saltem diuersum: neque enim vera & realis dependentia reperitur, nisi inter ea quorum est diuersum esse, & quidem, quorum vnum sit altero posterius. Ex quo intelligis, licet in sanctissima Trinitate, Pater sit verum & reale principium Filij, Pater item & Filius Spiritus Sancti, non tamen esse causam, quia filius non habet esse diuersum à Patre, nec est posterior ipso Patre, quod de sancto Spiritu comparatione Patris & Filij similiter dicendum est. Neque adhuc satis est, vt aliquid sit propriè causa, quod ab eo aliquid quouis modo pendeat, sed requiritur, vt per se pendeat, ne putes causas per accidens, aut conditiones, à quibus aliqua ratione pendet effectus, esse veras illius causas. Ex quibus colligere est rationem formalem causæ, quam causalitatem appellant, positam esse in reali influxu causæ in effectum: ita vt causare effectum nihil aliud sit quàm realiter in ipsum influere communicando illi esse. Est autem causalitas modus actualis & realis quo se habet res quatenus ab ipsa aliquid in suo esse dependet: ex quo sequitur relatio causæ ad effectum, quæ proinde est ipsa causalitate posterior.

Nota.

Ratio causæ seu causalitas in quo sit posita.

Quotuplex sit causa.

QVAESTIO II.

QVæstio hæc de causa per se & physica seu naturali intelligenda est, quam Aristoteles quadruplicem fecit, nempe efficientem, finalem, materialem, formalem. Dubitari enim potest, an rectè quaternarius iste causarum per se & physicarum numerus assignetur. Cui respondemus tot esse, nec plura, nec pauciora causarum naturalium genera, probatur: Primò hac Aristotelis ratione. Cùm enim causa sit ratio, quę afferri solet ad quæstionem explicandam, tot erunt præcipua causarum genera quot quæstionum. Quatuor autem præcipue de aliqua re quæruntur. Aut enim quærimus cuius gratia aliquid fit, & est finis; aut à quo fit, & est efficiens; aut ex quo, & est materia; aut per quid, & est forma: quę quatuor reducuntur ad generale quæsitum propter quid sit. Secundò probatur hac validissima ratione. Composita naturalia non fiunt nisi ex aliquo præexistente, quòd cùm non sit totum compositum, necesse est simul fiant ex aliquo de nouo accedente

Quatuor esse causarum genera probatur.
1.
2

cedente quod rem compleat absoluátque : At quod præexistit , est potentia seu materia; quod verò complet & perficit,est actus siue forma. Igitur omnia composita naturalia pendent ex duplici causa interna, videlicet materia & forma.Rursus cum à seipso nihil effici possit,eadem composita naturalia requirunt causam efficientem à qua producantur:cúmque agens naturale non temerè|& inordinatè agat,necesse est,vt ob aliquem finem operetur, sicque præter supradictas causas internas, materiam & formam requiruntur duæ externæ, efficiens & finis : Sicque colliguntur quatuor causarum naturalium genera ad quę cætera omnia , quæ causandi vim habent , reuocantur. Porrò aliæ quædam sunt generales causæ diuisiones , in causam per se , & causam per accidens:in causam remotam,& causam proximam : in causam simplicem , & causam coniunctam:in causam potentia & causam actu:quæ tùm ex antedictis,tùm ex iis,quæ posteà dicentur, facilè intelligi poterunt.

Alia causarum diuisiones.

Quid sit exemplar, & ad quod genus causæ reuocandum sit.

QVAESTIO III.

QVam Græci Idæam,Latini Exemplar appellant,quę nihil aliud est,quàm imago seu species expressa rei faciendæ in mente artificis. Est igitur idæa seu exemplar hoc loco phantasma seu phantasiæ opus quoddam in artifice cui opus externum conformatur. Sicque in artifice quatenus est artifex,duo sunt interna operandi principia, nempe ars in mente seu ratione, & idæa seu exemplar in phantasia. Ars quidem habitus, idæa verò actus seu expressus quidam animi conceptus est. Animus quidem primùm effigiem rei per artem faciendæ exprimit , tum illam expressam intuetur , & ad eius similitudinem opus externum dirigit.

Idæa seu exemplar opus phantasiæ.

In artifice duo sunt interna operãdi principia.

Quare sicut forma naturalis in agente naturali quatenus est in eo principium operandi secũdùm naturam,reducitur ad genus causæ efficiẽtis:sic forma illa exẽplaris in agẽte artificiali, quatenus in eo est principium operãdi secundùm artem , pertinet ad genus causæ efficientis: sicque idæa seu exemplar non est causa rei arte factæ nisi

Quomodo idea reuocetur ad genus causæ efficientis.

mediante artifice. Verùm quia considerari potest idæa, nō quatenus est principium operandi in artifice, sed simpliciter quatenus est quid imitabile ab ipso effectu artificioso, quomodo non habet propriè rationem causæ efficientis, multò minus causæ materialis aut finalis: hinc fit, vt sub ea ratione reuocetur ad genus causæ formalis: sicque idæa siue exemplar dicatur forma quædam externa corporis arte facti: quod quam rectè dicatur nō est nostri instituti subtilius disquirere. Satis fuerit de idæa illud tenere: nempe eam non esse vnam è causis physicis, siue naturalibus; cùm ad effectus artificiosos duntaxat pertineat: Deinde si ad aliquod genus causæ reuocanda sit, ad efficientem præsertim reuocandam esse, & etiam sub aliqua ratione, licet obscuriùs ad causam formalem.

Quomodo idæa reuocetur ad genus causæ formalis.

Quænam sint causarum generales proprietates.

QVAESTIO IV.

PRæcipuæ causarum proprietates hæ sunt. Prima, causa est prior effectu; quod saltem ordine naturæ intelligendum est. Secunda, Causa vt causa nobilior est effectu; quod intelligendum est saltem in ratione causæ, nam absolutè & simpliciter, hoc est ratione entitatis & naturæ, effectus est nobilior causa materiali & formali, potest etiam esse præstantior fine, si non obiectiuo, saltem formali, & efficiente instrumentali. Tertia: Causa cognoscitur per effectum, tanquam per aliquid notius nobis, effectus verò per causam, tanquam per aliquid notius natura. Quarta: Causa nobiliorem sortitur effectum: quod intelligendum est sublatis omnibus impedimentis, & posita æquali dispositione subiecti. Quinta: Causæ proximæ eiusdem, effectus plures esse possunt, quod intelligi potest de causis per se totalibus in diuerso genere causæ, & de causis per se partialibus in eodem genere causæ. Sexta: Causa eadē potest esse contrariorum, ita tamen vt vnius sit causa per se & positiua: alterius verò causa per accidēs & priuatiua; vt cùm ex præsentia alicuius effectus quispiā oritur, ex eius verò absentia, contrarius. Sic à Sole præsente lux, ab eodem absente tenebræ oriuntur: potest etiam intelligi de causa per se & positiua vtrobique, quæ pro diuersa subiecti dispositione oppositos effectus sortitur;

1. *Causæ proprietas.*

Causa prior effectu.

2. *Causa nobilior effectu.*

3. *Causa innotescit per effectum.*

4. *Causa nobilior nobilia operatur.*

5. *Eiusdem causa plures effectus.*

6. *Causa eadem contrariorum.*

Digitized by Google

fortitur; sic Sol sua luce ceram liquefacit, lutum verò indurat. Septima: Causæ sunt sibi inuicem causæ, quod non in vniuersum accipiendum est de qualibet causa respectu cuiuslibet causæ, sed de aliquibus respectu aliarum & quidem in diuerso genere causæ: sic inter efficientem & finem: itémque inter materiam & formam ista causæ reciprocatio cernitur. Octaua: Causæ omnes sibi sunt inuicem connexæ: quod intelligendum est in rebus Physicis; ita vt vbicunque reperitur causa materialis, ibi quoque causa formalis, efficiens & finalis reperiantur, & sic de singulis dicendum. Nona: Contrariorum contrariæ sunt causæ: quod accipiendum est de contrariis effectibus in eodem genere subiecti, præsertim de causis efficientibus vt plurimum.

7. Causa sibi inuicem causa.

8 Causa inter se connexa.

9. Contrariorum contrariarum causa.

SECVNDA DISPVTATIO huius tractatus.

De singulis causarum generibus.

Qua ratione materia dicatur causa.

QVÆSTIO I.

QVæritur de materia in quo posita sit ipsius causandi ratio. Quod vt intelligas, nota, materiam tum respectu formæ, cum respectu compositi Physici dici posse causam diuersa ratione. Itaque materia dicitur causa respectu formæ, quia ab ipsa omnis forma dependet, saltem quoad actum informandi: vbi nota cùm formarum aliæ sint materiales, aliæ spirituales, nempe animæ rationales, formaa prioris generis pendere à materia, non tantùm quoad actum informandi: sed etiam quoad ipsum esse. At verò formas posterioris generis pendere à materia; non quoad suum esse, cùm extra materiam possint vi suæ existere, sed quoad actum informandi: quia non possunt actu informare absque materia quæ illas sinu suo excipiat. Eadem materia dicitur causa respectu compositi; quia naturale compositum ab illa pendet tanquam à potentiali principio sui componente.

Materia causalitas duplex, respectu formæ & compositi.

Digitized by Google

Qua ratione forma dicatur causa.

QVAESTIO II.

Forma causalitas duplex.

FOrma duplicem causandi rationem sicut & materia sortitur: Alteram respectu materiæ, alteram respectu compositi: respectu quidem materiæ quatenus illam actu informat, actuat, & perficit seipsam illi communicando: respectu verò compositi quatenus ipsum constituit in esse specifico & completo: Vnde compositum dicitur à forma dependere tanquam ab actuali principio sui componente. Itaque forma (quod valde notandum est) dici potest principium, elementum, natura & causa, diuersa consideratione. Principium quidem generationis quatenus est terminus ad quem tendit generatio: Elementum verò seu principium compositionis quatenus ex ipsa tanquam ex parte constat compositum naturale: Natura quatenus est principium insitum mutationis in eodem: Denique causa, quatenus ab ipsa tum materia, tum etiam compositum aliqua ratione dependent.

Notandum.

Quid & quotuplex sit causa efficiens.

QVAESTIO III.

Causa efficiens tum definitio.

EFficiens optimè definitur ab Aristotele; Id vnde primum principium motus aut quietis. Cuius descriptionis sensus est, causam efficientem esse id à quo aliquid est, aut fit, simulque esse primum seu principale principium, non quidem simplex aut insitum vt forma; sed vt agens integrum & completum eius mutationis aut cessationis à motu, quæ contingit in subiecto vt plurimum à se dissito. Ex quibus verbis intelligis hic definiri ex mente Aristotelis, causam efficientem Physicam principalem ac totalem: quatenus præsertim transeunter agit, non verò immanenter. Dicitur autem causa ista tantùm motus, sed etiam quietis principium: quia sicut quædam ab efficiente causa mouentur, sic etiam quædam ab eadem sistuntur.

Quanam sit efficientis causalitas.

Est autem huius causæ formalis ratio ipsum agere, qui est modus quo se habet agens cùm actu operatur; non verò actio nisi sit immanens: cùm enim est transiens, tunc non est formaliter in ipso agente, in quo tamen inest formaliter

maliter ipsa causalitas : Illud verò notatu dignum est; causam efficientem dici posse triplici respectu, materiæ nempe, formæ & compositi. Et quidem respectu materiæ quatenus illam effectiuè disponit, & ex ipsa aliquid efficit : respectu verò formæ quatenus eam è potestate materiæ quasi è tenebris in lucem protrahit : denique & quidem maximè propriè respectu compositi, quatenus ipsum generat. *Causa efficiens triplici respectu.*

Quod verò spectat ad præcipuas efficientis causæ species, variæ traduntur ipsius diuisiones, quarum hæ sunt præcipuæ. Prima in vniuersalem & particularem: illa dicitur quæ vim habet producendi plures eósque dispares effectus indiscriminatim concurrendo cum variis causis particularibus, vt sunt Cœli & sidera, cuiusmodi causa est etiam Deus, à cuius generali concursu pendet omnis causarum creatarum efficientia: hæc verò quæ ad certum effectum est determinata, vt ignis ad producendum sibi similem ignem, illâ vt plurimum dicitur æquiuoca, hæc verò vniuoca. *Multiplex efficientis causæ partitio.* *1. Causa vniuersalis & particularis.*

Secunda est in proximam & remotam. Proxima dicitur, quæ proxime & immediatè producit effectum, quod intelligendum est tanquam causa principalis : quomodo pater generans est causa filij geniti : Remota verò inter quam & effectum interuenit alia causa præcipua, vt est auus comparatione nepotis geniti. *2. Causa proxima & remota.*

Tertia in principalem & instrumentalem: Illa est quæ vi sua producit effectum : hæc verò quæ nonnisi in virtute alterius operatur ; sic enim ignis principaliter, calor verò instrumentalem ignem generat. *3. Causa principalis & instrumentalis.*

Quarta in producentem duntaxat, conseruantè duntaxat, & producentem & conuersantem simul. Prima est à qua pendet effectus in fieri, non in conuersari, vt est homo respectu alterius hominis geniti. Secunda à qua pendet effectus in conseruari duntaxat, & non in fieri, vt est aër respectu hominis in lucem editi. Tertia à qua pendet effectus in fieri simul & cõseruari, vt est Sol respectu lucis ab ipso propagatæ, & Deus respectu rerũ omniũ creatarũ. *4. Causa producens & conseruans.*

Quinta in totalem & partialem : quò spectat alia diuisio, in sufficientem, & non sufficientem ; illa dicitur, quæ sola in suo ordine, & genere totum effectum producit, vt equus qui solus traheret currum, hæc verò quæ cum alia *5. Causa totalis & partialis sufficiens & non sufficiens.*

Digitized by Google

aut pluribus eiusdem generis, & ordinis concurrit ad eundem effectum producendum, quod vt plurimùm contingit, quia sola non posset ipsum producere, vt cùm plures equi trahunt currum, tunc vnusquisque ex illis censetur causa efficiens partialis istius tractionis.

An plures simul esse possint causæ totales eiusdem effectus. QVAESTIO IV.

Sensus propositæ quæstionis explicatur.

COnstat quidem eundem numero effectum produci posse à pluribus causis diuersi generis, vt ab efficiente simul & finali: Itemque à pluribus eiusdem generis sed diuersi ordinis essentialiter subordinatis, vt cùm homo à Deo, Sole, & homine effectiuè producitur. Verùm sensus quæstionis est, an plures causæ totales eiusdem generis & ordinis possint simul concurrere ad procreandum eundem numero effectum, ita vt ille effectus ab vnaquaque illarum totaliter producatur: verbi gratia; si ponatur stupa inter duos ignes media ita vt igneſcat; quæstio est an ignis ille excitatus in stupa producatur à duabus illis ignibus tanquam à duobus causis totalibus ita vt ille ignis totaliter ab vno, & idem ignis numero totaliter ab altero igne producatur: an verò tanquam à duobus causis partialibus quæ vnam causam totalem illius effectus constituant, ita vt neutra disiunctim sumpta posset eundem numero effectum producere. Cuius difficultatis solutio pendet ex alterius difficultatis explicatione, an videlicet idem numero effectus qui ab vno agente productus est, potuisset etiam ab alio produci. Arbitramur autem id fieri non posse naturaliter, quia non potest fieri naturaliter, vt actio vnius agentis possit esse eadem numero cum actione alterius agentis: quare nec earum actionum idem numero terminus naturaliter esse potest. Hoc igitur posito, respondemus ad propositam difficultatem, fieri non posse, vt plures simul sint eiusdem generis & ordinis causæ totales eiusdem effectus: sequeretur enim eundem numero effectum à singulis istis causis disiunctim sumptis procreari posse, quod absurdum supra diximus. Quod autem istud sequeretur vel ex eo patet, quod causa totalis dicitur ea quæ seorsim sumpta, siue sola, posset eandē numero effectum producere. Quare negan-

Qui effectus ab vno agente productus est si ab alio productus fuisset, non esset idem numero.

Assertio de proposita quæstione.

Digitized by Google

re negandum est ignem illum in stupa produci à duobus ignibus posse tanquam à causis totalibus. Adde quod stupa semper citius à duobus ignibus quam ab alterutro illorum comburitur. Idemque sentiendum de lumine producto in subiecto diaphano à duobus corporibus æquè lucidis, præsertim cùm lumen istud multo copiosiusà duobus quam ab alterutro illorum producatur, vt patet experientia.

Quanam sint speciales efficientis causæ proprietates.

QVAESTIO V.

PRæcipuæ sunt hæ. Prima, posita causa efficiente ponitur effectus: quod intelligendum est de causa efficiente quatenus est actu causa. Secunda; effectus eò debilior est quò est remotior à causa producente, aut etiam conseruante, contra verò eò fortior quò est vicinior: Tertia Causa efficiens fortius agit in materiam propinquam quàm in remotam; positis tamen æqualibus conditionibus: alioqui continget aliquando causam fortius agere in materiam longius distantem: quò fit vt Sol prope terram multò copiosiorem calorem excitet quàm in summo aere sibi viciniore. Quarta, Causa efficiens agit per contactum quidem, vel per contactum suppositi, ita vt subiectum ipsum contingat in quo operatur; vel per contactum virtutis, ita vt saltem vim suam per medium interiectum ad rem vsque subiectam propaget, vt alibi fusius explicabitur. Quinta, Causa efficiens producit sibi simile: quod intelligendum est maximè de causa quæ dicitur vniuoca quæ est eiusdem cum suo effectu, licet etiam possit accommodari causæ æquiuocæ, quæ licet non producat sibi simile secundùm formam, producit tamen sibi simile secundùm virtutem, eò quòd causæ æquiuocæ eminenter & virtualiter continent formas suorum effectuũ. Præterea intelligendum est istud axioma de causis per se & proximis, non verò de causis per accidens & instrumentariis, quæ non ex se producunt sibi simile.

1.

2.

3.

4.

5.

Digitized by Google

Quid, & quotuplex sit finis.

QVAESTIO VI.

Causa finalis descriptio.

FInis optimè definitur ab Aristotele: Id cuius gratia aliquid fit: quæ descriptio satis indicat finem esse verè ac propriè causam; vnumquodque enim per se pendet ab eo cuius gratia fit. Id autem à quo aliquid per se pendet verè & propriè est causa. Cúmque causa efficiens quæ in ratione causæ tùm materiam cùm formam antecedit, non nisi alicuius finis gratia operetur, necesse est vt finis cæteras omnes causas origine saltem præcedat, quatenus nempe mouet & excitat ipsum agens ad operandum.

Nota.

Et quoniam finis agentis seu operantis est is quem sibi suæ operationis scopum proponit, hinc fit vt idem sit finis operantis & operationis, siue generantis, & generationis: & quia operatio seu generatio reipsa est opus ipsum in fieri, hinc fit vt finis idem sit generantis, generationis, & rei ipsius in fieri. Et licet proprius effectus causæ finalis sit ipsa agentis operatio; spectanda tamen est finis causalitas præcipuè respectu ipsius generantis siue operantis seu efficientis, quæ posita est in metaphorica seu impropria quadam motione, qua res quę finis dicitur, ex sui desiderio causam illam agentem ad operandum allicit. Quod vt intelligas, aduerte motionem esse duplicem: vnam propriam, quæ fit per veram & germanam actionẽ, vt cùm ignis aquam calefacit: aliam impropriam & translatitiam, cuiusmodi est ea qua mouere dicitur id quod sui amorem iniiciendo allicit, trahítque ad sese: & quidem prioris generis motio efficienti, posterioris verò generis fini tribuitur, nullíque causarum generi præterquam fini competit: neque adhuc respectu cuiusque agentis creati, sed tantùm respectu eius in quo cognoscendi appetendíque vis inest: cætera enim quæ cognitione carent, non alliciuntur per se à fine, sicut nec in ipsum per se contendunt, sed quatenus diriguntur à sua causa, in qua sui finis cognitio & amor præexistit.

In quonam sit posita finis causalitas.

Motio duplex.

Variæ finium diuisiones.

1.

Sunt autem finium variæ diuisiones, ex quibus hæ sunt præcipuæ. Prima, in finem cuius, & finem cui. Finis cuius est id cuius obtinendi gratia fit aliquid, vt valetudo, quam vt assequamur medicamentum sumimus. Finis cui, est in cuius gratiam aliquid fit, vt ægrotus cui valetudo medi-

Digitized by Google

do medicamentis procuratur. Secunda in finem generationis,& finem rei genitæ: ille est forma quæ per generationem inducitur,& à generante intenditur:hic verò est ipsius rei genitæ congrua operatio: nam vnumquodque est vt operetur.Tertia est in finem operationi præexistentem,& finem subsequentem. Ille dicitur in quem tendit agens,non vt ipsum efficiat,sed vt eum assequatur, vel vt ei coniungi aut assimilari possit, quo modo Deum intellectualis præsertim creaturæ finem esse dicimus :hic verò in quem tendit agens ipsum efficiendo,quo modo forma physico motu producenda censetur esse finis agentis Physici.

An finis sit causa secundum esse verum & reale; an verò secundum esse obiectiuum & intelligibile.

QVAESTIO VII.

Finis habet duplex esse.

RES quæ dicitur finis habet duplex esse; vnum obiectiuum & intelligibile,quod ei potest competere antequam verè existat in rerum natura, quale esse habet sanitas in mente ægroti vel medici,antequam recuperata sit:alterum verũ & reale in rebus ipsis nemine cogitante: quale esse habet sanitas in corpore hominis conualescentis. Solet igitur à philosophis dubitari secundum quodnam esse finis causet. Cui dubitationi vt satisfiat,notandum est in qualibet causa tria considerari posse, nempe id quod per se & simpliciter causat, ratio formalis causandi,& conditio sine qua causare non potest:Vt in calefactione,id quod calefacit est ignis,ratio formalis calefaciendi est calor, conditio sine qua non calefaceret, est mutuus agentis & patientis contactus.Hoc posito triplici conclusione dubitationi propositæ satisfaciamus.

In qualibet causa tria considerantur.

Prima conclusio. In causa finali id quod absolutè & simpliciter causat, est res quæ denominatur finis;verbi gratia, quod mouet ægrotum ad sumendam potionem, est sanitas ipsa. *1. Conclusio.*

Secunda conclusio. Ratio formalis secundùm quam res,quæ dicitur finis,causat mouétque,est esse reale ipsius, non verò esse obiectiuum;sicque dicendum est finem esse causam secundùm esse verum & reale, non verò propriè *2. Conclusio.*

Digitized by Google

secundum esse obiectiuum & intelligibile. Probatur, quia finis est causa secundum id, quod cùm obtinetur desiderium satiat; cúmque non obtinetur, frustrari agens dicitur. At id non competit fini secundum esse quod habet in mente, sic enim appetitum non explet, sed acuit: Ergo ei conuenit secundum esse reale, vt experientia satis patet: & certe illud obiectiuum non expetitur, nec procuratur ab agente vt constat. Porrò diligenter notandum est per illud esse reale secundùm quod finis verè causat, non esse intelligendum esse reale actu, sed esse reale possibile, aut certe quod tanquam possibile repræsentatur agenti: nam secundùm illud esse, potest finis metaphorico motu mouere.

Notandum.

Obiectioni occurritur.

Neque obest realitati huius causæ, quòd motio in qua consistit causalitas finis, non sit vera & propria, sed translatitia & impropria: non definit enim propterea esse aliquid verum & reale. Sicut pictura quæ dicitur impropriè & translatitiè homo, non definit propterea esse aliquid verum & reale.

3. Concl. sic.

Tertia conclusio. Esse intelligibile seu obiectiuum, est conditio sine qua finis non mouet; quod perspicue patet, quia finis mouet alliciendo causam agentem: quæ allectio sine ipsius finis præcognitione dari non potest.

Quanam sint speciales finalis causæ proprietates.

QVAESTIO VIII.

FInis dicitur imprimis causa causarum, quia nempe est prima omnium, vt initio quæstionis sextæ præmonuimus. Secundò, Finis est nobilior iis quæ sunt ad finem: per ea autem quæ sunt ad finem intelliguntur maximè opera quæ ipsius finis gratia exercentur. Tertio: Id frustra est quod finem suum non assequitur. Quartò: Finis cognitus desiderium sui excitat. Quinto: Media suam habent à fine necessitatem, vel contingentiam: bonitatem vel malitiam. Sexto: Finis appetitur sine modo, at verò media certa ratione ad finem. Septimo: Inter finem & media debet esse quædam proportio. Octauo: Finis est primus in intentione, & vltimus in executione; quæ proprietas est intelligenda maximè de fine actionem subsequente, Et hæc de causis per se tum generatim cùm speciatim. Deinceps nonnihil dicendum est de causis per accidens.

1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.

TER-

Digitized by Google

TERTIA DISPVTATIO huius tractatus.

De Causis per accidens.

An dentur causa per accidens.

QVAESTIO I.

ESse causas quasdam per accidens, vel ex ipsis effectibus, liquidò satis constat. Experimur enim multa euenire per accidens, hoc est, præter omnem causarum siue naturalium, siue liberarum intentionem: quæ vel ex fortuito concursu plurium causarum contingunt, vel ex accidentario defectu causæ naturalis, vel ex eo quod se habet per accidens ad ipsa. Et quamuis nonnulla à quibusdam causis per se eueniant, ab aliis tamen non nisi per accidens esse dicuntur, vt postea patebit. *Dari causas per accidens probatur.*

Causa autem per accidens in genere tribus modis dicitur: primò quæ non nisi priuatiuè, hoc est, per sui absentiam aut defectum causa est alicuius, quomodo sol occidendo potest dici causa tenebrarum. Secundò, quæ accidit causæ per se, seu quæ accidentariò coniuncta est cum causa vera & propria cuiuspiam effectus, sic dicitur musicus esse causa per accidens sanitatis, quia contingit medicum qui est causa per se istiusmodi effectus, esse musicum. Tertiò, quę est quidem causa per se alicuius effectus cui tamen aliud quidpiam coniunctum est respectu cuius eadem causa dicitur per accidens: sic cùm accidit tegulam à tecto decidẽtem offendere caput alicuius hominis transeuntis, grauitas seu pondus naturale istius lapidis est causa per se istius descensus: causa verò per accidens læsionis adiunctæ. Et quidem hoc postremo modo præsertim tum casus eum fortuna dicuntur causæ per accidens, de quibus nonnulla sequenti quæstione dicenda sunt. *Causa per accidens in genere dicitur tripliciter.*

Quid sint casus & fortuna.

QVAESTIO II.

MIssis omnibus fabulosis veterum de re proposita commentis, quid Aristoteles de istis probabilissimè senserit breuiter explicabimus. Sunt igitur casus & for-

Digitized by Google

tuna causæ per accidens, ac proinde in ijs tantùm quæ præter intentionem agentis contingunt. Casus quidem in rebus naturalibus, fortuna verò in moralibus. Vt enim quædam effecta contingunt in natura præter intentionem agentis nec neisarij, sic in actionibus humanis pleraq; eueniunt præter opinionem agentis liberi: quorum illa dicuntur esse à casu, hæc verò à fortuna. Dicuntur autem tùm casus cùm fortuna propriè in ijs tantùm quæ rarò accidunt. Verùm cùm aliquid duobus modis possit rarò contingere, vna ratione solius temporis, quomodo rarò contingit eclypsis: altera ratione causæ, nempe quòd rarò contingat quippiam oriri ex tali causa, quomodo rarò contingit thesaurum inueniri ab eo qui fodit terram, hoc posteriori modo intelligendum est quod dicimus, ea quæ sunt à casu & fortuna rarò contingere.

Casus in naturalibus. Fortuna in moralibus reperitur.

Rarò contingens duobus modis.

Ex iis facilè est vtriusque (casus, inquam, & fortunæ) definitionem intelligere. Definitur enim casus, Causa per accidens in ijs quæ præter intentionem agentis eueniunt, idque rarò. Fortuna verò causa per accidens in iis quæ fiunt ex deliberatione præter agentis intentionem, idque rarò. Vbi obiter notandum est circa optionem istorum vocabulorum, casum aliquando generaliter accipi pro ea omni causa per accidens, ex qua aliquid rarò præter intentionem agentis, contingit, siue sit naturalis, siue libera: quomodo fortuna dici potest casus. Notandum etiam est casum & fortunam non tantùm pro causis, sed etiam pro affectibus ipsis per accidens nonnunquam accipi, quamuis magis propriè nominibus concretis exprimatur: vt cùm dicitur aliquid casuale, aliquid fortuitum: tunc enim intelligitur aliquis effectus à casu vel fortuna. Vt supradicta definitio vtriusque causæ per accidens fiat notior, exempla subijciam. Exemplum casus est, si tegula cadens è tecto, transeuntis caput lædat. Tegula enim naturali pondere depressa, suopte nutu petit inferiorem locum. Iam verò accidit vt decidendo transeuntis caput offendat, sicque tegula cadens vel lapsus tegulæ dicitur causa per accidens læsionis istius: & læsio ipsa est effectus per accidens tegulæ decidentis seu effectus à casu: Contingit enim præter naturalem intentionem lapidis, idque adhuc rarò accidit. Exemplum fortunæ, est: si quis fodiens terram, vt ædificandæ domus

Describitur casus & fortuna.

Notanda quædam.

Casus & fortuna exempla.

Digitized by Google

mus fundamenta iaciat, thesaurum inueniat: qui fodit terram & etiam ipsa terræ fossio dicitur causa per accidens inuentionis thesauri: inuentio thesauri est effectus per accidens illius fossionis, namque hoc accidit præter spem & opinionem illius qui terram fodiebat ædificandæ domus gratia.

Effectus ex hypothesi necessarius potest simul esse fortuitus.

Porro diligenter notandum est effectum ex hypothesi necessarium posse simul esse fortuitum, si causa ex se non sit ordinata ad talem effectum, vt patet exemplo allato. Nam posito quod aliquis thesaurum certo in loco defoderit, vbi aliquis postea terram effodiat, necesse est vt ab isto fodiente thesaurus inueniatur. Verũ quia ista fossio terræ non ordinatur per se ad inueniendũ thesaurum, idcirco ista inuẽtio thesauri, ex hypothesi necessaria, censetur fortuita. Et licèt concursus iste duarum causarum, nempe absconsionis thesauri & fossionis terræ in eodem loco, quarum neutra est causa per se inuentionis thesauri, videatur esse causa necessaria inuentionis thesauri, est tamen causa per accidens, quia concursus ille est fortuitus: causæ enim illæ ad se inuicem ex natura sua non ordinantur. Quod tamen intelligendum est respectu nostri & causarum ipsarum secundùm se consideratarum, non autem respectu Dei, qui semper æqua, licèt non semper nobis nota prouidentiæ suæ dispensatione concursum illarum causarum ad eiusmodi effectus producendos ordinat: Sicque respectu Dei casuale aut fortuitum nihil esse potest.

Nihil casuale aut fortuitum respectu Dei.

Monstrum est effectus per accidẽs.

Cæterùm inter effectus per accidens principem locum tenent monstra, ideoque definitur monstrum, Effectus naturalis à recta & solita secundum speciem constitutione degenerans: quod in animalium generatione præsertim locum habet. Nam cætera naturæ errata non propriè dicuntur monstra, sed portenta nonnunquam vel prodigia. Est autem in generatione monstri causa duplex consideranda, nempe causa impediens, & causa impedita, contingítque monstrum præter intentionem causæ impeditæ, non causæ impedientis & multò minus præter intentionem supremæ causæ, nempe Dei, qui omnia naturæ errata ad maiorem sui gloriam ordinat. Cætera quæ de monstrorum procreatione, eorúmque specialibus causis quæri possunt, non sunt nostri instituti.

Causa monstri duplex.

Digitized by Google

Quid sit factum.

QVAESTIO III.

Varia opiniones de natura & opinione Fati.

ETsi Fati nomine veteres quippiam intellexerunt, à quo rerum & euentuum omnium necessitas penderet, quid tamen illud esset non eodem modo explicarũt. Quidam Fatum nihil aliud esse quàm Deũm ipsum arbitrati sunt, sed male: nam etsi fatũ à Deo, non tamen ipse Deus est. Nonnulli naturæ legem esse dixerunt, sed nimiũ pressè, neq; enim solis naturæ legibus fatum continetur. Alij quoddam æternum & immutabile decretum quod rebus omnibus, etiam liberis agentibus, nempe hominibus, immò dijs ipsis necessitatem imponeret: quod quidem decretum ab ipso Ioue prolatum esse, (vnde etiam fatum à fando dictum voluerunt) ita vt per ipsum sibi & alijs dijs necessitatem indixisset, fabulati sunt poëtæ: sed fabulæ. Chaldæi verò & Astrologi fatum nõ aliunde quàm à cœlo petierunt, à cuius influxu, & constellationibus omnia etiam humana consilia necessariò dependere voluerunt. Verùm huius opinionis impietatem conuincit ipsa humani arbitrij libertas, vt alias rationes quibus aduersus Astrologos iudiciarios, & Philosophi, & Theologi vtuntur prætermittã. Itaq; multo verosimilius non tantùm è Christianis plerique Theologi, sed etiam è veteribus Philosophi fatum dixerunt esse diuinum, & immutabile Dei decretum, iuxta quod omnia fiunt in liberis agentibus liberè, in necessarijs necessariò. Verùm isti adhuc non satis distinctè loquuntur: neque enim fatum ab æterna lege seu diuina circa res omnes prouidentia, secernunt.

1. 2. 3. 4. 5. *6. Eaque verosimilior.*

7. Omnium probabilissima. Quare rectius ac distinctius loquuntur qui fatum æterni illius decreti opus ac diuinæ prouidentiæ effectum esse dicunt, quomodo optimè describitur à Boetio: Rebus mobilibus inhærens dispositio, per quam Deus quæque suis nectit ordinibus. Ex quibus intelligere est discrimen inter diuinam prouidentiam, & fatum propriè dictum; quòd diuina prouidentia sit in ipso Deo, fatum verò in rebus creatis: illa ab æterno in diuina mente, hoc verò in tempore esse cœpit, illa vniuersim ad omnia, hoc verò maximè ad res caducas & mortales pertinet. Et licèt hoc sensu admitti possit fatum, quia tamen isto sicut & fortunæ vocabulo abusi sunt veteres, idcirco iuxta sancto-

Discrimen inter diuinam prouidentiam & fatum.

Fati & fortunæ vocabulo abstinendum.

ſanctorum patrum monita, ab iſtis vocabulis quantum fieri poteſt abſtinendum eſt. Sed de principiis & cauſis rerum naturalium hactenus.

TERTIVS TRACTATVS HVIVS partis.

De communibus proprietatibus rerum naturalium.

EXplicatis generalibus rerum naturalium principiis cauſíſque, doctrinę ſimul & naturæ ordo poſtulat, vt de communibus earundem affectionibus ſeu proprietatibus agatur. Sunt autem communes eiuſmodi proprietates quatuor præcipuæ, nempe, quantitas, locus, tempus & motus. Quare huius tractatus quatuor erunt diſputationes, quarum prima erit de quantitate, vbi de infinito dicetur. Secunda erit de loco, vbi de vacuo etiam diſputabitur, Tertia de tempore, vbi etiam de æterno æuo, & aliis durationum menſuris aliquid dicetur. Quarta denique de motu, vbi de quiete nonnihil tractabitur. *Communes rerum naturalium proprietates.*

PRIMA DISPVTATIO huius tractatus.

De Quantitate & Infinito.

Vtrùm beneficio ſolius quantitatis ſubſtantia corporea ſit formaliter extenſa.

QVAESTIO I.

QVoniam de natura, ſpeciebus & proprietatibus quãtitatis ſatis abundè dictum eſt in prima parte Dialecticæ; de iis tantùm hoc loco dicemus quæ ad phyſicam ſpeculationem magis pertinent.

Et quidem quod ſpectat ad propoſitam quæſtionem, reſpondemus ſubſtantiam corpoream quantitate deſtitutam carere omni vera & propria extenſione, alioquin ſequeretur ſubſtantiam poſſe eſſe formaliter extenſam *Aſſertio tenenda probatur.*

absque formali ratione extensionis, cùm quantitas sit ipsa formalis ratio extensionis, vt in Logica ostensum est. 2. Deinde si substantia corporea esset sine quantitate extensa, nihil ipsi adueniens quantitas tribueret, sicque esset superflua, quod absurdissimum est. Confirmatur, quia substantiæ adueniens quantitas, nihil aliud præstare potest quàm facere illam verè & formaliter extensam: atqui ex hypothesi substantia illa iam esset per se extensa, quare superflua esset illi quantitas. Si respondeas nouam extensionem tribui substantiæ corporeæ accessu quantitatis: Occurro non posse naturaliter duas numero diuersas eiusdem speciei formales rationes in eodem subiecto reperiri: Verbi gratia, non possunt reperiri in eodem subiecto duo candores, aut calores, &c. quare nec duæ extensiones veræ & formales.

Dubium. Quæres, quomodo separata quantitate substantia dici possit corporea, si careat omni extensione? Respondeo

Solutio. multis adhuc rationibus dici, & esse corpoream. Primum, quia constat adhuc partibus physicis, nempe materia & forma. Deinde quia seruat adhuc partes suas entitatiuas. Denique quia semper manet apta recipere quantitatem, atque ipsius beneficio formalem extensionem, quæ omnia spiritualibus substantiis non competunt.

Obiicies perticam in decem partes diuisam, etsi ab illis partibus diuisis auferatur quãtitas, semper esse, ac verè dici diuisam: quod non potest intelligi sine extensione, cum ex ipsa nascatur diuisibilitas substantiæ. Sed respondemus perticam cum actu diuideretur, fuisse formaliter extensam: ablata verò quantitate adhuc denominari diuisam, non ob formalem & quantitatiuam diuisibilitatem nisi in ordine ad priorem illam extensionem quæ amissa est.

An termini quantitatis sint reales.

QVAESTIO II.

Quinam sint termini quantitatis. TErmini quantitatis dicuntur quibus finita quæque magnitudo terminatur seu limitatur: quomodo punctus dicitur terminus lineæ, linea verò superficiei, superficies crassitiei seu molis corporeæ, appellantúrque aliter indiuisibilia quantitatis, quia diuidi nequeunt saltem secundum extensionem magnitudinis quam terminant. Et quidem

quidem punctus est omninò indiuisibilis. Linea licet secundum longitudinem diuidi possit, est tamen indiuisibilis secundum latitudinem quam terminat. Superficies, licet sit secundùm longitudinem & latitudinem visibilis, non tamen secundum crassitiem quam terminat. Et quoniam iisdem indiuisibilibus copulantur partes quantitatis quibus ipsa quantitas terminatur: hinc indiuisibilia quantitatis dicuntur alia terminantia, alia copulatiua. De quibus quæstio est, an sint aliquid verum reale ac positiuum: an verò aliquid rationis affectum quantitati. Quid igitur tenendum sit duplici conclusione statuemus. *Sensus quæst.*

Prima conclusio. Indiuisibilia quantitatis terminantia sunt realia, tum quia omnis quantitas finita est realiter & positiue terminata, ergo termino reali & positiuo terminatur: atqui terminus iste est necessariò indiuisibilis: quia nihil diuiduum potest esse absolutè extremum, tum quia corpora realiter & positiuè se tangunt: atqui non se tangunt in aliquo diuisibili, alioqui daretur penetratio dimensionum: ea enim in quibus vel secundum quæ se tangunt duo corpora debent esse simul: quare necesse est, vt id in quo se tangunt eiusmodi corpora, sit aliquid indiuisibile, illúdque reale & positiuum. *1. Conclusio probatur.*

Posterior conclusio. Indiuisibilia quantitatis copulantia sunt realia: probatur: quia quantitas continua dicitur, cuius partes communi termino copulantur: atqui non potes dari eiusmodi terminus nisi sit indiuisibilis & positiuus. Indiuisibilis quidem, si enim esset diuisibilis, iam non secundum se totum, sed secundum aliam, atque aliam sui partem partes continui copularet, quod alienum est à ratione continui: Positiuus verò: si enim non esset positiuus, sed tantum negatio vlterioris tendentiæ, vt explicant assertores oppositæ sententiæ, iam non esset vnus terminus communis, quia vnicuique parti competit sua negatio vlterioris tendentiæ. Confirmatur præterea ex reali contactu corporum: si enim quædam indiuisibilia quantitatis non sint realia, certè erunt puncta quæ sunt animæ entitatis: atqui patet ex reali contactu corporum puncta copulantia esse realia: sic enim corpus sphæricum tangit corpus planum, in puncto tantum, & tamen verè & positiuè tangit: deinde si trahatur super idem planum, tanget in linea, & tamen verè tanget: idemque censend. m de cor- *2. Conclusio probatur.* *Confirmatur adhuc.*

pore pyramidali quod per cuſpidem idem corpus planum tangeret.

An continuum ex ſolis indiuiſibilibus conſtet.

QVAESTIO III.

Probabilior de propoſita quæſtione ſententia.

NOn deſunt qui partem affirmatiuam tueantur. Lineam, verbi gratia, ex ſolis punctis, ſuperficiem ex lineis, denique craſſitiem ex ſuperficiebus conſtare. At verò negant fermè omnes nobilioris notæ philoſophi, poſſe fieri, vt continuum ſeu diuiduum ex non continuis ſeu indiuiſibilibus partibus coaleſcat. Quare aſſerunt continuum non niſi ex continuis partibus conſtare. Probatur hæc ſententia. Quia ſi linea, exempli gratia, ex punctis conſtaret, ſequeretur punctum diuiſibilem eſſe. Sumatur enim linea conſtans quinque punctis, quæ in partes æquales diuidatur, tunc neceſſe erit, vt medius punctus in duas partes ſecetur, alioqui pars vna erit puncto longior quàm altera. Deinde ſequeretur partes continui nullo communi termino copulari: ſumatur enim linea conſtãs octo punctis. Quæro quonam communi termino pars vna conſtans quatuor punctis compleatur cum altera quæ totidem punctis conſtat. Denique ſequeretur diametrum quadrati æqualem eſſe lateri eiuſdem quadrati, quod tamen vel ipſis ſenſibus repugnat: probatur, quia ſi ab omnibus punctis vnius lateris ducantur lineæ ad alterius oppoſiti lateris puncta, tunc tota quadrati area iſtis lineis replebitur. Sicque etiam diameter illarum linearum punctis totus veluti cooperietur: quo fiet, vt non pluribus partibus diameter conſtet quàm latus.

Probatur. 1.

2

3

Obiectio.

Obiicies, globum non tangere planum niſi in puncto: ſi igitur ſupponamus globum trahi ſuper planum, ſane linea quæ ex ductu globi deſcripta intelligitur, ex ſolis punctis conſtabit, quia globus dum illam percurrit non tetigit niſi puncta. Reſpondeo globum immotum non poſſe tangere niſi punctum, at verò poſſe tangere continuum dum mouetur: licet enim in ſingulis inſtãtibus motus & temporis tangat puncta lineæ duntaxat: attamen in partibus eiuſdem motus & temporis eiuſdem lineæ, partes continuas ſucceſſiuè tangit.

Solutio.

An

An continuum sit diuisibile in infinitum.

QVAESTIO IV.

VT intelligas qua ratione verum sit quod vulgò dicitur: Continuum in partes infinitas esse diuiduum: ita vt perpetuò secari possit, nec vnquam ad vltimam partem deueniatur: Aduerte continuum duobus modis diuidi posse: vno quidem in partes magnitudine æquales, vt si pertica decem pedum in partes pedales diuidatur, alio verò in partes proportione æquales, non magnitudine. Vt si pertica octo pedum diuidatur in duas partes singulas quatuor pedum: & rursus vna ex illis partibus in duas partes duorum pedum, & sic vnaquæque pars in alias duplo minores. Præterea aduertendum est diuisionem eiusmodi in partes proportione æquales esse successiuam, ita vt repugnet totam simul fieri. *Notandum.*

Itaque iuxta posterius istud genus diuisionis, asserimus continuum esse diuisibile in infinitum, non quòd vnquam simul possint existere infinitæ partes continui actu separatæ, sed quòd continuum non possit in tot partes diuidi, quin adhuc in partes minores diuidi possit in infinitum progrediendo, quia non potest dari pars continui quæ sit actu minima, cùm in partes minores adhuc sit dinidua; Repugnat enim partem continui esse indiuiduam seu indiuisibilem, vt præcedenti quæstione probatum est. *Assertio tenenda.*

Si obijcias hinc sequi dari infinitum actu in rerum natura, neque enim posset continuum in illas partes infinitè diuidi, nisi illæ partes in continuo essent actu infinitæ. Respondemus infinitum actu duplex concipi posse: aliud propriè dictum, cuius partes omnes actu separatæ sunt, ac ab inuicem distinctæ, quod vocant infinitum categorematicum: aliud verò impropriè dictum, cuius partes non sunt actu ab inuicem separatæ, sed dicuntur sibi inuicem communicantes, quia minores continentur in maioribus, quod vocant infinitum syncategorematicum. Licèt igitur continuum in infinitum diuidi possit, non sequitur dari infinitū actu, priori modo, seu propriè dictum, sed tantùm infinitum actu posteriori modo seu impropriè dictū. Ex his intelligere est omnes partes continui esse actu in continuo, non tamen esse actu infinitas *Obiectio.* *Solutio.* *Infinitum actu duplex.*

catagorematicè & propriè, sed tantùm syncategorematicè impropriè.

Quid & quotuplex sit infinitum.
QVAESTIO V.

Infiniti descriptio.

INfinitum quasi sine fine dicitur, quod nullis terminis circumscriptum in immensum excedit. Definitur ab Aristot. cuius extra semper licet aliquid assumere, id est, extra cuius partem quamlibet semper aliam partem licet assumere.

Infinitum actu duplex.

Celebris autem est infiniti partitio, in infinitum actu & infinitum potestate. Illud dicitur cuius partes omnes sunt actu, siue sint omnes actu separatæ, siue non, quod dicitur infinitum actu categorematicum, & infinitum actu syncategorematicum: hoc verò dicitur cuius partes omnes non sunt actu: éstque triplex, nempe infinitũ successione, additione, & detractione; Successione vt esset tempus aut motus infinitę durationis: additione, quomodo numerus dicitur potentia infinitus, quia nullus cogitari potest, quo additis nouis vnitatibus maior non possit dari. Denique detractione, quomodo quantitas continua potestate infinita est, quia nulla est tam exigua, quin detracta aliqua parte possit fieri semper exilior. Vbi nota solùm infinitum actu categorematicum esse verè & propriè infinitum, de quo hîc disputatur. Et adhuc infinitum actu syncategorematicum non esse propriè infinitum actu, ideóque à quibusdam appellari infinitum potentia. Ego verò existimarim istud posse dici infinitum partim actu partim potentia: actu quidem, quatenus suas omnes partes actu continet; potentia verò quatenus partes illæ non sunt actu separatæ. Notandum etiam est sæpè nomine infiniti syncategorematici intelligi infinitum quodlibet potestate.

Infinitum potestate triplex.

Nota.

Quomodo infinitum cognosci possit.
QVAESTIO IV.

QVæstio hæc non de ipsa infinitudine præcisè & formaliter sũpta, quæ facilè ex opposito reali seu positiuo, sicut ex luce obscuritas potest intelligi: verũ de ipsa re, quæ est infinita, accipienda est: an videlicet possit humana

mana mens cogitatione complecti rem infinitam. Verùm cùm animi conceptus alius sit distinctus, alius confusus, & aliquid possit cognosci in momento vel in tempore, eóque finito vel infinito, nonnisi adhibita distinctione facilè solui potest hæc quæstio. Itaque si de confuso tantum conceptu sermo sit, certum est infinitum ab intellectu creato sic cognosci posse: si verò de distincto conceptu, ídque vel in momento, vel infinito tempore, licèt sit maior difficultas; arbitramur tamen infinitum hoc modo cognosci non posse ab eodem intellectu creato saltem naturæ viribus. Ratio in promptu est, quia vis humani ingenij, atque adeò intellectus angeli finita est, quare id quod in illius expressam notitiam cadit, finitum sit necesse est. Confirmatur, quia quo res quæ animo concipitur, est maior, eo maiorem vim ingenij desiderat: quare si sit infinita, infinitam vim ingenij postulabit.

Assertio de proposita quæstione.

1.

2.

Non est tamen diffitendum valdè probabile videri humanum animum supernaturali virtute in tantùm augeri posse, vt hoc modo infinitum clarè intueri, & etiam complecti seu comprehendere possit, modò illud sit tantùm in aliquo genere infinitum. Denique si de distincto conceptu in tempore infinito sermo sit, nihil videtur absurdi, omnes & singulas partes alicuius infiniti hoc modo concipi posse. Si enim ab infinito tempore mundus extitisset, cœlúmque suos motus obiisset, Angelus qui ab infinito tempore extitisset, singulas cælestium corporum circuitiones distincte potuisset animaduertere.

3.

4.

An detur aut saltem dari possit infinitum.

QVAESTIO VII.

Status quæst.

NVllum dari in rerum natura infinitum actu & categorematicum satis patet, cum omnia quæ sunt, finito cæli ambitu contineantur: at si daretur eiusmodi infinitum, siue magnitudine, siue multitudine, spatium infinitum occuparet. Verum grauis est difficultas an virtute saltem diuina dari possit, seu an absolutè possibile sit eiusmodi infinitum: Exempli gratia, an procreari possit infinita multitudo lapidum, aut corpus aliquod infinitæ molis, aut linea longitudinis interminatæ. Sunt qui

id fieri posse dicant, eò quòd non videatur id denegandum diuinæ potestati. Verum permulti graues Theologi oppositum docent, quod certè nobis videtur probabilius, nempe infinitum nullo modo fieri posse: non quòd repugnet ex parte diuinæ potentiæ, sed ex parte rei quæ fieri non potest propter apertas contradictiones quæ inde sequuntur; vt quod infinito daretur maius, quod pars esset æqualis toti, &c. Nam si ex hypothesi, infiniti lapides existerent, posset adhuc Deus alios procreare, cum ipsius potentia non possit exhauriri; quòd si alios procreet, ex istorum additione augebitur prædictorum lapidum numerus; sicque erit aliquid maius infinito. Deinde si ex eodem infinito lapidum numero centum subtrahantur, si dicas reliquum esse adhuc infinitum, cùm non detur maius infinito, sequeretur totum numerum ex centum sublatis & reliquis non esse maiorem sua reliqua parte, quod absurdissimum est: Nec minor absurditas sequeretur si darentur lineæ ex vna aut altera, vel ex vtraque parte in infinitum protensæ: fieri enim posset vt cùm duæ lineæ essent infinitæ ex vna parte, ex altera tamen parte finitæ, vna fieri posset maior altera absque vlla additione, sed sola motione seu tractione vnius præ altera.

Probatur. *1.* *2.* *3.*

Ad fundamentum oppositæ sententiæ respondetur.

Ad fundamentum autem oppositæ sententiæ respondemus, etiamsi diuina potestas sit infinita, non tamen in rebus creatis effectum infinitum sortiri posse: quia rei creatæ conditio infinitudinem non patitur. Adde quod infinita Dei potestas satis elucet in eo quod ex nihilo omnia, licet finita produxerit: Deinde quod nihil sit adeò perfectum quin possit adhuc aliquid perfectiùs produci à Deo. Denique quod Dei potentia nulla effectuum magnitudine aut numerositate possit exhauriri, sed omnem, quæ concipi potest, rerum magnitudinem & multitudinem infinitè superet, cùm sit ipsemet Deus qui est super omnia benedictus in sæcula.

SECVN-

SECVNDA DISPVTATIO
huius tractatus.
De loco & vacuo.
Quid sit locus.
QVAESTIO I.

ARistoteles lib. 4. Physic. c. 4. t. 24. locum definit, extremum corporis continentis immobile primum; siue quod idem est, superficies corporis ambientis immobilis prima. Ad cuius definitionis intelligentiam, notandum primò superficiem corporis continentis posse dupliciter considerari, vno modo in ordine ad ipsum corpus continens, quatenus ipsum intrinsecus terminat: altero modo in ordine ad ipsum corpus contentum quatenus ipsum extrinsecus ambit. Priori igitur modo pertinet ad categoriam quantitatis: estque secunda species quantitatis continuæ: posteriori verò pertinet ad categoriam vbi, & sic propriè dicitur locus. Notandum est secundò locum duobus modis accipi, primò quidem vulgò & moraliter pro eo in quo plura continentur: quodq; singula corpora nonnisi remotè continet, quomodo officina bibliopolæ dicitur locus librorum. Secundò propriè & physicè, pro eo in quo vnum quid adæquatè continetur: seu pro ea superficie quæ primò occurrit contento corpori: In qua posteriori significatione definitur locus hic ab Aristotele, ideoq; dicitur, superficies corporis continētis prima, id est, proxima, immediata corpori contēto primum occurrens. Denique vt intelligas qua ratione dicatur locus superficies immobilis, notandum est Aristotelem hîc locum definire, iuxta proprium & vsitatum loquēdi modū, quo dicimus, rem dum in eodem situ manet immota, permanere in eodem loco, licet corpus ambiens subinde agitetur & remoueatur; vt cùm turris flante vento à diuerso aere subinde ambitur. Itaque superficies corporis continentis, quatenus locus, dicitur immobilis, quia locus, vt sic, est per se immobilis, nec nisi ex accidenti mouetur: Non quidem ad motum rei locatæ mouetur locus, alioqui non distingueretur à vase, vt rectè monet Aristoteles; quod simul cum re contenta mouetur:

Notandum 1.

Notandum 2.

Notandum 3.

Quomodo locus intelligatur immobilis iuxta Aristot.

neque etiam mouetur per se ad motum corporis continẽtis, quia non mouetur ad motum corporis continentis nisi quatenus ei inhæret: At verò superficies spectata quatenus inhæret corpori continenti habet rationem termini ipsius corporis continentis, non verò rationem loci rei locatæ: in hunc igitur modum cæteris omnibus interpretationibus prætermissis, intelligẽda est loci immobilitas.

Quomodo mutata subinde superficie corporis ambientis res dicatur manere in eodem loco.

Vnum restat explicandum, cùm locus saltem per accidens moueatur, vt cum superficies aeris turrim ambiens agitatur à vento, quomodo res locata dicatur manere in eodem loco, cùm non ab eadem superficie ambiatur. Respondeo primò, rem illam dici manere in eodem loco; quia manet in eodem spatio seu loco intrinseco: Secundo, quia semper concipitur ambiri ab eadem superficie imaginaria. Tertiò, quia noua superficies aeris quæ succedit alteri, censetur eadem per æquiualentiam. Quartò, licet concedi possit rem illam non contineri, seu non ambiri eodem loco reali & physico, non tamen propriè concedi potest rem per se mutare locum, sed potiùs locum circa rem mutari, idque adhuc per accidens, vt monuimus.

Quotuplex sit locus.

QVAESTIO II.

1. Loci partitio. Locus communis.

LOcus latissimè sumptus in genere duplex est, communis, & proprius. Ille est in quo plura simul esse possunt, cuiusmodi est aula respectu eorum qui in ea sunt: hic verò in quo res vnica duntaxat potest contineri: ille moraliter, hic verò physice consideratur; estque duplex, internus nempe & externus. Internus dicitur spatium illud quod ab vnoquoque corpore locato occupatur: Externus verò est externa superficies, à qua corpus locatum cõtinetur. Rursum locus externus duplex est, realis nempe, & imaginarius. Realis est vera & realis superficies corporis continentis: imaginarius verò est imaginaria superficies qua corpus quod à nullo alio corpore continetur, ambiri concipitur: quomodo Cœlum Empyreum dicitur ambiri à loco imaginario. Vbi nota etiam locum internum, cùm nihil sit reale seu positiuum, posse etiam dici imaginarium, licet minùs propriè.

Locus proprius duplex, Internus, Externus duplex.

Præte-

Præterea, locus alius dicitur naturalis, in quo vnumquodque corpus naturaliter conquiescit, violentus verò in quo vi detinetur. Denique diuiditur locus in superum, inferum & medium. Superus est, qui quam maxime distat à centro terræ: inferus qui iuxta terræ centrũ est: medius qui inter vtrumque intercipitur. Ex his intelligere est quomodo supremũ cœlum sit in loco, cùm à nullo superiori corpore contineatur. Dicitur enim esse in loco proprio tum interno, cum externo, sed imaginario. Est quidẽ in loco interno, nempe ingenti spatio quod occupat. Deinde in loco externo imaginario, quia concipitur contineri superficie quadam imaginaria quæ ipsum attingit.

1.

2.

Corolarium.

An duo corpora in eodem loco & idem corpus in duobus locis esse possit.

QVAESTIO III.

EXperientia satis compertum est neutrum naturaliter fieri posse. Difficultas autem est an virtute diuina, & quomodo id fieri possit. Et quidem quod spectat ad prius quæsitum, respondetur hoc esse dubium in fide, cùm sacra nos doceant eloquia Christum illæso virginis vtero natum esse, clauso sepulchro surrexisse, & ad discipulos obseratis ianuis ingressum. Denique dum ad Patrem ascenderet, cœlestia corpora penetrasse; quæ omnia fieri non potuerunt, nisi duo corpora sese penetrarint, eodémque in loco simul extiterint. Vt autem intelligas quonam modo id fiat, notandum est duplex esse munus quantitatis respectu loci, nempe locum replere, & ab eodem loco quodtuis aliud corpus remouere: quod posterius præstat quantitas penetrationi obsistendo non quidem actiuè, sed negatiuè, nempe, non admittendo alterius corporis subingressum. Hoc autem posteriori officio priuatur quantitas, cùm duo corpora in eodem situ & loco ponuntur. Quod spectat ad posterius quæsitum, maior est controuersia: nihilominus tamen probabilior Theologorum sententia est, posse fieri virtute diuina vt idem corpus realiter sit simul in diuersis locis: non enim minus necessariò corporum multitudo locorum multitudinem, quàm vnitas corporis loci vnitatem exigit: atqui duo corpora virtute diuina simul esse possunt in eodem loco. Quare nihil repu-

Prius quæsitum. Assertio fidei tenenda. Explicatur modus.

Posterius quæsitum. Assertio tenenda probatur.

Digitized by Google

gnabit quin eadem virtute, vnum corpus in pluribus locis existat. Et certè constat in sacra Eucharistia corpus Christi pluribus locis realiter & personaliter adesse, nec repugnat nonnulla corpori accidere in vno loco quæ eidem non contingunt in altero, quamuis non omnia, quæ Theologis discutienda relinquimus.

An detur vacuum.

QVAESTIO IV.

Quid sit vacuum. Non posse dari naturaliter probatur.

VAcui nomine hoc loco intelligimus spatium aliquod inane absque vllo corpore, & tamen intra ambitum alicuius corporis inclusum, quale nullum dari posse naturaliter in hac vniuersa rerum machina experientiis manifestissimis constat: quibus docemur quantum ab isto incommodo natura abhorreat: Exempli gratia: Si vas vitreum aqua calida oppletum obturato ore in aquam frigidam demergatur, aut aëri frigido exponatur, necessariò disrumpetur metu vacui; aqua enim quæ dum erat calida, maiorem locum occupabat; dum à frigore constringitur minorem locum occupat: sicque nisi aër subingrederetur, daretur vacuum: & quia aër non potest ingredi per os vasis, quia nempe obturatum est, idcirco necesse est, vt frangatur vas, sicque aëri aditus liber pateat. Hinc etiam fit, cùm per fistulam cuius inferius orificium immersum est aquæ attrahitur aër, necessario sursum euehitur aqua, ne inter superius & inferius orificium fistulæ detur vacuum. Sic flabellum citiùs disrumpitur quàm obturato ore extendatur. Ratio autem cur natura tantopere abhorret à vacuo, est, ne soluatur vniuersi continuitas, & ne detur aliquid frustra in rerum natura, cuiusmodi esset vacuum. Vt autem intelligas qua ratione natura succurrat huic incommodo, sciendum est præter specialem & peculiarem inclinationem, secundùm quam vnaquæque res fertur ad id quod naturæ suæ competit; dari vniuersalem seu generalem quandam inclinationem secundùm quam vnumquodque tendit ad bonum totius vniuersi, quatenus est pars & membrum ipsius. Itaque secundùm posteriorem hanc inclinationem res naturales motibus speciali procliuitati oppositis,

Cur natura tantopere abhorreat à vacuo.

Digitized by Google

positis nonnunquam feruntur, vt patet in aqua quæ sursum fertur,& aëre qui deorsum labitur,ne detur vacuum: vnde subterranea loca opplentur aëre,ne vacua sint. Cæterùm adeò grauis est naturæ illud incommodum,vt non tantùm à nullo agente naturali, sed ne quidem ab Angelis aut Dæmonibus induci possit; ita vt si quis Angelus expelleret aërem ab aliquo loco, non posset alter angelus impedire ne alius aër subingrederetur. Nihil enim angeli naturali seu propria vi contra ordinem vniuersi moliri possunt. *Nota.*

Si obijcias supra cœlos dari spatia imaginaria quæ nihil aliud sunt quàm vacuum. Respondeo supra cœlos non reperiri vacuum propriè dictum,quia nullum est ibi corpus à quo spatium illud ambiatur. Adde quod loquimur de vacuo quod in aliqua vniuersi parte admitteretur. *Obiectio.* *Solutio.*

An motus in vacuo fieri possit.

QVAESTIO V.

NEgauit Aristoteles eo quòd sequeretur in motu præsertim grauium & leuium rem esse simul in pluribus locis: eò quod motus ille fieret in instanti. Sed leuis est hæc Aristotelis ratio, eo quod successio motus non prouenit tantùm ex resistentia medij, vt ille arbitratur: sed etiam ex alijs causis,nempe ex distantia extremorum inter quæ fit motus. Deinde ex moderata grauitate & leuitate corporum naturalium. Quare longè probabilius est motum in vacuo fieri posse: absurdum enim videtur hominem in vacuo ne digitum quidem mouere posse: machinam bellicam non posse in parietem vicinum æneum globum explodere: lapidem molarem non posse decidere in terram, sed suspensum manere propter vacuum interiectum. *Refutatur Arist. opinio.* *Alia probabilior asseritur.*

Digitized by Google

TERTIA DISPVTATIO huius tractatus.

De Tempore.

Quid sit Tempus.

QVAESTIO I.

Durationis genera quatuor.

DVratio quæ dici potest permanentia seu mora rei in suo esse, varia est pro varia conditione rerum existentium. Est autem in genere quadruplex: nempe æternitas quæ soli Deo competit, æuum quod Angelis & animæ rationali, tempus discretum quod quibusdam operationibus Angelorum, quæ constat pluribus instantibus discretis, còmpetit. Denique tempus successiuum quod operationibus rerum naturalium successiuis & continuis competit. Et quidem de hac tantùm postrema specie durationis hîc cum Aristotele disseremus. Hæc enim est propria rerum naturalium & mutationi obnoxiarum duratio, quæ propriè dicitur tempus, definiturque ab Aristotele, Numerus motus secundùm prius & posterius. Quam definitionem vt intelligas, aduerte, tempus maximam habere affinitatem cum motu, ita vt nihil moueatur nisi in tempore, & nihil tempore mensuretur nisi moueatur. Tempus autem vocatur numerus impropriè & analogicè, quod sicut multitudo quia constat pluribus vnitatibus numerari potest; ita res mobilis, quia partes habet sui motus quasdam priores, quasdam posteriores, idcirco adhibito tempore numerari potest secundùm prius & posterius, sic per horas, dies, & annos, rerum fluxarum & operationum durationes mensuramus, & quasi numeramus. Additur secundùm prius & posterius, quia res mobiles non secundum quamlibet considerationem tempore mensurantur, non enim secundùm intentionem aut extensionem, nec adhuc propriè secundùm multitudinem, sed secundùm successionem, siue secundùm prius & posterius, seu quatenus in re mobili aliquid præteritum, aliquid verò futurum cernitur, mensurantur.

Temporis definitio ex Arist. explicatur.

Qua-

Digitized by Google

Quomodo distinguatur tempus à motu.

QVAESTIO II.

TEmpus vulgò duplex assignatur, aliud verum & reale, aliud imaginarium : quale illud est quod imaginamur præcessisse mundi creationem. Reale rursus aliud externum, aliud verò internum. Externum est duratio quædam quæ aliunde assumitur ad mensurandam cuiuspiam rei durationem, cuiusmodi est duratio conuersionum seu motuum cœlestium quatenus assumitur ad mensurandam rerum sublunarium durationem : Internum verò est duratio cuiusque rei propria & ipsi motui intrinseca; cuiusmodi est ipsamet duratio motuum cœlestium, respectu eorundem motuum cœlestium, simulque duratio intrinseca cuiusque mutationis. De priori non est dubium quin à motu cuius dicitur mensura externa distinguatur: sed de posteriori maior est difficultas, quæ sequentibus conclusionibus explicabitur.

Tempus duplex, reale & imaginarium.

Externum.

Internum.

Prima conclusio. Tempus internum non differt realiter à motu cuius est mensura. Probatur, quia illa non differunt realiter quæ seorsim separata, nequeunt existere: At repugnat motum fieri sine propria duratione, & etiam repugnat durationem illam successiuam, quæ est tempus internum, reperiri sine aliqua successione motus.

De tempore interno.

1. Conclusio.

Secunda conclusio. Tempus formaliter distinguitur à motu : probatur, quia aliud concipimus dum motum concipimus, aliud verò dum tempus concipimus. Dum enim motum animo complectimur, successionem quandam imaginamur formæ alicuius quæ successiuè producitur aut deperditur : Dum verò tempus concipimus, imaginamur non motum, sed ipsius motus durationem, quæ ex successiuo fluxu partium illius nascitur.

2. Conclusio.

Tertia conclusio. Tempus illud internum naturalis est quædam affectio rei mobilis, quæ ex motu nascitur tanquam ex suo principio: vnde colligere est motum natura saltem esse priorem tempore interno.

3. Conclusio. Dubitatio.

Si quæras hoc loco qualenam tempus definierit Aristoteles. Respondeo definiuisse Tempus externum, illúdque cœleste, vt potè primum & æqualissimum, quatenus applicatur ad mensurandas rerum sublunarium durationes : Sic enim externum est, licet quatenus est men-

Responsio.

ſura propria interna motus cœleſtis, ſit verè tempus internum. Vbi nota nos non tam proprie vti ſolere alijs mutationum durationibus tanquam menſuris externis aliarum durationum.

Quomodo intellegenda ſint nonnulla temporis attributa.

QVAESTIO III.

1. Dubitatio. IMprimis quæritur quomodo tempus dicatur omnia continere, cùm ſaltem motum cœleſtem non contineat, ſed potiùs ipſum à motu cœleſti tanquam proprietas à principio contineatur.

Reſpon. Reſpondetur primum durationem rerum ſublunarium contineri à tempore cœleſti. Deinde ipſum etiam cœleſtem motum à tempore ſibi interno etiam contineri eo modo quo menſuratum à menſura contineri poteſt.

2. Dubitatio. Secundò quæritur quomodo tempus ab Ariſtotele dicatur nunc fluens, cùm tempus non conſtet ex indiuiſibili, ſicut nec quælibet alia quantitas continua, ipſum verò nũc ſiue inſtans ſit indiuiſibile.

Reſponſio. Reſpondetur id ab Ariſtotele dictum eſſe iuxta noſtrum concipiendi modum. Sicut lineam imaginamur ex ductu puncti naſci, quamuis reuera non ita fiat: Ita ex fluxu alicuius inſtantis tempus oriri concipimus, ſicut ex eiuſdem inſtantis permanentia æternitatem exiſtere intelligimus. Vnde ipſe Ariſtoteles tempus vocauit nunc fluens, nunc permanens.

3 Dubitatio. Tertiò quæritur; quomodo intelligendum ſit, Nihil temporis vnquam eſſe præſens: ſi enim ita res habeat, ſequi videtur nihil temporis realiter exiſtere. Nihil enim realiter exiſtit quod non ſit præſens, ſi quidem præteritum non eſt amplius, futurum nondum eſt.

Reſponſio. Reſpondeo primùm, aliquid temporis poſſe dici præſens moraliter, nempe parte inſtanti præſenti vicina, licèt ſi illud præſens mathematice & phyſicè ſpectetur, nulla pars temporis, ſed inſtans duntaxat dicatur eſſe præſens. Neque neceſſe eſt vt aliquid ſit verum & reale quod poſſit exiſtere in aliquo præſenti phyſicè ſumpto; ſed ſatis eſt quod per aliquam moram poſſit verè & realiter exiſtere, quod tum motui cuilibet ſucceſſiuo, tum etiam temporis conuenit. Licet igitur ne vlla quidem vel minima pars

temporis

temporis tota simul existat, non desinit tamen esse realis: hæc enim est natura rerum successiuarum, vt nec illæ nec earum partes vllæ simul vnquam possint existere. Cæterùm licèt nulla pars temporis absolutè & simpliciter sit præsens, comparatiue tamen seu respectu partium motus potest vere dici præsens pars aliqua temporis parti alicui motus: vt si motus aliquis per tres horæ partes duret, prima pars horæ vere dicetur præsens primæ parti motus. *Nota.*

Quartò quæritur, quænam res subiiciantur tempori. Respondeo, cùm rerum quæ sunt aliæ nec initium habeant neque finem, aliæ initium habeant, non tamen finem; aliæ denique & initium & finem habeant: Primi generis solus est Deus, qui æternitate (si ita loqui liceat) mensuratur. Secundi generis sunt Angeli & animæ rationales, quæ mensurantur æuo. Tertij generis sunt cæteræ res omnes naturales, quæ solæ tempori propriè subiacent. Sed hæc de tempore satis. Repete hîc ea quæ diximus in prima parte Dialecticæ in sect. De Categoria Quantitatis, & de Categoria Quando. *4. Dubitatio. Responsio.*

QVARTA DISPVTATIO *huius tractatus.*

De Motu.

Quid sit motus, & an rectè ab Aristotele definiatur. Item quid sit Quies.

QVAESTIO I.

CONstat ex iis quæ docuimus in prima parte Dialecticæ, vbi de Categoriis sectione de quant. & sect. 5. & 6. de actione & passione, & præcedenti quæstione de tempore, Motum formaliter & præcisè spectatum, non esse actionem aut passionem, neque adhuc relationem agentis ad patiens, aut patientis ad agens: neque præterea continuam successionem formæ fluentis siue producendæ, siue corrumpendæ, aut etiam durationem eiusdem formę fluentis, quæ duæ sunt species quantitatis, quarum *Quid non sit motus.*

illa defectu vocabuli vocatur motus, hæc verò propriè dicitur tempus internum: sunt enim hæ duæ proprietates motus propriè dicti seu physici & successiui, non verò ipse motus. Denique motus non est formaliter ipsa forma fluens, siue substantialis, siue accidentaria, quæ producitur vel corrumpitur, licet sit idem realiter, vt satis liquet. Restat igitur vt motus propriè dictus sit formaliter ipsa acquisitio formæ siue fluxus, via seu tendentia ad formam Probatur: quia quippiam moueri, nihil aliud est quam successiuè tendere & accedere ad formam, qui accessus seu via ad formam, est prior natura quàm forma, sicut via præintelligitur, termino ad quem tendit. Vbi nota accessum siue tendentiam ad formam esse ipsam acquisitionem formæ: quæ acquisitio formæ est idem realiter cum forma quæ acquiritur. Quare, motus, vt sic, nullius determinatæ categoriæ est, sed ad eam reducitur ad quam pertinet forma quæ per ipsum acquiritur.

Quid sit motum.

Nota.

Definitio motus.

Quare Motus optimè definitur ab Aristotele, Actus entis in potentia quatenus in potentia. Vbi per actum non intelligi debet forma quæ acquiritur, sed ipsa acquisitio formæ seu tendentia ad formam: quæ via seu accessus ad formam est actus seu perfectio rei mobilis, quę intelligi debet per illud ens in potentia. Dicitur autem motus, actus entis in potentia non simpliciter & absolutè, sed reduplicatiuè quatenus in potentia, vt intelligas motum non esse actum rei mobilis nisi quatenus actu mouetur, ac vlterius tendit siue quatenus tendit continuè ad formam. Exempli gratia, acquisitio caloris est motus, quia est actus seu perfectio aquæ quæ calefit: quæque est in potentia ad nouam aliquam partem caloris quatenus cõtinue ad eam pergit. Itaque in hac definitione locum generis tenet (actus,) quæ particula excludit quicquid nullo modo actus est. At verba illa (Entis in potentia) remouent omnes mutationes momentaneas, quibus tota formæ perfectio simul obtinetur, & præterea omnes actus perfectos seu perfectè acquisitos, qui nullam rei subiectæ potentiam relinquunt ad aliquam sui partem assequendam. Denique particula (quatenus est in potentia) excludit actus imperfectos seu imperfectè acquisitos, cessante iam omni motu, vt est calor remissus in aqua quæ iam calefieri desiit. Denique iis ipsis particulis (entis in potentia qua-

Exemplum.

tenus in potentia) excluduntur motus corruptiui ex mente Aristotelis: Nam per illud, in potentia, intelligit potentiam ad ipsum esse, siue ad actum & perfectionem: Ex hac autem definitione satis liquet omnem motum propriè dictum esse simul & successiuum & continuum, ita vt aliæ mutationes non nisi impropriè motus appellentur. Quod igitur tum successio cùm continuitas sin proprietates motus physici inseparabiles, patet, quia sine illis non potest concipi quomodo motus fieri aut existere possit; quãuis tamen motus non sit formaliter ipsa successio vel continuitas, sed fluxus seu acquisitio formæ successiua & continuata. Ipsa autẽ successio continuata, seu continuitas successiuas constituit illam speciem quantitatis successiuæ quam in Dialectica impropriè motum appellauimus.

Continuitas & successio proprietates motus.

Quod spectat ad quietem, sciendum est illam dupliciter vsurpari; vno modo pro sola cuiusuis motus priuatione: quo modo non est vera rerum naturalium proprietas: altero modo pro existentia mobilis in suo debito & naturali statu, siue quoad locum, siue quoad quantitatem aut qualitatem, sed præsertim quoad locum quatenus in eo quasi naturali & patria sede sese meliùs tuetur, ac totius vniuersi ordinem & pulchritudinem seruat. Et quidem si iuxta hunc posteriorem sensum quies accipiatur, sanè finis ipsius motus naturalis, ac proinde proprietas rei naturalis perfectior ipso motu: quare natura non tantùm motus, sed etiam quietis principium definitur. Est autem motus affectio magis physica, vtpotè per quam rerum naturalium essentiæ, gradus & species disquiri atque explicari consueuerunt: adeò vt motus omnis Physicæ cognitionis magister habeatur. Quare, de motu præsertim in hac & sequentibus quęstionibus differetur. Notandũ tamen obiter nos hìc de quiete naturali loqui, non de violenta, quę non nisi valde impropriè quies dici debet.

De quiete eius accepta duplex.

Quomodo motus distinguntur à termino in quem tendit.

QVAESTIO II.

NOtandum in primis est, motũ omnem, cùm sit finitus, fieri inter duos terminos oppositos, quorũ alter

Notandum

dicitur terminus à quo motus incipit, alter verò terminus ad quem tendit, seu in quem desinit. Termini autem illi sũt positiuè oppositi, aut priuatiuè: positiuè quidem si sint ambo positiui, vt cum fit motus à frigore ad calorem, & è contra, item ab vno ad aliud, & à minori quantitate ad maiorem quantitatem: priuatiuè autem si vnus sit tãtùm priuatio alterius; vt cùm fit motus simpliciter à non calido ad calidum, seu à priuatione caloris ad calorem.

Notandum 1. Notandum præterea est cùm motus fit inter positiuos terminos, præter terminum à quo positiuum, semper assignari posse terminum à quo priuatiuum, & quidem hunc magis propriè ad motũ pertinere quàm illud: Verbi gratia fit motus à frigore in calorem, seu aliquid ex frigido fit calidum, simul dicere possumus motum fieri à non calore ad calorem, seu aliquid ex non calido fieri calidum: & quidem magis propriè, quia pertinet per se ad rationẽ calefactionis, quod id quod calefit non anteà fuerit calidum, est autem per accidens quod fuerit frigidum; quare omnis motus fit inter terminos saltem priuatiuè oppositos. Et quia vnumquodque magis pendet ab eo quod petit, quàm ab eo quod deserit, idcirco motus multò maiorem habet connexionem cum termino ad quem, quàm cum termino à quo. Adde quòd terminus ad quem, est aliquid reale, sicut & motus: at verè terminus à quo, vt plurimum est aliquid priuatiuũ. Vt igitur propositę quæstioni cõmodè satisfiat, cõclusiones aliquot subiũgemus.

1. Conclusio. probatur. Prima conclusio. Motus non differt realiter à termino in quem tendit. Probatur, tum quia si motus reipsa differret à termino in quem, posset sine vllo diuinitùs conseruari: hoc autem repugnat, cùm motus non sit aliud quàm termini acquisitio; tùm quia motus habet eandem existentiam cum termino, cum eadem actione producatur, qua terminus.

2. Conclusio. probatur. Secunda conclusio. Motus formaliter distinguuntur à suo termino. Probatur, quia motus est via & progressio ad terminum, est velox aut tardus, est quid successiuum & compositum ex partibus quæ per mutata esse distinguuntur: hæc autem non possunt dici de termino ipsius. Ergo

Dubitatio. motus distinguitur à suo termino, non quidem realiter, sed formaliter. Quæ res forsan si contingat eundem numero terminum diuersis vicibus acquiri, an futurus sit

idem

idem numero motus. Respondeo nen futurum absolutè eundem numero motum: licèt enim idem sit motus quo ad realitatem, non tamen est idem quoad formalitatem; est enim idem numero terminus qui acquiritur, sed non est eadem numero acquisitio. *Resp. ens.*

Quomodo motus distinguatur à subiecto seu mobili.

QVAESTIO III.

PRæmonemus hîc, bifariam, quod ad rem præsentem attinet, quoduis mobile sumi posse; nimirum vel prout est affectum quantitate, vel absolutè secundùm suam essentiam substantiámve. Quo posito,

Sit prima conclusio. Omnes motus distinguuntur re à mobili secundùm substantiam spectato. Probatur, quia motus sunt idem re cum formis, quæ per ipsos acquiruntur, vt præcedenti quæstione probatum est; ex verò formæ differunt re à substantia mobilis, nam quantitas, vbi, & qualitas, quæ sunt termini motuum Physicorum, nempe accretionis, lationis, & alterationis, distinguuntur reipsa à substantia quæ est subiectum horum motuum. *1. Conclusio. Probatur.*

Secunda conclusio. Motus omnes excepta latione distinguuntur reipsa à mobili secundùm quantitatem considerato: nam motus sunt idem re cum terminis ad quos tendunt, hi verò à quantitate mobilis re ipsa differunt: Excipimus tamen lationis terminum, quia nihil aliud est quam vbi, quod vt in progressu patebit à quantitate mobilis, prout modò huic, modò illi parti spatij respondet, non distinguitur. Si obijcias terminum accretionis esse ipsam quantitatem, sicque non distingui à subiecto secundùm quantitatem considerato. Respondetur differre eiusmodi terminum à quantitate mobilis, non quidem ab ea quæ tunc acquiritur, sed à quantitate integra subiecti, quæ ex quantitate denuo accedente, & ea quæ in subiecto præerat, coalescit. *2. Conclusio. Obiectio. Solutio.*

Si obijcias iterum motum Angeli localem non distingui realiter à substantia Angeli ad hanc vel illam partem spatij applicata: Istud quidem vltrò concedimus, sed negamus repugnare nostræ conclusioni quæ de physicis duntaxat lationibus, cuiusmodi non est motus Angeli intelligitur. *Obiectio. Solutio.*

An motus in tribus tantùm categorijs versetur.

QVAESTIO IV.

Quæst. propositæ sinsus.

SEnsus propositæ quæstionis est, An motus propriè sumptus ad tres tantùm categorias, Quantitatem nempe, Qualitatem, & Vbi per se tendat, ita vt tres sint tantùm immediatæ species motus proprie dicti, nempe accretio, quæ ad quantitatem: alteratio, quæ ad qualitatem; & latio; quæ ad vbi, pertineat. Cui quæstioni vt satisfiat, notandum est primò motum physicum & successiuum tripliciter accipi posse: primò latissimè, pro qualibet mutatione successiua, siue sit actus entis in potentia etiam ad formam substantialem, siue sit actus entis in potentia ad formam tantùm accidentalem. Secundò, minùs latè pro mutatione successiua, quæ est actus entis in potentia ad formam tantùm accidentalem, siue inter contrarios, siue inter contradicentes terminos versetur, sicque omnes & solas mutationes accidentarias successiuas comprehendit. Tertiò, paulo pressius pro ea tantùm accidentali mutatione quæ cernitur inter contrarios terminos, cùm scilicet à contrario in contrarium pergitur.

Notandū 1. Physici motus acceptio triplex.

Notandū 2. Contraria tripliciter dicuntur.

Secundò notandum est, Contraria quoad rem præsentem spectat, tripliciter dici posse: Primò, maximè propriè, quæ sub eodem genere posita maximè distant, eidémque subiecto vicissim insunt. Secundo, minùs propriè dicuntur contraria, quæ cùm positiua sint, aliqua tamen peculiari ratione inter se opponuntur: quia nempe inter ea cernitur quædam latitudo intensionis, aut extensionis, aut distantiæ. Sic opponitur calor remissus intenso; maior quantitas minori, vnum vbi, alteri. Tertio impropriè contraria appellantur quæcunque priuantia.

Notandū 3. In termino motus acceptio duplex. Affirmatiua.

Tertio notandum est, vt aliquid per se motum secundo modo sumptum terminet, duas cõditiones esse necessarias: altera est, vt habeat contrarium saltem secundo modo: altera vt sit aliquid quod per se producatur, & subiectum vere imminuat. Defectu prioris conditionis non est motus ad substantiam, cùm nihil habeat modo supradicto contrarium. Defectu verò posterioris non est motus ad relationem, actionem, passionem, &c. quia vel illa non sunt per se producibilia, vel subiectum per se non immutant.

Quare

Quare tenendum est motum secundo modo sumptum nonnisi in tribus categorijs versari, quantitate scilicet, qualitate, & vbi. In illis enim tribus duæ conditiones supradictæ reperiuntur, siquidem formæ horum prædicamentorum seruant contrarietatem saltem secundo modo explicatam, de qua locutus est Aristoteles, & præterea non sine subiecti aliqua mutatione adueniunt. Vnde tres tantùm existunt motus propriè dicti species, accretio, alteratio, & latio, sub quibus permultæ aliæ species mutationum continentur. De quarum vnitate & distinctione hoc generatim tenendum est.

3. Motus species. De vnitate ac distinctione motuum.

Motus esse eosdem vel diuersos genere, quorum sunt ijdem vel diuersi genere termini. Sic omnis motus ad quantitatem est idem genere, quia est idem genere terminus ad quem tendit, nempe quantitas. Idem de motu ad qualitatem & ad vbi dici potest, qui motus sunt etiam inter se genere diuersi, quia illorum termini genere differunt. Præterea tenendum est motus esse eosdem specie vel diuersos, quorum termini specie idem sunt vel diuersi: quò fit vt motus ad quantitatem sit vnicus specie, nempe accretio, quia ad vnicam speciem quantitatis tendit: At verò cùm multæ sint tùm qualitatum tùm locorum differentiæ: hinc fit vt multæ sint, tùm alterationum cùm lationum species. Denique tenendum est vt motus censeatur idem numero, necessarium esse idem numero mobile, eandem numero formam, & idem numero tempus; quòd si quid horum defuerit, non erit idem numero. Quò fit vt si virtute diuina eadem numero forma iam extincta reproduceretur, non foret idem numero motus, quia non fieret eodem tempore.

Quomodo motus incipit ac desinit.

QVAESTIO V.

Notandum.

AD pleniorem intelligentiam rei propositæ, scien-dum est quod quemadmodum in quantitate continua permanenti præter partes diuiduas ex quibus constat quantitas, dantur indiuisibilia, quibus partes illæ intelliguntur copulari: Sic in quantitate continua & successiua præter partes continuas ex quibus constat, dantur quædam indiuisibilia quibus partes illæ copulantur, quæ in tempore dicuntur instantia, in motu verò dicun-

Indiuisibilia motus quanam sint.

tur mutata esse : vnde cuilibet parti temporis respondet pars aliqua motus, & cuilibet instanti temporis respondet aliquod mutatum esse ; & sicut totus motus à toto tempore mensuratur, sic partes motus à partibus temporis & indiuisibilia motus ab indiuisibilibus temporis mensurantur.

1. Conclusio. Hoc posito sit prima conclusio: Motus nunquam incipit ab ipso mutato esse, licet sæpiùs in ipso desinat. Prior pars huius conclusionis probatur ex ipsa ratione mutati esse, quod necessario importat partẽ aliquam motus præcessisse. Posterior facilè suadetur, quia in eo instanti quo mobile moueri desijt, si non pereat in eodem instanti vltimo, mutatum esse dicetur. Quod si contingat mobile in eo momento quo deberet vltimò mutatum esse, interire, tunc motus ille non terminabitur intrinsecè permutatum esse, sed tantùm extrinsecè per primum sui non esse, sicut etiam extrinsecè incipit per vltimum sui non esse.

2 Conclusio. Secunda conclusio. In motu non datur prima pars versus initium, nec vltima versus finem : quasi data qualibet parte versus initium, non posset alia assignari in ea minor, quæ ante illam fuerit, & data alia versus finem non queat similiter in ea designari alia minor quæ vlterior sit.

Ratio huius conclusionis. Hæc perspicua est cùm quælibet pars motus sit continua, & quodlibet continuum infinitè secari possit. Ex his intelligere est nihil dari positiuum à quo motus primùm incipiat, sed motum omnem ab aliquo indiuisibili extrinseco negatiuè incipere, quod dicitur vltimum non esse motus, dari tamen vt plurimum aliquod positiuum intrinsecum in quo motus vltimò desinat, nempe vltimum mutatum esse, quod dicitur primùm non esse motus : & licèt illud mutatum esse non sit pars motus, est tamen aliquid motus ; sicut punctum lineæ non est pars lineæ, sed est aliquid lineæ.

An latio seu motus localis sit inhæsiuè in ipso mobili.

QVAESTIO VI.

Communis opinio. PLerisque, in primis D. Thomæ visum est lationem nõ inhærere, sed extrinsecus tantùm adiacere mobili, eò quod existiment terminum motus localis esse locum circum-

Digitized by Google

circumiacentem : motum autem omnem eundem esse realiter cum suo termino: quare cum locus sit superficies inhærens corpori circumiacenti, necesse est vt motus eidem inhæreat, non verò mobili.

Aliorum probabilior opinio tenenda.

Verùm longè probabilior est Scoti & aliorum sententia, lationem inhærere mobili, cùm motus definiatur ab Aristotele, Actus mobilis Physic. l. 3. c. 3. nec possit intelligi rem aliquam moueri, nisi in ipsa motus inhæsiuè & formaliter insit. Adde motum fieri posse in vacuo, ex suprà dictis in disputatione De loco. Atqui talis motus non potest inhærere in corpore circumstante, cum ibi nullum corpus reperiatur, inhæret igitur in ipso mobili. Denique primum mobile vero & reali motu agitatur, & tamen iuxta Aristotelem nullo alio corpore ambitur, sicque motus primi mobilis non nisi in ipso mobili esse potest.

Probatur. 1. 2. 3. 4.

Valde notandum de terminis motus localis.

Quare conformiter huic nostræ sententiæ arbitramur immediatum & proprium terminum motus non esse superficiem corporis ambientis, sed esse ipsum Vbi, seu existentiam in spatio, quæ nihil aliud est præcisè & formaliter quàm modus quidam quem sortitur quàtitas rei mobilis prout nunc huic nunc illi parti spatij siue veri siue fictitij respondet. Ex quo intelligis terminum hunc esse eundem reipsa cum quantitate, non verò cum substantia rei mobilis, quia substantia corporea nonnisi per quantitatem certo vbi circunscribitur. Secus res habet in Angelis, qui cum sint corporeæ molis expertes, non secundùm quantitatem, sed secundùm substantiam in suo vbi constituuntur. Cæterùm Aristoteles cùm de latione differit, non expressam facit mentionem vbi, sed loci, quia locus notior est, & ex eius differentiis intelliguntur differentiæ ipsius Vbi. Ex iis etiam intelligere est, licet nihil repugnet indiuisibile virtute diuina separatum à continuo, verbi gratia, punctum separatum à linea, moueri continuè & successiuè, itaut per motum lineæ adæquetur; non tamen motum illum esse propriè localem & physicum, quia per eum non acquiritur locus, nec verum & physicum vbi, cùm punctus nullum spatium propriè occupet, sicque talis motus nonnisi analogicè cum vero & physico motu corporeæ molis conuenit.

Terminus lationis idem re cum quàtitate mobilis.

Digitized by Google

Quanam sint practicae lationum differentiae.

QVAESTIO VII.

Latio duplex.
Essentialis.
Accidentalis.

LAtio siue motus localis alias habet essentiales differentias quę petũtur à terminis, nempe à diuersa formali ratione. Vbi, per quas diuiditur in proprias species, vt cùm diuiditur in motum orbicularem & rectũ, & quidem in rectum ad superum locum, & in rectum ad inferũ. Alias verò habet accidentales differentias, quæ aliunde quàm à terminis petuntur, per quas diuiditur motus in species quasdam accidentales: sicque primò diuiditur in motum naturalem & violentum; secundò in motum directum & reflexum; tertio in motum tardum & velocem; Quarto in regularem & irregularem: De quibus nonnihil sigillatim dicendum est.

De motu naturali & violento.

Et quidem circa primam diuisionem, notandũ est eam peti à principio motus; is enim dicitur naturalis: cuius principium in ipso mobili à natura insitum est. Violentus verò, cuius principium aliunde petitur, itaut ipsi mobili vim inferat. Et quoniam de motu naturali grauium & leuium alius est dicendi locus, vna tãtum difficultas explicanda est de motu violento proiectorũ: verbi gratia: cùm lapis sursum proiicitur, motus iste est violentus, quæstio est quodnam sit principium eius motus. Respondeo principium illud esse duplex, vnum principale externum in mouente seu proiiciente, nempe virtutem ipsius motricẽ: alterum instrumentale impressum mobili seu rei proiectæ, vulgò dicitur vis impressa; non negandum est etiam aerem agitatum aliquid conferre ad motum illum incitandum. Cæterum quãdiu viget in lapide proiecto virtus illa expressa, tandiu versus illam partem mouetur lapis in quam proiectus est: & quia paulatim hebescit virtus impressa, hinc fit vt motus ille violentus paulatim lentescat donec omnino deficiat. Imprimitur autem corpori proiiciendo virtus illa dum adhuc cum ipso proiiciente coniũctũ & immediatè antequã à proiiciente deferatur, & quidem successiuè ac eo intẽsior quò proiiciens est validius.

Enodatur difficultas de motu proiectorum.

De motu directo & reflexo.

Quod spectat ad secundam diuisionem; Motus directus ille dicitur, quo directè vsque duntaxat terminus acquiritur,

Digitized by Google

ritur, vt cùm lapis directè in terram decidit. Reflexus verò is dicitur quo mobile progreditur & regreditur versus eum locum à quo incipit moueri, cuiusmodi est motus quo pila versus parietem proiecta resilit, Itaque motus directus est simplex, reflexus verò est complexus seu ex duplici motu, progressu nempe & regressu compositus. Potest autem motus reflexus esse eiusmodi, vt tàm progressus quàm regressus sit violentus, vt patet in motu pilæ in parietem proiectæ: vel vt alter sit naturalis, alter violentus, vt patet in pila sursum proiecta, quæ postea suopte nutu deorsum tendit, vel in eadem deorsum decidente, & mox occursu pauimenti resiliente: nam illic progressus est violentus, & regressus naturalis, hic verò contra.

Dubitatio.

Est autem hic difficultas valde controuersa; vtrùm in puncto reflexionis vbi incipit mobile resilire, intercipiatur quies, itaut mobile per aliquam temporis moculam quiescat antequam regrediatur, an verò inter progressum & regressum instans duntaxat intercipiatur. Non est, opinor, quod in re minimi momenti diutiùs hæream: probabile est, cum vterque progressus & regressus est violentus, non intercipi quietem, & cum progressus est violentus, & regressus est naturalis, tunc probabile est intercipi quietem si corpus proiectum nihil offendat. Probabile etiam est progressum esse motum numero distinctum à regressu, siue inter vtrumque intercipiatur quies, siue non, eò quod termini sunt oppositi.

Vtrum in puncto reflexionis intercipiatur quies.

De motu tardo & velocè.

Quod spectat ad tertiam diuisionem motus in tardum & velocem, vnica difficultas occurrit, vnde nam oriatur velocitas motus & tarditas. Vbi nota illud velocius moueri, quod breuiori tempore saltem æquale spatium, vel quod æquali tempore maius spatium conficit: quo posito respondetur ex tribus causis velocitatem aut tarditatem motus oriri posse, nempe ex mouente, mobili, & medio per quod fit motus. Ex parte quidem mouentis si in eo vis motiua vegetior sit, aut languidior. Ex parte mobilis, si fuerit magis vel minùs ponderosum aut leue. Denique ex parte medij, si fuerit densius aut rarius: Patet enim experientia lapidem citiùs per aerem moueri, quam per aquam: medium enim rarius mobili minus resistit.

Digitized by Google

De motu regulari & irregulari.

Denique, quod ſpectat ad quartam diuiſionem, vocatur motus regularis qui eandem ſeruat in omni parte æqualitatem, irregularis verò qui eam non ſeruat, ſed in vna parte eſt velocior, in altera tardior. Oritur autem iſta irregularitas in motu vel ex cauſa quadam externa, puta ex medio, quod in vna parte erit rarius, in altera denſius, vel quod in vna parte valentius propellat mobile quàm in altera: quæ cauſa eſt cur grauia & leuia citius moueantur circa finem quam in principio vel medio, quia validius propelluntur ab aëre circumſtante circa finem: vel oritur ex cauſa interna, vt in animalibus ex diſpoſitione facultatis motricis: ſic enim animalia tardius mouentur in principio & in fine motus, celerius autem in medio. Cuius rei ratio eſt quod initio motus nondum excitati ſunt ſpiritus illi calidiores qui facultati motrici opitulantur, circa finem verò pene exhauſti ſunt: at in medio motu, cùm iam excitati ſint, nec dum exhauſti, valentiores ſunt.

An quidquid mouetur ab alio moueatur.

QVAESTIO VIII.

Aliquid moueri dicitur 3. modis.

CEleberrimum eſt iſtud Ariſtotelis axioma: nihil à ſe ipſo moueri, ſeu, quod eodem recidit: Omnia moueri ab alio. Ad cuius intelligentiam notandum eſt ex 5. Phyſ. c. 1. & 2. tribus modis aliquid dici poſſe moueri: nimirum per accidens, per aliud, & per ſe primo. Moueri per accidens, eſt moueri tantùm ad motum alterius, quomodo mouetur is qui equo inſidet, vel cymba vehitur, Moueri per aliud eſt moueri ratione partis, vt cùm totus homo ſanari dicitur, quia manus eius læſa curatur. Denique moueri per ſe primò, eſt moueri non alieno, ſed proprio motu, idque ſecundùm ſe totũ, quomodo lapis mouetur, dum deorſum cadit. Conſtat autem aliquid moueri poſſe, à ſeipſo, tùm per accidens cùm per aliud: per accidens quidem, vt cum quis equo inſidens ipſum ad curſum incitat, aut qui in cymba eſt, illam remis impellit: Dum.n. ille equum incitat, ſeipſum quoque per accidens incitat; & dum hic cymbam remis impellit, ſeipſum quoque per accidẽs mouet. Per aliud verò vt cùm quis dextra manu ſiniſtrã mouet, dici poteſt ſeipsũ mouere per aliud.

Quomodo aliquid improprie à ſeipſo poſſit moueri.

Sic

Sic quia cerebrum innata frigiditate in præcordia influit, & cor innato calore cerebri frigiditatem temperat, potest dici corpus humanum à seipso moueri per aliud.

At verò difficultas est, an possit aliquid per se primò à seipso moueri, ita vt totum se immediatè moueat. Negant pleriq; absolutè, idque duce, vt videtur, Aristotele. Nihilominus tamen, vt liberè dicam quod sentio, non videtur hæc Aristotelis sententia mordicus defendenda: Contrarium enim conuincunt multæ experientiæ: Imprimis cum lapis suopte nutu decidit, aut ignis sursum nititur, à nullo alio nunc quàm à se ipso mouetur. Quod verò ex vulgata Aristotelis opinione dici solet, grauia & leuia à generante moueri, imaginarium est, & alibi pleniùs confutabitur. Deinde aqua calefacta sese ad pristinum frigus reducit, quod non ab alio quàm ab ipsa fit. Denique in animalibus hoc notius est quàm vt probatione indigeat: Quis enim dixerit equum vel canem, dum escam quærit, ab alio effectiuè moueri quàm à seipso?

Assertio secunda.

Aliquid à seipso prioriè moueri posse probatur 1.

2.

3.

Diligenter autem notandum est, licèt vnum idemque suppositum iuxta nostram hanc sententiam sit mouens & mobile respectu sui motus, non tamen hoc dici posse secundum idem principium, sed dicitur mouens secundùm principium actiuum, nempe formam: mobile verò secundùm principium passiuum, nempe materiam. Vbi obiter nota in animalibus, non tantùm idem suppositum dici mouens & mobile respectu sui motus progressiui secundùm illa duo principia communia, materiam (inquã) & formam, sed præterea secundùm partes distinctas, ita vt in vna sit potentia actiua, in alia verò passiua, Sic enim cor dicitur primum mouens in animali, iuxta Aristotelis opinionem, reliqua verò membra sunt mobilia.

Notandum.

Non est etiam istud prætereundum, quod licèt res naturales, etiam inanimatæ verè dicantur à seipsis moueri, eò quòd insitum habeant tùm actiuum cùm passiuum sui motus principium: nihilominus tamen non tàm propriè dici seipsas mouere, eò quòd hic modus loquendi prænotionem quandam finis inuoluit, quæ non nisi in rebus sensu præditis reperitur.

Aliud est à seipso moueri, a iuxta se moueri.

Denique obseruandum est verum esse illud axioma, nihihil à seipso moueri, si intelligatur de mutatione quauis corruptiua, item etiam de quauis mutatione tùm sub-

ſtantiali cùm accidentali in qua locum habet vera actio & paſſio, cuiuſmodi eſt generatio, corruptio, alteratio, accretio, non item latio, in qua ægrè actio & paſſio à motu diſcernuntur.

An mouens & mobile debeant eſſe ſimul.

QVAESTIO IX.

Quorundam opinio probatur multis experientijs.

SEnſus propoſitæ quæſtionis eſt: an mouens coniunctum eſſe debeat cum mobili, vt ipſum primo & ſine intermedio agente moueat, ita vt ſi diſtet mobile à mouente, non poſſit primò per ſe influxum ab ipſo recipere. Non enim deſunt qui exiſtiment, aliquid poſſe primo per ſe agere in ſubiectum diſtans non agendo in intermedium, quod probant multis experientijs; vt primò quòd magnes trahit ad ſe diſtitum ferrum. Secundò, faſcinantes ſolo intuitu nocent. Tertiò torpedo manum eius qui ſe reti vel arundine attigerit, ſtupefacit: Quartò ignis aquam in lebete excalefacit fundo ipſius lebetis intermedio frigeſcente. Quintò, Sol remotiſſimus à terra in ipſius viſceribus lapides & metalla procreat. Sextò denique, Phantaſia in cerebro appetitum in corde reſidentem immediatè mouet.

Probabilior ſententia.

Conſtans tamen aliorum ſententia eſt, eaque planè vera & Ariſtotelica, nihil omninò poſſe in rem diſtantem primò agere, ſed prius agere in id quod ſibi vicinum eſt. *Probatur 1.* Neque enim alia ratio reddi poteſt, cur agens nec tam citò, nec tam efficaciter operetur indiſtans quàm in proximum, quàm quia prius ei decurrendum eſt medium per quod virtus agentis diffuſa, debilitatur. 2. Deinde hæc videtur præcipua ratio, cur natura tantopere vacuum horreat: nempe videlicet influxus ſuperiorum corporum, qui per alia corpora interfuſa propagari debet, impediatur. 3. Denique Theologi ex eo quod Deus vbique operetur, colligunt vbique Deum eſſe. Quò ſpectat illud Pſal. 138. *Si aſcendero in cœlum tu illic es, &c.* Et illud Pauli Actor. 17. *Quamuis non longè ſit ab vnoquoque noſtrum, in ipſo enim viuimus, mouemur & ſumus.*

Ad ſupradicta experientias reſpondetur.

Ad primam de virtute magnetis.

Supradictis igitur experientijs ſatisfaciendum eſt. Itaque ad primam de magnete: reſpondetur magnetem non primò agere in ferrum diſtans, ſed occultam quandam attra-

attrahendi vim per intermedium aërem propagare, quæ vbi ferrum offendit, suum effectum sortitur. Neque obstat quod aërem non attrahat, non enim necesse est vt qualitas, cuius interuentu agens operatur, eoldem effectus in corporibus interiectis indiscriminatim eliciat. Ad secundum de fascinatione, respondetur fascinum illarum duobus modis fieri posse, vno diris imprecationibus & fœdere cum Dæmonibus inito, & tunc non ille fascinator suo visu, vel characteribus, sed Dæmon est qui occulta vi perniciem & exitium molitur: altero modo fieri potest naturaliter propter vim quandam maleficam: quæ ex insito aut aduentitio corporis habitu quibusdam obtingit: illi enim ex oculis & tota facie eiusmodi noxiã qualitatẽ quasi iaculum veneno illitum exteriùs vibrant: & cùm ambientem aërem afflatu suo primùm vitiarint, tùm longius diffundunt, & eos quos attigerint, haud rarò lædunt, sicque non agunt in distans nisi per intermedium. Ad tertiam de torpedine, dicendum est torpedinem non primò seu immediate agere in manum tendentis retia, aut lineam tenentis, sed immissa priùs per intermedia retia & virgam qualitate manum piscantis afficere. Ad quartam respondetur, fundum lebetis esse tepidum aqua feruescente, quia nimirum partes aquæ calidiores sursum efferuntur, & partes aquæ crassiores, quæ propter sui densitatem frigus commodiùs retinent, deorsum deferuntur: atque ita ex ea parte lebetis non potest tam citò vinci aquæ resistentia: nihilominus tamen per alias lebetis partes secundùm quas non ita resistit aqua, penetrat actio ignis, & prævalet ad inducendum calorem intensum in aquam ferè totam, quousque tandem ipso etiam fundo calefacto, aqua omnino debelletur. Ad quintam respondetur, Solem non nisi propagato, per intermedium aërem, suæ virtutis influxu quicquam in his inferioribus moliri. Ad sextam respondetur, nihil absurdi esse vnam facultatem in aliam à se diffitam immediatè agere, modo vtraque sit eiusdem suppositi, & vna ad alteram ordinetur. Ad id enim sufficit præsentia principis causæ, nempe animæ, quæ modò vna facultate vtitur, modo altera: Verbi gratia, vbi anima per phantasiam rerum obiectarum imagines & simulachra excepit, mox excitato sui ipsius appetitu, res illas aut consectatur aut auersatur.

Ad secundam de fascinatione.

Ad tertiam de torpedine.

Ad 4. de fundo lebetis.

Ad 5. De influxu Solis.

Ad 6. De actione phãtasiæ in appetitum.

Qualisnam esse debeat primus motor iuxta Aristotelem.

QVAESTIO V.

CVm Aristoteles nihil à seipso moueri, nec tamen progressum in infinitum in causis admitti posse docuerit in Physicis: Inde colligit deueniendum esse ad aliquem primum motorem immobilem, à quo cætera omnia quæ mouentur, pendeant: Ipse verò à nullo pendeat. Vult itaque eum esse primum, ne detur progressus in infinitum: Præterea immobilem, si enim mouetur, deberet ab alio moueri, cum quidquid mouetur, ab alio moueatur. Addit præterea Aristoteles eundem esse incorporeum, & omnis quantitatis expertem: si enim esset quid corporeum, deberet constare magnitudine infinita, cum sit infinitæ virtutis: virtus enim infinita non nisi in magnitudine infinita recipi potest. Esse autem infinitæ virtutis ex eo colligit, quòd ab æterno seu per infinitum tempus indefesse primum cœlum per se seu non ab alio impulsus moueat: Cúmque ille primus motor nullo proprio circunscribatur loco, nihilominus censuit Aristoteles eum peculiari quadam ratione in summo cœlo residere, & quidem maximè in ea supremi cœli parte quæ rapidissimè agitatur, vt est ea in qua circulus æquatoris describitur, quia inibi vim suam mortalibus clarius ostendit, simúlque suam in operando summam æquabilitatem & indefessum laborem. Hæc & similia de primo motore ab Aristotele l. 7. & 8. Phys. passim differuntur. Sed hæc de motu, atque adeò de principijs, causis, & proprietatibus communibus rerum naturalium satis.

1. *Motor supremus. Immobilis, Incorporeus. Infinitæ virtutis.*

In supremo cœlo residens.

SECVN-

SECVNDA PARS PHYSICÆ.

De corpore naturali inanimato.

PRÆFATIO.

QVONIAM res inanimatæ natura sunt priores ac simpliciores rebus animatis, idcirco explicatis in prima parte iis quæ ad generalem rerum naturalium speculationem pertinebant: opere pretium visum est, illico in hac secunda parte præcipuas rerum inanimatarum species aggredi explicandas: cùm non tantùm natura priores, sed etiam cognitu faciliores rebus animatis, de quibus in tertia parte differetur, existant. Et quoniam sunt tria rerum inanimatarum genera, nempe Cœli, Elementa, & quæ ex iis constant mixta corpora, ideò tres erunt huius partis tractatus: Primus erit de mundo & Cœlo, cui breuem Geographiæ institutionem per modum appendicis subiungemus. Secundus de Elementis. Tertius de Corporibus mixtis.

Tres huius partis Tractatus.

PRIMVS TRACTATVS HVIVS partis.

De Mundo & Cœlo.

CVm Cœli, elementa, & quæ in iis continentur omnia, non tantùm considerari possint quatenus sunt species corporis naturalis, sed etiam quatenus sunt partes componentes totius vniuersi: Idcirco antequam ad

Digitized by Google

singulas ipsius vniuersi seu mundi partes accedamus, vtile fuerit de mundo nonnihil differere. Quare in hoc tractatu disputationem de mundo, disputationi de Cœlo, quæ est potissima pars vniuersi, præmisimus.

PRIOR DISPVTATIO *huius tractatus.*

De Mundo.

QVAESTIO I.

TOta hæc naturæ sensibilis moles, ab elegantia Mundus, ab artificio Machina, ab interno sui principio Natura, ab immenso rerum omnium complexu Vniuersum, & etiam à præcipua sui parte οὐρανὸς, id est, Cælum ab Aristotele nonnunquam appellatur. Describitur ab eodē Aristot. libello de Mundo ad Alexandrum, Compages è cœlo terraque coagmentata, atque ex iis naturis quæ in his intus inclusæ sunt. Itemque alio modo ibidem: Rerum omnium ordo, pulcherrimáque descriptio, quę à Deo & per Deum conseruantur. Ex quo intelligis Mundum hunc esse vnum quid non natura & essentia, sed vnum ordine & multarum rerum serie. Quomodo nauis vna, exercitus vnus, vna quoque ciuitas aut Respublica dicitur: eundem esse perfectum ex tribus colligitur. Primò ex absoluta ratione rerum singularium ex quibus constat. Secundò ex grata naturarum varietate ac distinctione: Tertiò ex concinno suarum partium ordine.

Mundus perfectus.

Mundus vnicus.

Licet autem nullæ suppetant physicæ rationes quæ cōuincant esse Mundum vnicum; cùm Deus pro libito plures potuerit procreare: nihilominus tamen id fidei Catholicæ planè consentaneum est; cùm sacræ paginę huius tantùm mundi creati & redempti mentionem faciant, & omnia Dei opera in ipso contineri non obscurè nec semel insinuent. Lege D. Tho. 1. p. q. 47. art. 3.

Dubitatio. Responsio.

Si quæras, num mundus iste perfectior à Deo fieri potuerit? Respondeo non potuisse quoad perfectionem essentialem earum specierum quæ in ipso cōtinentur: sed tantùm quoad accidentariam. Essentiæ enim rerum sunt indiuisi-

Digitized by Google

indiuisibiles,nonitem accidentia. Adde perfectiorem posse fieri nouarum partium specierum additione, quamuis hoc posito non videretur esse idem numero vniuersum quod nunc: solet enim totum integrum aliud fieri additione vel substractione partium.

An mundus sit ab æterno.

QVAESTIO II.

VIguerat ante Aristotelem communis omnium fermè veterum fortasse ab Hebræis accepta sententia, Mũdum originem habuisse, quam post Mosem Trismegistus in Pimandro, & post hos in Timæo Plato descripsit: Vbi autem inualuit Aristotelis, qui mundum ab æterno esse docuit, authoritas, graues ortæ sunt inter Philosophos de origine mundi controuersiæ, donec orto Sole, & discussis gentilium tenebris, profligata hæc, & ad exitum adducta quæstio est. Sic enim fides docet, Deum ab initio omnia ex nihilo condidisse, Adamum priorem omnium hominum extitisse, Messiam in plenitudine temporum aduenisse, & cætera, quæ cum æternitate mundi nullatenus stare possunt. Nec adhuc rationes naturales desunt, quibus si non omninò demonstratiuè (quod fieri vix posse arbitror) saltem valde probabiliter incepisse concluditur. *Mundus inepisse probatur.* 1. Primò quod tam graui & vnanimi omnium fermè hominum consensu asseritur, id non nisi ab ipsa voce sensúque veritatis duci videtur, & qui naturam attentè contemplatur, hanc ab ipsa vocem, nempe omnia à Deo aliquando facta esse percipit. Secundo: Constat qua ætate floruerint 2. omnium artium inuentores: Nõ est autem probabile infinita præcedentium annorum serie absque artibus vixisse genus hominum. Præterea omnia quæ extant historiarum conscriptarum monumenta, Noetico diluuio recentiora esse comperiuntur. Denique cum successu tẽporis humanorum corporum ætas & quantitas decrescat: si iam elapsa essent à creatione mundi infinita secula, iã homines ad minimam ætatem & quantitatem deuenissent. Et certè apertissima sunt incommoda, quibus ipse Aristoteles posita mundi æternitate inuoluitur. Quale est illud, nempe dari aliquid actu & categorc matice infinitũ. Cum enim iam infiniti homines extiterint, quorum animę re-

manent immortales, certè infinitus esset nunc animarum numerus, sic infinitę cœlorum conuersiones pręteriissent. Fundamentum autem quo nititur Aristoteles, nempe ea quæ sine carent, initio quoque carere, ruinosum est, & sola negatione excutitur. Quod spectat ad rationes quibus Aristoteles eiusque discipuli mundi æternitatem astruere conati sunt, non sunt adeò validæ, vt in eis dissoluendis diutiùs immorari necesse sit.

Fundamentum Aristot. pro mundi æternitate.

An mundus ab æterno esse potuerit.

QVAESTIO III.

Sensus quæst. Propositio.

SEnsus quæstionis est, An Cœli & Elementa, & cætera ex quibus tanquam præcipuis partibus vniuersa mũdi moles coagmentatur, ab æterno creari potuerint: Licet enim de facto omnia in tempore condita sint, nihilominus tamen quæritur, an repugnet virtuti diuinæ eadem ab omni æternitate fieri. Cui dubitationi triplici conclusione satisfiet.

1. Conclusio.

Prima conclusio. Nihil repugnat creaturam natura sua incorruptibilem, vt Angelos & cœlos esse ab æterno. Probatur, quia si repugnaret, eiusmodi repugnantia se teneret ex parte creantis, vel creationis, vel rei creatę. Non primũ, quia Deus est infinitæ virtutis, nec est impossibile apud ipsum omne verbum: Non autem secundum: si quid enim ex parte creationis obstaret, maximè quia creatio dicitur productio rei ex nihilo, quod non videtur posse intelligi, nisi præcesserit aliquod tempus in quo res nondum fuerit: sed id non impedit, quia istud fieri ex nihilo in iis quæ ab æterno creantur, non significat ordinem seu habitudinem inter esse & non esse: sed tantum independentiam agentis à subiecto, hoc est, rem sola virtute agentis fieri independenter à materia. Denique non repugnat ex parte rei creatæ: licet enim Creatori videretur aliqua ratione adæquari, nempe quoad durationem, non tamen absolutè & simpliciter, quia semper esset creatura ab ipso creatore dependens, ab ipso posterior: non secus ac splendor Solis ab æterno existentis posterior natura foret ipso Sole, quamuis tempore illi coæternus.

Fundamentalis ratio.

2. Concl.

Secunda conclusio. Res generabiles & corruptibiles in suo statu & motu naturali relictæ non potuerunt fieri ab æterno:

æterno : si tamen intelligantur à Deo conseruari in eodem statu superstites absque vlla mutatione aut successione, nihil videtur repugnare. Prior pars cõclusionis probatur, quia sequeretur motum naturalem non esse naturalem, quod implicat: esset quidem naturalis ex hypothesi, non esset tamen naturalis, quia limitatio à natura tempore non fieret, sed per infinitum tempus duraret, quod confirmatur exemplo mulieris grauidæ, quæ non potest intelligi ab æterno creata, & simul in suo naturali statu relicta: vt attentè consideranti patebit.

Tertia conclusio. Motus physicus ac propriè dictus non potest esse ab æterno, excepta forsan circulari latione. Probatur, quia eiusmodi motus est per quem successiuè & continuè acquiratur quantitas, qualitas, aut vbi. Si igitur admittatur ille motus ab æterno, admittendum erit aliquod infinitum actu & syncategorematicum in extensione aut intensione, nempe infinita quantitas aut qualitas, aut spatium aliquod infinitum : atqui in disputatione de infinito eiusmodi actualem infinitudinem authore Aristotele refutauimus. Quod autem de vero motu diximus, idem sentiendum est de continua, & successiua adgeneratione, per quam noua, & noua subinde entitas substantiæ acquiritur : si enim talis adgeneratio ab æterno admitteretur, admittenda quoque esset infinita quædam substantiæ entitas. Lationem autem circularem valde probabiliter excepimus, quia nullum ea posita videtur sequi notabile incommodum. Neq; enim ad eam infinitum requiritur spatium, sed tempus duntaxat: quod non est absurdum admittere, cùm eius partes omnes nunquam sint simul, neque ex eo aliquid infinitum actu relinquatur.

3. Concl.

Circularis latio potest esse ab æterno.

Quomodo Mundus fuerit productus.

QVAESTIO IV.

PRobabile est, Aristoteli visum esse Deum non tãtùm mundi supremum gubernatorem, sed etiam genitorẽ rerum omnium esse: Quamuis in hoc peccauerit, quòd ipsum ab æterno ex quadã veluti naturæ necessitate mũdum genuisse voluerit. Sanior in hac parte Platonis mẽs, nisi subiectam menti opifici materiam desiderasset, iuniorum Deorum quos vocat, ministerium addidisset.

Digitized by Google

Mundum à Deo conditum esse probatur.

Verissimum illud quod Sacræ Literæ docent, Deum solum optimum maximum, nemine opitulante, ex nulla præiacente materia & nulla cogente necessitate mundum solo verbo, id est, sola voluntate absque vlla difficultate condidisse. Porrò mundum non à seipso, sed ab aliqua efficiente causa esse, multis rationibus colligitur. Primò, ex rerum omnium conseruatione, quæ nihil aliud videtur esse quam continua productio. Secundò ex prudenti eorum omnium, quæ in mundo sunt, regimine. Tertiò, ex infinita cuiusque rei perfectione: cuius ratio non aliunde quàm à libera opificis voluntate peti potest. Quartò, ex omnium huius vniuersi partium aptissima colligatione. Denique idem colligitur inductione facta per singulas res quæ in mundo reperiuntur, quarum nulla est quæ se sui ipsius causam esse audeat asserere; sed omnia se ab alio esse profitentur; quare, ne detur prógressus in infinitum, deueniendum est ad supremam rerum omnium causam, à qua omnia pendent.

1.
2.
3.
4.
5.

Mundi productio est Creatio.

Ea autem mundi productio non potest dici generatio, quia generatio fit ex præiacente subiecto: neq; etiam dici potest emanatio, quia emanatio fit necessario quodam & naturali fluxu; sed particulari nomine, appellatur creatio, quæ est libera productio rei ad extra ex nihilo: Estque eiusmodi actio transiens non immanens, vtpote quæ fit eadem realiter cum rebus creatis, non cum ipso creatore. Quare nihil verum & reale per ipsam actionem Deo formaliter accidit, sed tantùm extrinseca dominatio, eaque vera secundùm quam dicitur creator, cùm ante ipsam creator talis verè denominari non potuerit. Obijcies Deũ tempore creationis locutum fuisse cùm antea tacuisset, sicque aliud intrinsecus illi accidisse. Respondeo primò, verba illa quæ à Deo prolata per Moysem dicuntur accommodatè ad nostrum intelligendi modum allata fuisse, non quod verè Deus eo modo quo nos, externum sermonem protulerit. Deinde respondetur verba illa, etsi verè prolata fuerint seu edita, non fuisse aliud quam externa quædam signa sempiterni illius decreti, quo Deus ab æterno voluit mundum in illo temporis initio procreari.

Obiectio.

Solutio.

Creandi facultas cur Deo tribuatur.

Tandem, vt intelligas quomodo Deus ex nihilo omnia creare potuerit; Notandum est, quo agens est perfectius, eo paucioribus indigere, & minùs à materia subiecta dependere:

pendere: vnde existit insigne discrimen inter agens artificiale, naturale, & supernaturale, quod agens artificiale, quia debilius est, pro subjecta sibi materia requirit totum compositum naturale: agens verò naturale, quia fortius, alteram partem duntaxat compositi, nempe materiam primam, quæ est prope nihil. Denique agens supernaturale, quia virtutis est infinitæ, nullam sibi subiectam materiam desiderat, sed ex nihilo quodcunque voluerit potest efficere.

Quandonam Mundus inceperit & desiturus sit.

QVAESTIO V.

Anni ab orbe cond. vsque ad Christum 4022.

MVndus cõditus est annis iam ab hinc elapsis quinque millibus sexcentis & triginta circiter. Namque ab exordio mundi ad Christum natum colliguntur anni quater mille viginti duo, à Christo verò nato hucusque anni mille sexcenti & octo, ex quibus simul sumptis exsurgit supradictus numerus annorum 5630. & quidem de annis à natiuitate Christi ad nos vsque lapsis fermè constat: anni verò à mundi exordio ad Christum natum hunc in modum colliguntur, ab orbe condito ad diluuium anni sunt 1656. à diluuio ad Ægyptiacum exitum 827. ab illo exitu ad templum conditum 480. à templo condito ad capliuitatem Babylonicam 411. & quidem hi omnes anni ex sacris litteris certè colliguntur; iam verò à captiuitate Babylonica ad Christum vsque natum partim ex sacris, partim ex prophanis litteris colliguntur anni 618. ex quibus omnibus existit numerus annorum ab orbe condito ad Christum natum 4022.

Mundus verno tempore conditus.

Valde autem probabile est, mundum conditum fuisse verno tempore nostri hemisphærij, mense Martio, Sole tenente primum gradum Arietis, plenilunio existente. Consentaneum enim diuinæ Sapientiæ videbatur, vt à primo mundi ortu optimam anni tempestatem nostrum hoc hemisphærium, experiretur, quod quidem oppositio hemisphærio syderum aspectu ornatius, imperiorum & rerum publicatum administratione illustrius, denique Christi præsentia, & salutis nostræ mysterijs multò sanctius extitit. Optimam verò totius anni tempestatem esse Ver, indicat satis eius amœnitas, & peropportuna temperies ad res gignandas, tuendas, & promouendas.

Digitized by Google

Mundus mense martio conditus. Quod verò mense Martio conditus fuerit, vel ex eo colligere est, quod cùm Hebræi, more Ægyptiorum ab Autumnali tempore annum inchoarent, præcepit illis Deus vt mense Martio anni initium sumerent: adde quod eo mense liberati Pascha deinceps celebrarũt, & Christus eodem tempore humanam carnem assumpsit, mundúmque infenso patri propria sua morte conciliauit. Neque obstat quod legitur arbores tunc temporis maturis fructibus extitisse, id enim præter naturæ consuetum ordinem summi Parentis indulgentiâ in gratiam recens nati mundi effectum est, idque adhuc ad maiorem primorum parentum oblectationem simul & vtilitatem. Et quidem probabile est præter maturos illos fructus extitisse in arboribus flores pro futuris, qui sua tempestate maturuerunt, indéque annis sequentibus ordinariam germinandi & fructificandi legem toto orbe pro locorum ingenio & varietate seruatam.

Obiectioni occurritur.

De fine mũdi. Cæterùm probabilissimum est præcipuas mundi partes, Cœlos, inquam, & elementa vno eodémque instanti procratas ex nihilo fuisse, cæteras verò res ex ipsis reliquo sex dierum spatio successiuè eo ordine quem descripsit Moses primo cap. Geneseos productas fuisse.

Quod spectat ad desitionem mundi, cõmunis est Theologorum sententia, mundum quoad partes ipsius præcipuas, vt sunt cœli & elementa, non esse redigendum in nihilum, sed ignis ministerio repurgandum, & aliqua ratione innouandum, & quidem quod spectat ad cœlos, eorum innouatio posita erit tùm in incremento lucis, cùm in cessatione à motu: elementorum verò renouatio posita erit primum in conflagratione ignis, deinde in summa quadam puritate & claritatis amplitudine, denique in cessatione à mutua pugna quàm inter se nunc exercent. Quandonam autem futura sit illa mundi renouatio, hoc vnum certissimum est, incertum esse; sicut nec dies iudicij quæ circa idem tempus contingit, sciri potest. Quæres forsan, an illa cœlorum quies post diem iudicij futura sit illis naturalis, an violenta. Respondeo quietem illam tunc cœlis fore naturalem, quia naturale est vnicuique quiescere sublato fine sui motus; Atqui tunc finis propter quem cœli circumuoluntur, nullus erit; neque enim vlla continget amplius in istis rebus elementaribus ortus & interitus vicissitudo.

Dubitatio.

Resp. ſio.

POST E-

POSTERIOR DISPVTATIO huius tractatus.

De Cœlo.

Quanam sit materia cœli.

QVAESTIO I.

SVpponimus hìc quod verũ, & in Aristotelis doctrina indubitatum est, Cælũ cùm verè sit corpus naturale, vtroque essentiali principio naturæ constare, materia, inquam, & forma. Quærimus autem hìc quænam sit eiusmodi materia (de forma enim sequenti quæstione dicemus. Grauis disceptatio est inter ipsos Aristotelis sectatores, an materia cæli sit eiusdem rationis cum materia horum inferiorum; plerique enim arbitrantur materiam cœlestem specie differre ab elementari materia, quæ sanè fuit Aristotelis opinio, eóque præsertim fundamento nitebatur ex 1. de ortu c. 6. 7. & 10. quod ea duntaxat in materia consentire videantur, quæ in se mutuo agunt, vicissimque patiuntur: at verò inter corpora cœlestia & elementaria non reperitur illa mutuæ actionis & passionis vicissitudo, neque enim cæli quicquam ab elementis patiuntur, nec elementa quicquam mutationis cœlis inferunt. Ex quo concluditur cœlestia & elementaria non consentire in materia.

Aristot. opinio de materia cæli.

Verùm probabilius esse iudicamus materiam cæli eiusdem esse rationis & naturæ cum materia rerum sublunarium: tùm quia non sunt entia multiplicanda sine necessitate (vt vulgò loquuntur philosophi) nulla autem necessitas est constituendi diuersas specie materias in cælis & elementis, vt ex sequentibus patebit: tùm quia non potest assignari id in quo vna materia essentialiter differat ab altera. Respondent authores oppositæ sententiæ assignari in elementari materia potentiam contradictionis, quæ non reperitur in materia cælesti, cum in ipsa sit tantùm potentia contrarietatis, vt loquuntur. Verum occurrimus; discrimen istud gratis & sine fundamento materiæ assignari; Licet enim in rebus elemẽtaribus reperiatur potentia quædam cõtradictionis eo quod possunt naturaliter esse vel non esse, non item in cœlis, cũ

Probabilior sententia probatur 1. 2.

Aduersariorum responsio.

Prædicta responsioni occurritur.

natura sint incorruptibiles: hoc tamen non oritur ex parte materiæ, sed ex parte formæ: quia nempe forma cuiusq; cœli est eiusmodi, vt nullius naturalis agentis vi à subiecto auelli possit. Itaque asserimus materiæ cœlesti, si secũdum se spectetur, non minus ac elementari inesse potentiam contradictionis, & non tantùm contrarietatis: id est materiam cœlorum non tantum aptam esse vt recipiat contrarias locorum differentias, sed etiam vt recipiat diuersas substantiales formas. Quod autem nullum sit extrinsecum agens naturale adeò efficax, vt possit qualitates corruptiuas in materiam cœli inducere, non ex ipsa ratione materiæ, sed ex nobilitate formæ quæ vim omnẽ nociuam repellit, petendum est. Fundamentum autem oppositæ sententiæ sola negatione diluitur. Negamus enim ea duntaxat in materia conuenire quæ in se mutuo agunt, vicissimque patiuntur. Quod enim aliqua mutuam illam actionis & passionis vicissitudinem non experiatur, non prouenit ex parte materiæ, vti iam diximus.

Quænam sit forma Cœli.

QVAESTIO II.

Prior difficultas.

Cœlum est quintum corpus simplex distinctum à 4. elementis.

DVæ sunt præcipuæ circa formam cœli difficultates explicandę. Prior est, an forma cœli sit diuersę conditionis à formis elementorum, ita vt cœlum neque aereæ, neque igneæ, neque alterius elementaris naturæ sit. Respondetur, licet cœlum cum elementis in plerisque cõueniat, vt quod sit inanimatum, simplex, & ad vniuersi integritatem imprimis pertineat, nihilominus tamen ab illis specie & natura differre: sicque cœlum esse quinrum corpus simplex, distinctum à reliquis quatuor elementaribus corporibus: quod patet ex ipsis cęlorum proprietatibus, quæ certissima sunt naturæ vestigia. Sunt enim cæli natura sua incorruptibiles, omnis corruptiuæ mutationis expertes, in orbem iugiter volubiles, lucis fœcundissimi, pellucidi & solidissimi: quæ omnia simul elementis non conueniunt. Concludendum igitur formam cæli distinctam esse à formis elementaribus.

Posterior difficultas.

Posterior difficultas est, an supradicta forma cæli sit sufficiens principium circularis motus, ita vt cælum nulla externa

la externa virtute motrice indigeat vt circumuoluatur. Est enim hæc Aristotelis, & grauissimorum authorum sententia, cælos ab intelligentiis, seu Angelis in orbem agitari. Cum enim Aristoteles nihil à seipso moueri posse voluerit sed ab ipso generante: cæli autem sint ingenerabiles sicut & incorruptibiles, necesse est vt ab alio quam generante moueantur: non potuit autem illud mouens commodius assignari quàm intelligentia motrix, spiritualis penitus & incorporea, quæ propterea appellatur assistens forma: Sicque authores huius sententiæ arbitrantur vnicuique cælo præesse intelligentiam motricem, qua sublata cælum proprio sibique naturali motu nequaquam cieretur. *Aristotelis opinio.*

Verùm, licet hæc sententia multum apud Peripateticos inualuerit, probabilior tamen semper nobis visa est opposita, cælos nequaquam externis motoribus indigere, sed congenitâ sibi vi perennes illas circulationes obire: quẽadmodum lapis congenita sibi grauitate deorsum, ignis verè insita leuitate sursum fertur: Tum quia cæli non sunt deterioris conditionis quam reliqua corpora, quę non indigent externis motoribus, vt naturales suos motus obeant: & verò orbicularem motum cælo naturalem esse fatetur ipse Aristoteles: Tum quia non potest intelligi quomodo circularis motus cœlo naturalis dicatur si sit ab externo principio. Naturalis enim proprietas illa est, quæ ab interno naturæ principio oritur: erit autem ab externo principio si ab intelligentia motrice excitetur. Neque responderi potest motum illum dici naturalem ratione materiæ, quia sic omnis motus etiam violentus esset naturalis. Neque etiam dici potest motum illum dici naturalem ratione formæ, eo quod forma propensionem aliquam habeat ad eiusmodi motum, licet illum præstare nequeat; hoc enim gratis dicitur & sine fundamento, neque enim propensiones à natura ingenerantur nisi propter operationes: quo fit vt id per seipsum præstare possit agens naturale, ad quod naturaliter propendet. *Probabilior sententia cælos intelligentia motrice non egere.* *Probatur 1.* *2.* *Responsio.* *Responsioni occurritur.*

Porro opinionis Aristotelicæ fundamentum superiùs in prima parte Physicæ euersum est, vbi ostendimus non esse necesse vt quæcunque mouentur, ab alio moueantur.

Digitized by Google

An cœli ſpecie inter ſe diſtinguantur.

QVAESTIO III.

Probabilis aſſertio. PRobabiliſſimum eſt cœlos natura & ſpecie inter ſe diſtingui, tum quia diſtinctas ſedes in vniuerſo ſibi poſtulant, tùm quia diuerſis, immò plerumque oppoſitis motibus cientur, tùm quia non eædem ſunt omnium vires & influentiæ, nec idem aſtrorum omnium lumen, aut influxus. Vbi nota maiorem eſſe naturę diſtinctionem inter quoſdam, quam inter alios; ſic enim exiſtimandum eſt cœlum Empyreum, quod eſt natura ſua immobile, magis diſtingui à reliquis orbibus, quàm reliquos inter ſe; & adhuc eos qui non videntur, magis diſtingui ab iis qui videntur, quàm ipſos ab inuicem. Sic probabile eſt cœlum ſydereum magis diſtingui ab inferioribus cœlis planetarum, quàm ipſi diſtinguantur ab inuicem. An verò cœli partiales, qui ad vnius totalis integritatem pertinent, inter ſe diſtinguantur ſpecie, dubitari poteſt: verbi gratia, an cœli concentrici cum excentrico natura conſentiant, & an epicyclus cum deferente. Cui reſpondemus probabilius videri partes illas totalium orbium nequaquam ſpecie diſtingui; ſed tantùm eſſe continuas, tum quia ad vnius totalis cœli integritatem ſpectant, tum quia ad explicanda varia vnius eiuſdemque aſtri φαινόμενα ſeu apparentias ſunt excogitati.

Notandum.

Dubium.

Reſponſio.

Quanam ſint proprietates cœlorum ex parte materiæ.

QVAESTIO IV.

NOnnulla ſunt in cœlis accidentia, quæ materiam, alia verò quæ formam conſequuntur. Materiam ſequuntur iſta, nempe durities, denſitas, raritas, pelluciditas, & opacitas.

De duritie cœlorum. Quod igitur ſpectat ad duritiem: ſubſtantiam cœli ſolidiſſimam eſſe arbitramur, proindeque duriſſimam; Idque ex ipſo admodum vniformi & æquabili aſtrorum motu colligimus. Neque enim tam vniformiter cum ſuis orbibus mouerentur, niſi orbes ipſi eſſent ſolidiſſimi. Cui ſententiæ ſacræ Scripturæ locus iſte fauet, Iob. 37. *Tu forſitan*

Digitized by Google

sit an cum eo fabricatus es cœlos, qui solidissimi quasi are fusi sunt.

Quod spectat ad densitatem & raritatem, ex eo colligimus, partes quasdam cœlorum esse densiores, quasdam verò rariores, quod quædam lucidiores appareant, vt ea pars octaui cœli, quæ à Græcis appellatur γαλαξίας, à Latinis via lactea: Quædam verò obscuriores, cuiusmodi sunt hiatus quidam in eodem cœlo apparentes versus australem polum. Nam experimur quò partes corporis lucidi sunt densiores, eò quoque lucidiores esse. *De densitate & raritate.*

Denique quod spectat ad pelluciditatem & opacitatem, quòd partes quædam cœli sint pellucidæ seu transparentes, ex eo constat, quod orbes inferiores non impediunt quò minùs videantur superiores. Deinde quod astra superiora lumen suum per inferiores orbes traijciant: Quod verò quædam sunt opacæ, patet ex ecclypsibus quæ astrorum obiectu contingunt: Sic enim Luna Soli directè subiecta, impedit, quominus Sol videri possit: sunt autem astra partes suorum orbiũ, vt postea dicemus. *De pellucliditate & opacitate.*

Quanam sint proprietates cœlorum ex parte forma.

QVAESTIO V.

TRia sunt maximè quæ cœlestes formas consequuntur, nempe motus, lumen, influxus; de quibus sigillatim dicendum est. *De motu cœlorum.*

Quod igitur spectat ad motum, quæritur quomodo intelligendum sit quod scribit Arist. 2. de Cœlo c. 7. cœlum non luce tantùm, sed etiam motu calefacere hæc inferiora. Neq; enim existimandum est id fieri ipsa aëris rarefactione, aut igniculorum immissione. Itaque respondemus motum cœlestem non esse propriè principium calefaciendi, sed esse tantùm conditionem per quàm applicetur agens ad patiens; nisi enim per motum Sol ad nos propiùs accederet, nequaquam luce sua calorem excitaret. Negandum tamen non est pleraque corpora etiam inanimata motu incalefacere, sic enim videmus sagittas vi emissas incendi, molas farinarias inardescere, curruum axes igniri, &c. quorum effectuum causa est motus, quia per ipsum distrahuntur atque attenuantur partes aëris intercepti, sicque inducitur raritas, cuius comes

est color. Vbi nota id quod in eiusmodi corporum attritu primùm rarescit, & calorem concipit, non esse ipsorũ corporum alliforum particulas, sed aërem interceptum.

De lumine, Lucis praestantia.

Quod spectat ad lumen, ea plane cœlestis est qualitas, & penè spiritualis ac diuina, quæ sua puritate, & subtilitate, fœcunditate, gratia, suauitate, & mira sui diffusione, cæteras omnes corporum simplicium qualitates longè superat. Sicut autem cœlum, quatuor elementa modo quodam eminenti continet, ita primigenia illa cœli qualitas, elementares qualitates aliqua ratione continet, certè Sol sua luce calefacit & exsiccat, Luna moderatiori lumine frigefacit & humectat. Vbi nota frigus & humorem non nisi per accidens siccitatem remotè, & calorem primariò & per se produci à lumine cœlesti, præsertim Solis: quare Solem eminenter dicunt esse calidum, qui licèt ipse caloris sicut & aliarum qualitatum patibilium sit expers, vim tamen habet caloris effectricem nempe lucem, quæ vt causa synonyma lucem sibi similem in aëre profert; vt tamen causa æquiuoca simul cum luce calorem procreat. Quo loco aduerte, lucem Solis non quouis modo spectatam producere notabilem calorem in his inferioribus, sed reflexã: quia lux reflexa multo copiosior est & efficacior ad calorem excitandum: quæ causa est cur aëris infima regio luce Solis magis incalescat quàm media; quia nempe in infima oppositu terræ fit lucis reflexio, ad mediam vsque aëris regionem non pertingit, potestque humano artificio tanta fieri radiorum reflexio, vt ex illa generetur ignis, vt in speculis videre est. Porrò cùm Solis radij aut perpendiculares, aut obliqui, aut contingentes esse possint, intentissimum calorem excitant perpendiculares, & eo maiorem obliqui quo ad perpendiculares magis accedunt, minimum contingentes. Dicitur autem oppositu solidi corporis reflecti lumen, quia dum occurrente eiusmodi corpore impeditur vt vlterius propagetur, fit vt in eadem ipsa parte aëris per quam transmissum est, vberius producatur, sicque longior progressus copiosiori lumine compensatur.

Sol quomodo dicitur calidus.

Lux reflexa ad calorem excitandum efficacior.

Radius Solis triplex.

De cœlestium influxu,

Quod spectat ad influxum, plerique, præsertim veteres Aristotelis interpretes negant cœlum alia vi quàm motu & lumine agere in hæc inferiora, quæ sane videtur fuisse mens Aristotelis. Verum alij probabilius existimant

mant occultas quasdam vires cœlis esse cognitas quibus influunt in hæc inferiora, quas propterea vocant influentias. Probatur imprimis hac ratione. Cœlum causa est vniuersalis quæ elementa eorúmq; vim omnem potestate continet: Quare necesse est vt cœlum vim habeat per se producendi saltem quatuor primas qualitates quasi totius elementaris naturæ ministras & cœlestis formæ vicarias, calorem (inquam) frigus, siccitatem, & humiditatem. Atqui nõ potest eas omnes per se producere solius lucis beneficio, sed tantùm calorem, & cõsequenter siccitatem: Neq; enim lux per se vim habet frigefaciẽdi, aut humectandi: Ergo necesse est præter lumen vis quædam frigefaciendi, & etiam humectandi ac desiccandi cœlo insit. Appellatur autem eiusmodi vis, influxus seu influentia. Secundò, probatur permultis experientijs, vt quod acus attritu magnetis confricata versus polum respiciat, quòd heliotropium versus Solem sese obuertat, quòd gallus ad mediam noctem cantum edat, quòd Oceanum mare certò temporum decursu fluat & refluat, quod ostreæ, conchilia, & ossium medullæ cum Luna pariter incrementa & decrementa accipiant: quæ omnia & similia solius lucis ministerio effici nequeunt. Adde peculiares singulorum astrorum præsertimque planetarum influxus, quorum varietas ad ipsorum lumen haudquaquam referri potest.

Admittendas influentias probatur. 1. ratione.

2. Experientia.

Ad id quod opponitur, lucem eminenter & virtute continere omnes elementorum qualitates. Respondemus, licèt lux, vt supra insinuauimus, dicatur aliqua ratione omnes illas qualitates continere, non tamen vllam aliam elementarem qualitatem præter calorem propriè continet, non autem est causa frigoris aut humiditatis nisi per accidéns, nec siccitatis nisi remotè.

Obiectio.

Solutio.

Quotnam sint cœli: & quinam eorum motus.

QVAESTIO VI.

COmmunis quidem opinio est decem tantùm esse cœlos mobiles, nempe 7. cœlos planetarum, cœlum stellatum, cœlum crystallinum, & primum mobile. Verùm mihi valde probabilis visa est recentiorum mathematicorum sententia, vndecim esse cœlos mobiles, ita vt inter Firmamentum & primum mobile pro vnico cœlo crystal-

Cœli mobiles vndecim.

Librationis motus duplex.

lino duplex cœlum constituatur. Namq; pro vnico motu trepidationis qui cœlo cryſtallino tribuebatur, quem admitti non posse demonstrant, ponunt duplicem motum Librationis; alterum ab ortu ad occasum, & è contra quem tribuunt nonæ sphæræ: alterum à Septentrione ad Austrum, & è contrà, quem decimæ sphærę assignant. Peteſt autem vtraq; hic sphæra nomine cœli cryſtallini appellari. His additur vndecima sphęra seu primum mobile.

Cœlum immobile.

Denique Theologi præter cœlos mobiles admittunt supremum cœlum immobile, quod empyreum appellant,

Cœli omnino 12.

quod sit sedes beatorum; sicque erunt cœli omnino duodecim hoc ordine numerandi: primum cœlum Lunæ, secundum cœlum Mercurij, tertium cœlum Veneris, quartum cœlum Solis, quintum cœlum Martis, sextũ cœlum Iovis, septimum cœlum Saturni, octauum cœlum stellatum seu Firmamentum, nonum cœlum Librationis ab ortu in occasum & è contra, dici potest cryſtallinũ, decimum cœlum Librationis à Septentrione in Austrum, & è contra, quod etiam dici potest cryſtallinum, vndecimum primum mobile; duodecimum cœlum empyreum. Inter quos id discriminis est, quod 8. priores sint visibiles ratione vel vnius astri, vt 7. orbes plantarum, vel plurium vt firmamentum: aț reliqui superiores sint inuisibiles. Deinde quod vndecim priores sint mobiles, & omni ex parte sphęrici, & duodecimũ sit immobile & ratione superficiei extimæ, vt probabiliter sentiunt Theologi, quadratum. Notandum autem hic est, nos loqui de cœlis totalibus planetarum, non de partialibus ex quibus totales constant. Si quæras, cum 8. tantum cœli videantur, cur tamen plures admittantur? Respondemus obseruatos fuisse varios & oppositos motus in ipso firmamento, qui cùm non possint illi esse naturales, necesse fuit admittere superiores cœlos à quibus motus illi exprimerentur.

Posterior dubitatio. Quinam sint cœlorum motus.

Quod spectat ad posterius quæsitũ, motus omnes proprij seu naturales inferiorum 8. sphærarum fiunt ab occasu in ortum. Motus proprius nonę sphærę, ab ortu in occasum, & è contrà: ita tamen vt nullam in partem fiat integra circumuolutio, sed tantùm libratio. Motus decimæ sphærę est à Septentrione in Austrum, & è contrà, qui motus sicut & præcedens, est tantùm libratio, non integra circumuolutio: denique motus vndecimę sphęrę seu primi

Digitized by Google

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

primi mobilis, est ab ortu in occasum, quo quidem motu cæteri omnes inferiores orbes singulis diebus rapiuntur.

Quantum temporis impendat vnumquodque cœlum in peragenda circumlatione.

Quod si sciret desideras quantum temporis insumat vnumquodque cœlorum in peragenda propria circumuolutione aut libratione. Respondemus breuiter iuxta recentiorum mathematicorum probabilissimam sententiã.

Primum mobile circulationem suam absoluit horis 24. integris.

Decima sphæra suam librationem annis 3431. diebus 219.

Nona sphæra suam quoque librationem annis 1715. diebus 302.

Firmamentum proprium circuitum absoluit annis 57. 98. diebus 120.

Cœlum Saturni annis 26. diebus 155. horis 8.

Cœlum Iouis annis 11. diebus 313. horis 17.

Cœlum Martis anno 1. diebus 321. horis 22.

Cœlum Solis diebus 365. horis 5. minutis 49. circiter.

Cœlum Veneris diebus 365. horis 5. minut. 49. circiter.

Cœlum Mercurij ibid.

Cœlum Lunæ diebus 27. horis 7. minutis 43.

Sicque Saturnus motum absoluit annis circiter 30. Iupiter 12. Mars 12. Sol. 1. Venus & Mercurius 1. Denique Luna 1. circiter mense.

An astra sint eiusdem rationis cum suis orbibus.

QVAESTIO VII.

Assertio Aristotelis tenenda.

ITa esse meritò asserit Aristoteles 2. de Cœlo c. 7. tex. 41. neque enim aliud sunt stellæ, quam pãrtes dẽsiores sui orbis sicut nodi in tabula; sola autem materiæ dẽsitas essentialem distinctionem non arguit. Adde cœlũ esse corpus simplex, proindeque constare partibus homogeneis seu eiusdẽ rationis & naturę; quod tam de planetis quàm stellis fixis accipiendum est, nisi fortasse Lunam & Solem excipias. Probabilissimum enim est hęc duo luminaria nõ continua, sed contigua tantùm, & veluti inserta suis orbibus esse, quod sacræ literæ subindicant: & quidem de Luna constat eam in Epicyclo suo circumuolui, quod fieri nõ posset si esset eius pars continua: Solem quoque ab orbe suo deferente discretum esse probabilissimè coniicimus, quamuis id ex ipsius theoria non colligatur necessariò.

Solis & Lunæ partes cõtiguæ, non continuæ.

Digitized by Google

Ex his intelligere est stellas saltem fixas non moueri in suo cælo quomodo pisces in aqua, aut volucres in aere, sed sui orbis motu rapi; quò fit vt cùm cælum stellatum plures simul motus obeat, multiplex quoque motus in ipsis stellis obseruetur. Stellæ verò erraticæ seu planetæ, præterquam quòd motu totalium suorum orbium deferuntur, peculiares quosdam motus intra suos orbes nanciscuntur propter deferentes & Epicyclos, vt vides in hoc paradigmate.

ORBIS TOTALIS LVNÆ DESCRIPTIO:
Simul & quatuor eiusdem facies.



Est autem Epicyclus parua sphæra solida intra crassitiem orbis deferentis inserta, in qua sphera hæret planeta, fertúrque ad ipsius motum: Orbis autem in quo est Epicyclus appellatur orbis deferens Epicyclum, nempe vel planetam, vbi nota omnes planetas agere Epicyclis, excepto Sole, qui orbi deferenti per se inhæret, & ad ipsius motum defertur. *Epi cyclus.*

An astra lumen à Sole mutuentur.

QVAESTIO VIII.

ARbitramur tam stellas fixas, quàm planetas lumen à Sole mutuari: ita tamen vt aliquid lucis innatum habeant. Et quidem quod à Sole lumen mutuentur probabilissimum est, quia cùm omnes cœli à Sole illustrentur, stellæ autem sint partes cœlorum densiores, sanè acceptum à Sole lumen refundunt vberius. De Luna verò certissimum est, vt patet, tum ex eius eclypsi; vbi enim à Sole desinit illustrari, quod contingit cum in vmbram terræ incurrit, repentè obscuratur; tùm ex eius illustratione: quò fit vt pro vario eius ad Solem aspectu modò corniculata seu falcata Græcè μηνοειδὴς A, modo in medium orbem dissecta, Græcè δίχότομος B, modo tumida & quasi gibbosa, ἀμφικυρτὸς C, denique modò pleno orbe appareat, Græcè πανσέληνος D. *Assertio tenenda.* *Varie Lunæ facies.*

Quod verò stellæ omnes lucem aliquam innatam habeant, probatur, quia lux qualitas est cœlorum propria: Ideoque in qualibet cœli parte reperitur, quamuis non possit semper humano visu percipi, tùm propter tenuitatem, cùm propter distantiam. Videtur autem ista lux in astris, quia in iis propter materiæ densitatem & copiosior & vegetatior est. Quod verò cæteræ stellæ vel planetæ eclypsim terræ obiectu minimè patiantur, prouenit quod vmbra terræ eò vsque non pertingit. Quod verò illustrationum vicissitudinem haudquaquam patiantur, prouenit ex eo quòd à solari lumine iugiter penetrentur; At verò illam lucis penetrationem in luna impedit materiæ opacitas. Porrò, quia partes lunæ densiores copiosiùs lumen à Sole recipiunt, cæteræ verò minùs, hinc apparent illæ in Luna maculæ. *Omnibus astris aliquid Lucis innatum.* *Macule in facie Lunæ, vnde proueniant.*

Quomodo stella distinguantur, & quot sint.

QVAESTIO IX.

Stellae fixae.

CElebris est stellarum distinctio in stellas fixas & erraticas. Illae sic appellantur quòd quasi firmamento affixae eandem inter se distantiam semper seruent: hae verò dicuntur erraticae, Graecis Planetae, quod quasi errabundae & vagae suum inter se ordinem subinde mutent, dum ad se inuicem modò accedunt, modò à se inuicem

Erraticae.

recedunt modò simul procedunt. Illae omnes in eodem sunt coelo, nempe firmamento; hae verò quae 7. sunt numero; singulae in singulis inferioribus orbibus existunt.

Stellae fixae sunt omnino 1022.

Quod spectat ad numerum stellarum fixarum licet fortasse multo plures sint quàm quae videntur, earum tamen quae apparent certus numerus colligitur ab Astronomis, nempe 1022. quas omnes distinguunt in 6. gradus magnitudinis. Ita vt primae magnitudinis stellae sint 15. secundę 45. tertiae 208. quartae 474. quintae & sextae 49. quibus addunt 5. incertae magnitudinis, quas nubilosas vocant, & alias 9. adhuc ob scuriores ex quibus omnibus existit praedictus stellarum fixarum numerus.

Stellae errantes.

Stellae autem errantes seu planetae sunt 7. quae sese hoc ordine consequuntur, incipiendo ab iis quae terrae sunt viciniores. Itaque omnium infima est ea quae dicitur Luna, quam sequitur Mercurius, Mercurium Venus, Venerē Sol, inter . . planetas medius, denique Solem ordine sequuntur Mars, Iupiter, Saturnus, qui Firmamento vicinus longissimè à terra distat. ideoque longè tardiori motu quàm cæteri inferiores planetae circumuoluitur. Multo plura hic de eorum siderum magnitudine, figura, motu dici possent, quae quia ad Astrologos pertinent, nec sunt nostri instituti, idcirco praetermittimus.

APPEN-

APPENDIX PRÆCEDENTIS TRACTATVS.

SEV

Breuis institutio Geographica.

BREVIS hæc Institutio prima & communia Geographiæ elementa complectitur, atque adeò facilis est ad Topographiam introductio. In qua eo progrediemur ordine, vt ex antedictis posteriora dependeant, non è contra. Huius duas fecimus partes: Prior erit præcipuè de varijs terræ circulis, Zonis, & climatibus: Posterior verò de varijs terræ incolis generatim, deque eius magnitudine ac diuisione generali. *Huius institutionis partes duæ.*

PRIOR PARS HVIVS INstitutionis.

De sphæra, illius circulis, ac diuisione.

CAPVT I.

SIcuti terra cœlo subiacet, ita Geographia quæ terræ descriptio est, Astrologiæ subalterna ab ipsa sua desumit principia, vnde ijdem circuli, qui in terra describuntur in cælesti sphæra priùs intelliguntur describi. Itaque priusquam ad explicandos terræ circulos accedamus, pauca, de cœlesti sphæra, eiusque circulis ac diuisione dicemus. Et quoniam tota cælestis machina in qua lineas quasdam seu circulos designare solent Astrologi, hacce nostra artificiali sphæra repræsentari solet, idcirco illos omnes in ista explicabimus. Est autem artificialis hæc sphæra Instrumentum quoddam rotundum, varijs circulis constans quibus cœlorum motus & totius mundi situs commodissimè explicatur. *Geographia. Astrologia subalterna.* *Sphæra quid sit.*

Cæterùm quia corpus mobile istius sphæræ circa puncta quædam immobilia, quæ mundi polos seu cardines

Digitized by Google

appellant, circumuolui cernit ut paulo primùm, deinde circulos omnes breuiter describemus.

Poli. Poli dicuntur duo puncta in supremo cœlo è diametro sibi inuicem opposita, circa quæ tota cœlorum machina circumuolui intelligitur. Istorum polorum alter nobis perpetuò conspicuus à vicina Vrsæ constellatione, Arcticus dicitur, ἄρκτος enim vrsa dicitur. Alter nobis absconsus ab alterius oppositione Antarcticus appellatur. Circuli in sphæra artificiali decem describuntur, quorum sex dicuntur maiores, quorum diameter transit per centrum mundi, nempe Æquinoctialis, Zodiacus, Colurus solstitiorum, Colurus æquinoxiorum, meridianus, & horizon: quatuor verò sunt minores, quorum diameter non transit per centrum mundi, nempe Tropicus cancri, Tropicus capricorni, circulus arcticus, circulus antarticus.

Circuli.

Æquator. Æquinoctialis circulus seu Æquator est maior ille qui ab vtroque mundi polo secundùm omnes sui partes æqualiter remouetur.

Zodiacus. Zodiacus est maior quoq; circulus inæqualiter distans à polis, & mundi intersecans æquinoctialem in duobus oppositis punctis; ita vt media eius linea, quæ dicitur ecclíptica, vna sui parte vergat in septentrionem ad viginti tres gradus & viginti octo minuta, vt minimum: altera verò in austrum ad totidem gradus. Cæterum puncta quibus Zodiacus intersecat æquinoctialem, dicuntur puncta æquinoctialia, quia vbi Sol ad illa peruenit, fiunt noctes diebus æquales: Puncta vero quibus Zodiaci ecclíptica maximè declinat ab æquinoctiali, dicuntur puncta solstitialia, quia vbi Sol ad illa peruenit, videtur stare, cùm illi sit reuertendum. Colurus solstitiorum, est circulus maior per polos mundi & puncta Zodiaci solstitialia descriptus.

3. *Colurus solstitiorum.*

4. *Colurus æquinoctiorum.* Colurus æquinoctiorum est circulus maior per polos mundi & puncta Zodiaci æquinoctialia transiens. Meridianus est maior circulus qui per polos mundi & verticem cuiusque loci ducitur.

5. *Meridianus.*

6. *Horizon.* Horizon est maior circulus à vertice loci cuiusque ex omni sui parte æquè distans. Ex quo intelligis ex maioribus illis sex circulis duos istos posteriores mutari pro vario situ locorum, alios verò semper eosdem esse apud omnes.

Duo tropici. Tropicus cancri est minor circulus æquatori parallelus,

parallelus, transiens per punctum solstitialem Zodiaci Septentrionalem. Tropicus capricorni est minor circulus æquatori parallelus, transiens per punctum solstitialem Zodiaci austrálem. Circulus arcticus est minor circulus æquatori parallelus transiens per polum Zodiaci prope polum arcticum.

Sphæra diuisio.

Circulus antarcticus, est minor circulus æquatori parallelus transiens per alterum polum Zodiaci propè polum antarcticum.

Sphæra triplex.

Duplex esse potest istius sphæræ diuisio, alter quasi in partes sibi subiectas seu species; nempe in sphæram rectam, obliquam, & in versam. Altera in partes integrantes seu membra, nempe in duo hæmisphæria superius & inferius. Sphæra recta dicitur cuius horizon transiens per polos mundi, secat æquinoctialem ad angulos rectos seu æquales. Sphæra obliqua dicitur, cuius horizon secat æquinoctialem ad angulos inæquales, nec tránsit per polos mundi. Sphæra vniuersa dicitur cuius horizon non secat æquinoctialem, sed cum illo coincidit.

Duo hæmisphæria.

Rectam habent, qui sub æquatore habitant, inuersam qui sub polis, reliqui obliquam.

Media sphæræ pars dicitur hæmisphærium.

Cæterùm duo hæmisphæria aliter à Philosophis, alter à Geographis assignantur. Illi enim ab horizonte ea sumunt, ideoque quot sunt in varijs regionibus horizontes, tot constituunt hæmisphæria: At verò Geographi in æquatore terram diuidunt in duas partes, ab Occidente vsque Orientem, & mediam partem versus Septentrionem vocant Hæmisphærium Septentrionale superius & nostrum, alteram verò dimidiam partem versus meridiem, Australe inferius, seu Antipodum.

De quinque circulis parallelis terræ insignioribus, & Zonis.

CAPVT II.

ETsi supradicti omnes circuli sphæræ possent in hoc infimo mundi globo, nempe terra describi, vtpote quæ ad vniuersum cœli complexum æquabiliter sita sit; attamen quinque tantum ex illis decem tanquam ad Geographiam magis pertinentes describi solent paralleli,

Digitized by Google

vnus maior, nempe Æquinoctialis; & quatuor minores, nempe duo Tropici, & duo circuli polares.

Sicut autem in sphæra duo sunt poli à quibus illi circuli ex omni sua parte æqualiter distant, sic in terra duo quoque puncta polaria illis polis mundi supposita.

Quinque Circuli.

Æquinoctialis terræ est circulus maior, respondens æquinoctiali sphæræ, eique suppositus, qui totam terræ crassitiem ambit, æquidistans ab omni sui parte à punctis polaribus.

1.

2. Tropicus cancri terræ est circulus minor tropico Cancri sphæræ suppositus, æquidistans ab æquinoctiali 23. gradibus & semis, versus Septentrionem.

3. Tropicus Capricorni, terræ est circulus minor tropico Capricorni sphæræ suppositus: æquidistans ab æquinoctiali 23 gradibus & semis versus Austrum.

4. Circulus arcticus terræ est circulus minor circulo arctico sphæræ suppositus, æquidistans ex omni sui parte à puncto polari Septentrionali viginti tribus gradibus & semis.

5. Circulus antarticus terræ est circulus minor circulo antarctico sphæræ suppositus, æquidistans ex omni sui parte puncto polari australi viginti tribus gradibus & semis.

Zona quid.

Zona est spatium terræ interpositum inter duos Tropicos vel inter alterutrum Tropicorum & vicinum circulum polarem, vel alterutrum circulorum polarium & proximum punctum polarem.

Quinque Zonæ.

Qua ratione quinque zonæ reperiuntur, quarum duæ extremæ frigidæ dicuntur, media torrida, & duæ temperatæ, inter torridam & frigidas.

1. Zona torrida est, quæ inter duos Tropicos cancri & capricorni continetur, cuius pars septentrionalis ab æquatore est graduum viginti trium & semis: & pars altera versus Austrum totidem: tota verò est graduum quadraginta septem in latitudinem.

2. Zona temperata ad Septentrionem est inter Tropicum cancri & circulum arcticum, estque lata gradibus quadraginta tribus.

3. Zona temperata ad austrum est inter Tropicum capricorni & circulum antarcticum, habéque totidem gradus in latitudinem.

4. Zona frigida Septentrionalis est inter circulum arcticum,

Digitized by Google

cum,& punctum polarem Septentrionalem,à quo circulo ad huiusmodi punctum sunt gradus viginti tres & semis.

Zona frigida australis est inter circulum antarcticum, & punctum polarem australem, à quo circulo ad huiusmodi punctum sunt totidem gradus.

Omnes istæ zonæ denominationem accipiunt ab aeris temperie, & hæ omnes sunt habitabiles, vt experientia compertum est: Neque existimandum est tantos ardores esse in zona torrida quantos fabulata est Antiquitas. *Zonæ omnes habitabiles.*

De aliis terræ circulis, parallelis, & climatibus.

CAPVT III.

PRæter illos quinque insigniores parallelos supradictos, alij quoque plures à Geographis in terra describi solent ab æquatore versus Septentrionem & Austrum. Et quoniam eadem est ratio describendi illos ex vtraque parte, illos tantùm referemus, qui describuntur ex parte Septentrionali, de illis enim duntaxat mentionem faciunt Geographi.

Itaque Astronomi & Geographi Ptolomæum secuti describunt in superficie terræ circulos parallelos ab æquatore versus polum arcticum procedendo tanto spatio inter se distantes quantum requiritur, vt maxima dies vnius differat quadrante à maxima die alterius paralleli vicinioris.

Sicque ab æquatore versus Septentrionem quadraginta octo circuli à recentioribus describuntur vsque ad circulum arcticum, vbi maxima dies est quadraginta octo quadrantium horarum: tot enim quadrantibus dies augetur, vt nempe fit viginti quatuor horarum, seu duodecim horis maior quàm in æquatore, vbi dies est perpetuo duodecim horarum. Quòd si illis addas æquatorem, erunt ab æquatore in Septentrionem quadraginta nouem circuli paralleli, vt videre est in tabula parallelorum. *Ab æquatore vsque ad circulum Arcticũ 48. circuli paralleli.*

Vbi nota dies artificiosos in æstate crescere pro distantia ab æquatore seu latitudine Boreali vel Australi.

Et quoniam terra respectu æquatoris multò magis inclinat ac deprimitur versus Septentrionem, hinc fit vt varietatem istam dierum minus spatium terræ requiratur versus Septentrionem quàm versus æquatorem; hinc

Digitized by Google

fit vt paralleli quò magis accedunt ad ſeptentrionem, eò ſunt ſibi inuicem viciniores, & idem ſentiendum de parallelis verſus polum Auſtralem.

Quid ſit Clima. Clima verò dicitur terræ ſpatium inter duos parallelos comprehenſum, in quo longiſſima dies creſcit vel decreſcit per dimidiam horam. Concipiuntur in vnoquoque climate tres paralleli ex ſupradictis, nempe duo extremi quibus totum illud ſpatium terræ continetur, quique ſunt initium & finis climatis, & vnus medius tranſiēs per medium climatis, & à quo clima denominationem accipit. Vbi nota medium climatis dici non ratione ſpatij, quaſi æquidiſtet ab vtroque extremo; eſt enim ſemper vicinus vni & remotius ab altero, ſed ratione temporis; quod videlicet ibi dies ſit vno quadrante maior quàm in vno extremo, & minor quam in altero præcisè.

Cæterùm antiqui & recētiores antiquos in hoc ſecuti, primum clima eſſe voluerunt, in cuius medio parallelo dies maxima eſt tredecim horarum, quia fortaſſe terras æquatori viciniores ignorabant, aut habitari poſſe non exiſtimabant. Et ſic progrediendo verſus Septentrionem penes ſemihorarum incrementa, ſeptem climata omninò numerabant antiqui, in quorum vltimo dies maxima eſſet ſexdecim horarum, nec vltra procedebant, eo quod nempe reliquas terras Septentrionales ignorabant aut non habitari exiſtimabant.

Climata ſunt omnino 23. At verò cum ab æquatore verſus Septētrionem vſque ad circulum arcticum dies creſcant per duodecim horas aut viginti quatuor ſemihoras, itaut in circulo arctico dies maxima ſit viginti quatuor horarum, inde poſſunt à primo climate ſeu à ſecunda ſemihora vſque ad eiuſmodi circulum arcticum ſeu vigeſimamquartam ſemihoram, viginti tria climata numerari, & reuera totidem numerantur à recentioribus.

1. Clim. Septem priora climata ſic deſcribuntur: Primum eſt vbi (ſeu in cuius medio parallelo) latitudo, id eſt, diſtantia ab æquatore eſt ſexdecim graduum, & dies maxima tredecim horarum, duciturque (ratione eiuſdem medij paralleli) per Meroem ciuitatem Æthiopię. Secundum dicitur, vbi eſt latitudo viginti quatuor graduum & dies tredecim horarum & ſemis, duciturque per Syenem Ægypti vrbē, *2.* coincidit cum Tropico cancri. Tertium vbi eſt latitudo

triginta

triginta graduũ & dies horarum quatuordecim, duciturq; per Alexandriam Ægypti Metropolim. Quartum, vbi eſt latitudo triginta ſex graduum, dies horarum quatuordecim & ſemis, duciturque per Rhodum inſulam. Quintũ, vbi eſt latitudo quadraginta vnius grrduum, dies horarũ quindecim, duciturque per Romam. Sextum, vbi eſt latitudo graduum quadraginta quinque, dies horarum quindecim & ſemis, duciturque per Boriſthenen flumen Sarmatiæ, vel potiùs vt recentiores dicunt, per Venetiam & Mediolanum. Septimum vbi eſt latitudo graduũ quadraginta octo, dies horarum ſexdecim, duciturq; per Riphęos montes Sarmatiæ, vel, vt recentiores dicunt, per Podoliam & Tartariam minorem. Eadem eſt ratio deſcribendi cætera climata verſus Septentrionem per ſemihoras progrediendo. Vbi nota ob inclinationem terræ verſus Septentrionem eo eſſe anguſtiora climata quo Septẽtrionaliora ſunt, eo verò latiora quo magis ad æquatorem accedunt.

4. 5. 6. 7.

Reliqua climata.

Idem cenſendum de iis quæ verſus Auſtrum deſcribuntur ab eodem æquatore: quæ quia propriis carent nominibus, poſſunt dici Antidia Meroes, Antidia Syenes, & ſic de cæteris.

CAPVT IV.

De circulis meridianis, vbi de longitudine, & latitudine locorum.

Quot ſunt meridiani circuli.

MEridiani terræ circuli dicuntur, qui per puncta polaria ea loca quorum dicuntur meridiani, tranſeũt, & omnes quidem interſecant æquinoctialem ad angulos rectos. Poſſent autem deſcribi per ſingulos gradus, ſicque eſſent meridiani centum octoginta & totidem ſemicirculi meridiani quot ſunt gradus in ambitu terræ, nempe trecẽti ſexaginta. Verùm quia inde confunderentur mappæ, ſolent tantùm per decem aut quinque gradus deſcribi, vt ſunt meridiani octodecim aut duodecim, & ſemicirculi triginta ſex aut viginti quatuor. Primum meridianũ eum eſſe voluerũt Geographi, qui per inſulas fortunatas ſeu Canarias tranſit, eo quòd inde incipiat terra habitari progrediendo verſus orientem, ideoque ab eo longitudinem locorum ſumunt. Omnes illi meridiani maximè à

1. *Meridianum.*

Nota.

de inuicem diſtant ſub æquatore, & quo magis inclinan-

Digitized by Google

tur ad Septentrionem vel Austrum, eo sibi inuicem fiunt viciniores, donec sese omnes seu polis intersecent, ideoque non dicuntur paralleli.

De longitudine.

Longitudo loci quid.

ARcus æquatoris vel paralleli proprij interceptus inter semicirculum primi meridiani per Canarias insulas transeuntem, & meridianum loci proprium est longitudo ipsius loci, seu indicat quot gradus æquatoris intercipiantur inter supradictum semicirculum primi meridiani & locum ipsum.

Arcus paralleli proprij est similis arcus æquatoris cui correspondet, licet non sit æqualis, sed minor, id est, tot gradus continet quot continet arcus æquatoris; sed minores, vnde eadem seu similis est longitudo omnium ciuitatum quæ sunt sub eodem meridiano, licet earum non sit æqualis distantia, à primo meridiano per proprium parallelum collecta. Adde quod earum in æqualibus distantiis per proprios parallelos collectis respondet vna eadem & æqualis distantia sub æquatore.

Differentia longitudinis. Arcus autem æquatoris vel paralleli cuiuslibet ciuitatis interiectus inter meridianum proprium & meridianum alterius cuiuspiam ciuitatis dicitur differentia longitudinis.

Animata.

1. Ciuitates quæ sunt sub eodem semicirculo primi meridiani transeuntis per Canarias insulas polos mundi comprehenso, nullam habent longitudinem.

2. Quæ verò sunt sub opposito semicirculo eiusdē meridiani, habent longitudinem centum octoginta graduum.

Ciuitates quæ sunt sub eodem semicirculo alterius meridiani, habent eandem inter se longitudinem.

4. Quæ verò sub opposito eiusdem meridiani semicirculo, habent respectu illarum differentiam longitudinalem centum octoginta graduum.

6. Cuius ciuitatis longitudo maior est quàm alterius quindecim gradibus æquatoris vel paralleli proprij: illi sol citius vna hora oritur quàm alteri.

Cum duæ ciuitates sola differunt longitudine, detrahe minorem longitudinem de maiori, & earum inter se distantiam habebis.

De la-

Digitized by Google

De latitudine.

ARcus meridiani concluſus inter æquatorem & parallelum loci alicuius, eſt ipſius latitudo. Itaque tanta eſt latitudo ciuitatis quanta eſt eius ab æquatore diſtantia. Arcus autem meridiani interpoſitus inter duos parallelos duarum ciuitatum, quarum neutra ſub æquatore iacet, appellatur differentia latitudinum. *Quid ſit latitudo loci. Differentia latitudinis.*

Ciuitates ſub æquatore ſitæ nullã habent latitudinem. 1.

Qui ſub polis habitant, ſummam habent latitudinem, nempe graduum nonaginta. 2.

Qui ſub ijſdem aut æqualibus parallelis habitant, eandem ſeu æqualem habent latitudinem. 3.

Cùm duæ ciuitates ſola differunt latitudine, detrahe minorem latitudinem de maiori, & earum ciuitatum habebis diſtantiam. 4.

Quia maior eſt portio terræ habitatæ ab occidente in orientem, quàm à polo ad polum: ideo optimo conſilio Geographi priorem vocant longitudinem, poſteriorem verò latitudinem. 5.

Ciuitates diuerſæ longitudinis poſſunt eſſe eiuſdem latitudinis, & è contra, ciuitates diuerſæ latitudinis poſſunt eſſe eiuſdem longitudinis. 6.

Ciuitates eiuſdem longitudinis non poſſunt eſſe eiuſdem latitudinis: Nec è contra, ciuitates eiuſdem latitudinis eſſe poſſunt eiuſdem longitudinis. 7.

Et hæc de priori parte huius Inſtitutionis.

POSTERIOR PARS HVIVS INSTITVTIONIS.

CAPVT I.

De varijs terræ incolis ratione zonarum.

INcolæ ratione zonarum ſunt triplicis generis: aut enim habitant in zona torrida, aut in temperatis, aut in frigidis. Cæterùm quorum latitudo minor eſt vigenti gradibus & ſemis, ij in zona torrida habitant: quorum verò

Digitized by Google

latitudo maior est viginti tribus gradibus & semis, minor tamen sexaginta sex gradibus & semis in temperatis habitant: reliqui, quorum latitudo est maior sexaginta sex gradibus & semis, in frigidis habitant.

De incolis zonæ torridæ.

Incolæ zonæ torridæ sunt tripliciter generis.

ISti sunt in triplici differentia: aut enim sub æquatore habitant, aut sub tropicis, aut inter æquatorem & tropicos. Et quidem sol in anno semel aut bis transit per Zenith seu verticem capitis illorum.

1. Generis. Qui habitant sub æquatore, primùm soli habent sphæram rectam: secundò soli habent perpetuũ æquinoctium: tertiò soli vident vtrumque polum: quartò illis solis stellæ omnes oriuntur & occidunt: quintò triplices habent vmbras meridionales in anno: sextò quatuor habent solstitia, nempe duo alta & duo ima: septimò duas habent æstates & duas hyemes: octauo bis in anno sol transit per Zenith seu verticem capitis illorum.

2. Generis. Qui habitant sub tropicis, primò duplices habent vmbras meridionales in anno: secundò duo habent solstitia, vnum altum, alterum imum: tertiò vnam habent æstatem & vnam hyemem: quartò semel in anno sol transit per verticem capitis illorum.

3. Generis. Qui habitant inter æquatorem & tropicos, primò triplices habent vmbras meridionales in anno: secundò quatuor habent solstitia, duo alta & duo ima: tertiò duas habent æstates & duas hyemes, præsertim si sint paulò remotiores à tropicis: quartò bis in anno sol transit per verticem capitis illorum.

De incolis zonarum temperatarum.

ISti primò vnicam habent vmbram meridionalem toto anno: secundò duo habent solstitia, vnum altum, alterum imum: tertiò semel in anno æstatem habent & semel hyemem: quartò nunquam sol peruenit ad verticem capitis illorum, quintò bis æquinoctium habent in anno, vt cæteri omnes qui sphæram obliquam habent, seu qui extra æquatorem & polos habitant.

De in-

Digitized by Google

De incolis zonarum frigidarum.

ISti sunt in triplici differentia: aut enim sub circulo polari, arctico nempe vel antarctico habitãt, aut sub polis, aut inter polum & circulum. *Incolæ zonarum frigidarum triplicis generis.*

Qui sub circulo polari habitant, primò soli habent simul in anno diem viginti quatuor horarum: eadem quæ suprà diximus accidere incolis zonarum temperatarum, istis quoque accidunt. *Primi generis.*

Qui sub polis habitant, primò soli habent sphæram sũmè obliquam, seu potius inuersam: secundo soli habent diem artificialem sex mensium, & noctem totidem: tertiò soli nunquam habent æquinoctium: quartò soli carent certo meridiano: quinto illis solis stellæ nullæ fixæ oriuntur aut occidunt. *2. Generis.*

Qui inter polum & circulum polarem habitant, primò habent maximum diem in æstate viginti quatuor horis diuturniorem: secundò non vident solem cùm est in tropico capricorni: tertiò cætera habent communia cum iis qui habitant sub circulis polaribus. *3. Generis.*

CAPVT II.

De variis terræ incolis ratione vmbrarum.

INcolæ ratione vmbrarum sunt triplicis generis, nempe περίσκιοι, ἑτερόσκιοι, ἀμφίσκιοι.

Periscij seu vmbra circumdati dicũtur ij, quorum vmbræ velut in orbem circumaguntur in plano horizontis certis anni temporibus cuiusmodi sunt ij qui in zonis frigidis habitant. *Periscij.*

Heteroscij seu alterius vmbræ dicuntur qui versus vnum tantùm mũdi polum vmbras meridianas proiiciũt, cuiusmodi sunt ij omnes qui in zonis temperatis habitant. Boreales quidem ad polum arcticum, australes verò ad polum antarticum. Ij etiam qui sub ipsis tropicis habitant, dici possunt heteroscij. *Heteroscij.*

Amphiscij, seu vtriusq; vmbræ dicũtur, quorũ vmbræ meridianæ diuersis anni temporib. nunc versus polum arcticum, nunc versus antarcticum porriguntur, cuiusmodi sunt ij qui zonam torridam intra tropicos incolunt. *Amphiscij.*

CAPVT III.

De variis terræ incolis ratione situs.

INcolæ ratione situs quodammodo oppositi, sunt tri-

plicis generis; nempe Periœci, Antœci, & Antipodes. Nam Synœci dicuntur qui eundem fermè situm habent, vt qui sunt in eodē climate, & inter duos vicinores meridianos.

Periœci. Periœci dicūtur qui sub eodem parallelo eodemq; meridiano, punctis tamen eiusdem meridiani è regione oppositis habitant. Vnà habent hyemem & æstatem, contrario autem tempore diem & noctem: nisi sint intra zonam frigidam: tunc enim fieri potest vt vnà diem habeant & similiter noctem. Qui sub polis habitant, nullos habent periœcos.

Antœci. Antœci dicuntur qui sub parallelis vtrinque ab æquatore æquali latitudine distantibus, ac sub eodē meridiano in eadē longitudine habitant. Vnà habent meridiem & mediam noctem, contrariò verò tempore hyemem & æstatem. Quod si tamen versus austrum terra esset habitata in sexagesimo septimo aut sexagesimo octauo gradu latitudinis, sicut habitatur versus Septentrionem, dari possint Antœci quibus certo anni tempore nec dies nec nox simul essent. Antœcis habitantibus intra tropicos potest accidere vt simul sit hyems, nunquam tamen vt simul sit æstas. Qui sub æquatore habitant, nullos habent Antœcos. Nec etiam propriè ij qui sub polis habitant.

Antipodes. Antipodes dicuntur qui sub parallelis aut punctis vtrinque ab æquatore, æquali latitudine distantibus, aut sub ipso æquatore, punctis autem eiusdem meridiani è diametro terræ oppositis habitant.

Omni puncto in terra dato respondet punctum antipodum, quod est alterum extremum diametri à prædicto puncto per centrum terræ transeuntis.

Vnus duntaxat est parallelus in cuius ipsius positione dantur antipodes, nempe æquidialis seu æquinoxialis, vnde habitantibus sub ipso iidem sunt Antœci & Antipodes.

Nullorum Antipodum, qui sub ipso æquatore non sūt, potest esse conformis, id est, in eandem partem inclinans latitudo.

Omnes Antipodes contrariis semper temporibus habent diem ac noctem, & omnes qui extra zonam torridam vel sub ipsis tropicis habitant, habent etiam contrario semper tempore hyemem & æstatem.

Non omnia Antipodibus contrario semper modo eueniunt. Nam Antipodes qui sub æquatore degunt, præterquam

Digitized by Google

terquam quod contrariis temporibus diem ac noctem habent, omnia habent paria. Antipodibus autem extra æquatorem eadem semper est latitudo, licet nunquam eadem possit esse longitudo. Adde quod omnibus Antipodibus vnus & idem semper est meridianus. Idem æstus in æstate, idem frigus in hyeme, eadem dierum & noctium incrementa & decrementa. Eadem polorum licet oppositorum eleuatio & depressio.

PARADIGMA VARIOS terræ incolas ratione situs indicans.



CAPVT IV.

De terræ magnitudine, ac eiusdem generali diuisione.

Ambitus terræ.

TOtius terræ ambitus qualem complectitur æquatoris linea, est iuxta probabiliorem recentiorum opinionem milliarium Italicorũ 19080. leucarum verò gallicarum communium (quarum vnaquæque duo milliaria complectitur) 9090. Ita vt vnicuique gradui respondeant millaria 53. leucæ verò 26. 1. Diameter verò est milliarium

Diameter.

$\frac{1}{2}$

6070. 10. leucarum verò 3035. 5. circiter.

$\frac{11}{6}$

Triplex terræ diuisio.

1. Terræ diuisio.

Quod si velis mediam inter insigniores Astronomos vt Ptolomæum, Alphraganum & cæteros istos recentiores viam sequi, possis dicere ambitum terræ esse milliariũ 20000. leucarum vero 10000. ita vt vnicuique gradui respondeant milliaria 54. $\frac{6}{17}$. seu leucæ 17. $\frac{12}{17}$. siue vt fit magis integer numerus vnicuique gradui respondeant milliaria 56. leucę 28. Diameter verò erit milliarium 6365. seu leucarum 3182. $\frac{1}{2}$.

Quod spectat ad generalem terræ diuisionem, potest, fieri multis modis, & præsertim tribus.

Primò diuidi potest integer terræ & aquæ globus in duo Hemisphæria ab ipso æquatore Orientem & Occidentem versus, quorum alterum dicitur superius, alterum inferius, de qua diuisione nonnihil diximus sub finẽ primi capitis prioris partis. Huc etiam pertinet vulgaris diuisio totius terræ in duo hemisphæria sphæræ rectæ, quæ solent in mappis repræsentari.

2. Terræ diuisio.

Secundò, terra diuidi potest in quatuor plagas Orientem, Occidẽtem, Septentrionem, & Meridiem. Astrologi dextram mundi partem Occidentem faciunt, sinistram Orientem. Geographi verò Orientem dextram mundi partem constituunt, Occidentem sinistram. Poetæ denium in Borea dextram, in Austro sinistram collocant.

Iuxta quatuor illas plagas venti duodecim assignantur, tres ab Oriente, nimirum Εὖρος seu vulturnus, Ἀπηλιώτης seu

seu subsolanus Καικίας, seu Hellespontius. Tres à Septentrione, nempe Βορέας seu Aquilo, Ἀπαρκτίας seu Septentrio. Θρασκίας seu Circius. Tres aboccasu Γάπυξ, ἀργέστης seu Corus, Ζέφυρος, seu Fauonius, Λιψ, seu Africus. Tres ab Austro, Λιβόνοτος, Austro Africus, Νότος Auster, Εὐρόνοτος Euro auster.

Tertio, terra diuidi potest generatim in tres veluti mundos, nempe veterem seu Orientalem, recentem seu Occidentalem, & incognitum seu Australem. 3. Terra diuisio.

Primus complectitur tres illas mundi partes à veterib. cognitas, Europam, Asiam, & Africam. Secundus duplicem, Americam, Septentrionalem, & Meridionalem. Tertius terram Magellanicam.

Tres autem illæ partes antiquitus cognitæ sic distinguuntur, seu à se inuicem separantur, Tanai fluuio, Europa, & Asia, Nilo vel potiùs mari rubro, Asia & Africa: mari Mediterraneo, Europa & Africa.

Est adhuc magis specialis terræ diuisio in terram continentem, Insulam, Peninsulam, Isthmum, Porthmum & Sinum. Sed ista ad Topographiam spectant, sicut & magis peculiares terræ diuisiones: De quibus non est nostri instituti dicere.

Laus Deo Opt. Max.

Paradigma Terræ Plagas 4. ac 12. Ventorum ſitum indicans.

Pentaſtichon

Variarum menſurarum rationem indicans.

Quatuor ex granis digitus componitur vnus:
Eſt quater in palmo digitus: quater in pede palmus:
Quinque pedes paſſum faciunt: paſſus quoque centum
Viginti quinque ſtadium dant: ſed miliare
Octo dabunt ſtadia: duplicatum dat tibi leuca.

SEPTEM

Septem primorum Climatum iuxta veteres descriptio.

Climata.	Maxima dies.		Altitudo poli.		Milliaria.	Dominationes Climatum
	Ho.	Min.	Gr.	Min.		
Princip.	12	45	12	45		*Per Meroen ciuitatem Æthiopiæ.*
I. Medium	13	0	16	40	440	
finis.	13	15	20	30		
Princip.	13	15	20	30		*Per Syenem vrbem Ægypti.*
II. Medium	13	30	24	15	440	
finis.	13	45	28	30		
Princip.	13	45	27	30		*Per Alexandriam Ægypti Metropolim.*
III. Medium	14	0	30	45	350	
finis.	14	15	33	40		
Princip.	14	15	33	40		*Per Rhodum Insulam.*
IV. Medium	14	30	36	24	300	
finis.	14	45	39	0		
Princip.	14	45	39	0		*Per Romam caput mundi.*
V. Medium	15	0	41	20	255	
finis.	15	15	43	30		
Princip.	15	15	43	30		*Per Boristhenem flumen Sarmatiæ.*
VI. Medium	15	30	45	24	112	
finis.	15	45	47	15		
Princip.	15	45	47	15		*Per Riphæos montes Sarmatiæ.*
VII. Medium	16	0	48	40	185	
finis.	17	45	50	30		

Digitized by Google

SECVNDVS TRACTATVS HVIVS PARTIS.

De Elementis.

3. *Disputationes huius tractatus.*

ELementorum nomine hic intelligimus corpora simplicia, ex quibus isthæc inferior vniuersi pars, quæ cœlo subest, coagmentatur. Ea autem quæ de iis deinceps in isto tractatu dicemus, ad tres præcipuas disputationes reducemus. Quarum prima erit de iis quæ ad naturam & proprietates elementorum generatim spectant: Secunda de iis quæ elementis primo, deinde per ea cæteris rebus accidunt, mutationibus: denique tria de singulis quatuor elementis, nempe igne, aere, aqua, & terra speciatim instituetur.

PRIMA DISPATATIO huius tractatus.

De Natura & proprietatibus elementorum generatim.

Quid sit Elementum.

QVAESTIO I.

Quid sit propriè elementum.

ELementum propriè idem est ac principium, ex quo insito fit aliquid, quomodò materia & forma dicuntur rerum naturalium elementa: Definiturque ab Aristotele 5. Meth. c. 3. id ex quo primo insito & indiuisibili in aliam speciem aliquid componitur. Et quoniã 4. vulgata corpora simplicia sunt ex quibus cætera omnia corpora primò constant, & in quæ resoluuntur, cùm ex aliis non constent, nec in alia resoluantur, hinc dicta sunt Elementa.

Est igitur hoc loco Elementum, corpus simplex, in quod alia corpora resoluuntur. Dicitur (corpus) ad excludendam materiam & formam: (simplex) ad reiicienda quæcunque mixta: (in quod cætera resoluuntur) ad remouendum cœlum, quod licet sit corpus simplex, non tamen in ipsum

Digitized by Google

Paralleli.	Climata.	Maxim dies.
		Ho. M
1		12
2		12
3		12
4	Princip.	12
5	I. Medium	13
6	finis.	13
6	Princip.	13
7	II. Medium	13
8	finis.	13
8	Princip.	13
9	III. Medium	14
10	finis.	14
10	Princip.	14
11	IV. Medium	14
12	finis.	14
12	Princip.	14
13	V. Medium	15
14	finis.	15
14	Princip.	15
15	VI. Medium	15
	finis	

Digitized by Google

3.
Bio
Bra

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Paralleli.	Climata.	Maxi lies
		Ho.
26	Princip.	18
27	XII. Medium	18
28	finis.	18
28	Princip.	18
29	XIII. Medium	19
30	finis.	19
30	Princip.	19
31	XIV. Medium	19
32	finis.	19
32	Princip.	19
33	XV. Medium	20
34	finis.	20
34	Princip.	20
35	XVI. Medium	20
36	finis.	20
36	Princip.	20
37	XVII. Medium	21
38	finis.	21
38	Princip.	21
39	XVIII. Medium	21
40	finis.	21

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

in ipsum cætera resoluuntur.

Cùm autem elementum dicitur corpus simplex, non est ita illud accipiendum quasi non sit ex materia & forma compositum, alioqui non esset corpus naturale; sed quia in aliud non resoluitur. Vbi notandum est essentiales formas elementorum non esse primas qualitates, vt nonnulli opinati sunt: Verbi gratia, formam ignis esse summum calorem, &c. sed esse actus substantiales à primis qualitatibus distinctos: neque enim fieri aut constare potest totum substantiale ex non substantiis: At verò primæ qualitates non sunt substantiæ: vnumquodque autem elementum est totum substantiale, quare ex materia & forma substantiali constet necesse est. *Elementa ex materia & forma constant.*

Ex his intelligere est, elementum, vt sic, inuoluere quendam ordinem seu respectum ad id cuius est elementum, nempe ad corpus mixtum; siquidem elementa à natura ad mixtorum procreationem destinantur.

Quotnam sint elementa.

QVAESTIO II.

COnstans post Hippocratem, Platonem, & Aristotelem, Philosophorum sententia fuit, nec plura nec pauciora esse, quam quatuor elementa, nempe ignem, aerem, aquam, & terram. Iis enim quatuor corporibus & quidem solis supra allata elementi descriptio competit. Et sanè experientia compertum est mixtum in 4. hęc elementa resolui, vt patet in ligno, quod dum comburitur in flammam, fumum, spumam, & cineres resoluitur. Idem colligitur ex multis aliis indiciis, vt quod quatuor tantùm sint primæ qualitates, quarum vnaquæque in vnoquoque elemento prædominatur, nempe calor in igne, humiditas in aere, frigus in aqua, & siccitas in terra: quod quatuor sint earundem primarum qualitatum combinationes, quarum vnaquæque vnicuique elemento competit, vt calor & siccitas igni, humiditas & calor aeri, frigus & humiditas aquæ, denique siccitas & frigus terræ. Quod quatuor sint in humanis corporibus humores, nempe sanguis, qui aeri: flaua bilis seu cholera, quę igni: atra bilis seu melãcholia, quę terrę: deniq; pituita quę aquæ respõ-

4. *Esse elementa probatur.*
Authoritate
Ratione.
Experientia.
Coniecturis.

1.
2.

det. Quod quatuor sint lationes rectæ, duæ ad medium, & totidem à medio: latio quidem sursum simpliciter, igni, latio sursum secundùm quid aeri, latio deorsum simpliciter terræ, latio deorsum secundùm quid aquæ competit. Addè quatuor anni tempestates quæ vnicuique elemento respondent: sic enim hyems terræ, autumnus aquæ, ver aeri, æstas igni respondet. Mitto ea quæ hic afferri solent quaternarij numeri elogia.

Quot & quænam sint primæ qualitates Elementorum.

QVAESTIO III.

Quatuor esse primas qualitates.

NOn elementoaum modò, sed rerum omnium generabilium & corruptibiliū quatuor esse primas qualitates demonstrat Aristoteles, præsertim 2. lib. de ortu & interitu c. 2. eo quòd illæ non ex aliis sed ex iis nascãtur cæteræ. Sunt autem illæ quatuor calor, frigus, humiditas, siccitas. Vbi aduerte eiusmodi qualitates non absolutè primas esse omnium qualitatum, sed primas inter sensibiles qualitates, quæ rerum sublunarium seu elementarium sunt propriæ: Alioqui est certum dari in rerum natura qualitates istis natura priores, puta lucem cælestium corporum, corúmque soliditatem, pelluciditatem, &c. Dicuntur præterea primæ, quia ex earum temperie constat natura mixti corporis, qua temperie dissoluta necesse est dissolui mixtum.

Cur primæ dicantur.

Actus caloris, & frigoris.

Quod spectat ad earum rationem ac definitionẽ, certũ est eas esse qualitates tertiæ speciei, & quidem de genere earum patibilium qualitatum quæ tactum afficiunt. Earũ verò differentiæ per ipsarum proprios actus dignoscuntur, quorum respectu caloris & frigoris alij primarij sunt, alij secundarij. Primarij sunt hi, caloris quidẽ calefacere, frigoris frigefacere; Secundarij verò ex Aristotele c. 2. l. 2. De ortu: isti sunt caloris quidem congregare homogenea, frigoris heterogenea simul & homogenea: Respectu verò humiditatis & siccitatis, alij externi seu effectiui, alij verò interni seu formales. Externi sunt hi, humiditatis quidem humectare, siccitatis verò desiccare: Interni verò seu formales sunt hi, humiditatis quidem esse id cuius ratione quippiam difficile suo termino & alieno facilè circũscribitur,

Actus humiditatis & siccitatis.

scribitur, siccitatis verò esse id ratione cuius aliquid suo termino facilè, & alieno difficile terminatur.

Quare Aristoteles ibidem optimè definiuit calidum, quod congregat tantùm homogenea, seu ea solùm quæ sunt eiusdem generis, vt patet in massa metallica, quæ vi caloris sic in fornace dissoluitur, vt partes puri auri à cæteris impuriorib. secretæ metallis, simul congregentur: frigidum verò, quod homogenea simul & heterogenea congregat, vt patet in gelu, in qua lapilli, paleæ, ligna simul cum aqua concrescunt. Humidum, quod suo termino difficile, alieno verò facile terminatur, vt patet in aqua, quæ ex sese nullam figuram seruare potest, alienam verò facilè recipit. Siccum contra quod suo termino facilè limitatur, alieno verè difficile, vt patet in ferro, lapidibus, & aliis natura sua siccis corporibus. Vbi nota descriptionem hanc sicci maximè locum habere in mixtis corporibus, quibus siccitas soliditatem præbet, ratione cuius facile suam retinent figuram: alienam verò difficile, ne putes eam ex mente Aristotelis igni accommodari posse. Porrò quod ex 4. supradictis qualitatibus duas esse actiuas, nempe calorem & frigus, duas verò passiuas, nempe humiditatem & siccitatem scripsit Aristoteles: non est ita accipiendum, quasi nulla sit vis actiua humiditatis & siccitatis: sed quod multo sit tardior & hebetior quàm caloris aut frigoris, nec ita sensum afficiat.

Quid sit Aristot. calidum.

Quid frigidum.

Quid humidum.

Quid siccum.

Nota.

Nota.

Quomodo se habeant in elementis supradicta quatuor primæ qualitates.

QVAESTIO V.

DVæ hîc difficultates occurrunt breuiter explicandæ. Prima est, quotnam sint in vnoquoque elemento primæ qualitates. Respondemus duas vnicuique elemento secundùm naturalem statum cõsiderato competere, alteram quidem in gradu intenso, alteram verò in gradu remisso. Sic ignis natura sua est summè calidus: Aqua summè frigida, & remissè humida: denique Terra summè sicca, & remissè frigida. Loquimur autem hîc de elementis secundùm naturalem statum consideratis, nã pro præsenti statu sæpè immutatur ista qualitatum temperies. Neque enim aër nunc est summè humidus, nec tantũ re-

1. Difficultas.

Notandum.

Digitized by Google

missè calidus; sed etiam simul nonnunquam intensè frigidus, saltem in infinita hac aeris regione hyemis tempore. Neque aqua semper est summè frigida, sed nonnunquā moderatè calida, seu tepida, præsertim in æstate. Idem de terra dici potest, quę autumnali & verno, imò fermè omni tempore apparet humida, & nonnunquā calida magis esse videtur quàm frigida: quòd ex elementorū vicina & mutua eorundem inter se pugna prouenit, quare non insitis tantùm, sed etiam influxis qualitatib. abundant. Verum, obiiciet forsan aliquis cum altera prædictarum qualitatū sit remissa, remitti autem nō possit nisi oppositæ qualitatis admixtione, ideo tertiam qualitatem admittendā esse in vnoquoq; elemento. Respondeo, licèt elementa prout nunc se habent, insitas seu congenitas qualitates influxarū admixtione remissas habeant, sicque nunc in illis plus quàm duæ ex primis qualitatibus reperiantur: nihilominus tamen si secundùm naturalem statim considerentur, nullius oppositæ qualitatis admixtionem pati posse, sicq; alteram insitatū qualitatum naturaliter in elementis absque vlla contraria qualitate adiuncta, remissam esse, quod tamen in mixtis corporibus locū nō habet; ipsa enim ex mixtione seu temperie contrariarū qualitatū constant.

Obiectio.

Solutio.

Posterior difficultas. Qualitates symbolæ.

Altera difficultas est, an symbolæ qualitates elementorum sint eiusdem speciei & naturæ. Pro cuius difficultatis explicatione, sciendum est ex primis qualitatibus quasdam in elementis appellari symbolas, quasdam verò dissymbolas. Illæ dicuntur in quibus duo elementa conueniunt vt est calor in igne & aere, frigus in aqua & terra: hæ verò in quibus dissentiunt, vt calor & frigus respectu ignis & aquæ, humiditas & siccitas respectu aeris & terrę.

Dissimbolæ.

Vnde elementa quædam dicuntur symbola, nempe quæ in aliqua prædictarum qualitatum conueniunt, vt ignis & aer in calore, aer & aqua in humiditate, aqua & terra in frigore, denique terra & ignis in siccitate: Quædam verò dicuntur dissymbola quæ in nulla harum conueniunt, vt sunt ignis & aqua, item aer & terra.

Propositæ difficultati satisfit.

His positis, ad propositam quæstionem respondemus, Symbolas qualitates esse eiusdem rationis & speciei, verbi gratia, calorem ignis esse eiusdē naturæ & speciei cum calore aeris: similiter frigus aquæ idem esse natura cum frigore terræ. Probatur, quia si ista specie distinguerētur,

sequa-

sequeretur non esse tãtùm quatuor primas qualitates, sed esse octo. Deinde sequeretur vni duo esse contraria in eodem genere oppositionis, & eodem modo, verbi gratia, calori ignis, frigus aquæ, & frigus terræ, quæ Aristotelicæ doctrinæ atq; adeo philosophicæ veritati repugnant. Neque obest quod calor in igne sit intensus, & in aere remissus: illic vehemens & nocuus, hic leuis & beneficus, quod aer per calorem nonnullos effectus operetur quos ignis non potest operari: Hæc enim, & similia accidentaria differentiam dũtaxat arguunt inter prædictos calores, quod etiam dicendum est de calore cœlesti & viuifico, quos calores ab elementari differre specie minimè arbitramur. Idem quoque sentiendum de humiditate aeris & aquæ, licet illa ignem foueat, hæc verò suffocet, hoc enim accidit propter adiunctas alias qualitates seu subiecti dispositiones, v.g. humiditati aeris est adiuncta raritas, humiditati verò aquæ densitas.

Tacita obiectioni occurritur.

Quæ, & quot sint qualitates motrices elementorum.

QVAESTIO V.

PRæter supradictas quatuor qualitates primas elemẽtorum quæ alteratrices dici possunt, alię in iisdem assignantur motrices, quæ ex varietate motuum localium quos natura elementis indidit deprehensæ fuerũt. Quocirca cum duo sint elementa quæ sursum nituntur, nempe ignis & aer, duo item quæ deorsum feruntur, nempe terra & aqua: hinc duæ facultates motrices elementorum assignantur, nempe leuitas & grauitas.

Leuitas & grauitas.

Verùm quia eorum elementorum quæ sursum nituntur, alterum locum supremum appetit, alterum verò locum supremo vicinum: hinc leuitas duplex constituitur, altera simpliciter dicta, altera secundùm quid: illa igni, hæc aeri competit. Pari modo quia elementorum grauiũ alterum in locum infimum suopte nutu tendit, alterum verò in locum infimo vicinum, hinc fit vt altera dicatur grauitas simpliciter, altera verò secundum quid: illa terræ, hæc aquæ naturaliter est insita. Ex quibus patet elementorum leuium vnum esse leue simpliciter, nempe ignem; alterum leue secundum quid nempe aerem: similiter elementorum grauium vnum esse graue simpliciter,

Leuitas duplex.

Grauitas duplex.

Digitized by Google

nempe terram: alterum verò graue secundum quid, nempe aquam.

Vtrum elementa in suis locis grauitent & leuitent, seu an sint actu grauia & leuia.

QVAESTIO VI.

Sensus quæstionis explicatur.

SEnsus quæstionis est, an cùm elementum graue fuerit in suo loco naturali positum, partes illius ab infima parte loci remotiores nitantur illi esse propiores, sicque partes alias viciniores comprimant, itemque in rebus leuibus locum sibi naturalem obtinentibus, partes quę sunt remotiores à supremo loco sursum nitantur, adeo vt alias partes eidem supremo loco viciniores compellant. Cui dubitationi satisfiet duplici conclusione.

Prior conclusio.

Probatur.

Prior conclusio. Nullum elementum in suo loco naturali constitutum grauitat aut leuitat, si modo grauiora subsideant, & leuiora emineant. Probatur experientia, quia ij qui sub aquis natant, nullum onus sentiunt: & qui situlam aquæ in putei fundum demersam fune euehit, non multum laborat dū situla per aquam euehitur, sed statim atque ex aqua emerserit tunc laborare incipit, quia tunc ponderosior aqua persentitur, quod certissimo indicio est aquam non nisi extra proprium locum grauitare.

Posterior concl.

Probatur.

Posterior conclusio. Corpora grauia supra leuia, aut grauiora supra minùs grauia vbicunque sint grauitant: similiter leuia infra grauia, aut leuiora inf. minùs leuia leuitant. Cuius assertionis veritas experientia constat: vbicunque enim grauia ponuntur, confestim superiorem locum leuibus aut minùs grauibus, si hæc infrà sint, deseruntur, quod non fit, nisi mutuo grauium descendentium, leuiumque ascendentium conatu, qui grauitandi & leuitandi actu nuncupantur: quò fit vt in qualibet Vniuersi parte terra super aquam, terra & aqua super aerem vel ignem constituta deorsum vergant, & aer sub aqua, itemque ignis sub aere posita sursum nitatur.

* * *

SECVN-

SECVNDA DISPVTATIO huius tractatus.

De variis mutationibus elementorum.

DE ACTIONE ET PASSIONE.

An actio transiens sit in agente, an verò in patiente.

QVAESTIO I.

QVæ in libris De ortu & interitu differuntur ab Aristot. de communib. elementorum ac rerum elementarum mutationib. hac disputatione complectemur. Sũt autem hæ quæ omnibus & solis rebus elementaribus cõpetunt, nempe generatio & corruptio secundùm substantiam, alteratio secundùm qualitatẽ, mixtio in ordine ad mixti procreationem. Nam latio non solis rebus elementaribus, sed etiam cœlestib. competit: accretio verò non omnibus rebus elementaribus, sed solis viuentibus proprie competit. Et quoniam supradictæ mutationes non fiunt sine actione & passione, idcirco de actione & passione primùm dicemus: 2. de generatione & corruptione: 3. de alteratione: vltimo de mixtione. *Huius disputationis methodus.*

Vt igitur ab actione & passione ordiamur, omissis iis quæ de earum definitione, proprietatibus, & speciebus in Dialectica docuimus: ea tantùm hîc explicabimus, quæ magis ad Physicum pertinent. Et quidem quod spectat ad propositam difficultatẽ, prælsuppositia distinctione actionis in immanentẽ & transeuntem, quam aliàs explicauimus: quoniam de immanenti nulli dubiũ est eam recipi in eo ipso agente à quo elicitur, De transeunte respondemus eã recipi in patiente, non in agente. Tum quia actio & passio sunt idem reipsa cum motu, ex c. 3. l. 3. Phys. t. 19. Est autem motus in mobili seu patiente ibidem: erit igitur tũ actio cùm passio in mobili seu patiente, non in agente: tũ quia actio est ipsa rei quæ fit, productio: Atqui productio rei quæ fit seu termini ab ipso termino nequaquam distinguitur, terminus autem actionis transeuntis in patiente non in agente recipitur. Nec est quod opponant aduersa- *Actio ne esse in agente probatur.* 1. 2.

Obiectio. rij, agens formaliter denominari agens ab actione, quod non potest intelligi nisi actio sit formaliter in agente.

Solutio. Respondemus enim multa denominari formaliter, & tamen ab extrinseco, quia illud extrinsecum habet rationem formæ, non quidem intrinsecę & inherentis, sed extrinsecę & adiacentis. Sic corpus formaliter dicitur locatum à loco, formaliter dicitur homo vestitus, &c.

Instantia. Instabis agens creatum, dum actu agit, intrinsecè mutari seu se aliter habere quàm anteà. Respondeo agens creatum alio quidem modo se habere dum actu influit in

Solutio. effectum quàm antea, est enim tunc actu causa. Verùm ipsum agere seu influere, seu causare in agente non est ipsa actio transiens, sed modus quidam in agente quo se habet in ordine ad suum effectum. Ex quo intelligis agens non tantùm extrinsecè ab actione, sed etiam intrinsecè ab ipso agere denominari posse agens.

Notandum. Quo loco notandum, actiones transeuntes diuinas nō importare modum illum intrinsecum in Deo quo se aliter habeat, cùm effectus producitur quàm antea, hoc enim induceret mutabilitatem quandam in Deum.

An simile agat in simile.

QVAESTIO II.

Sensus quæritur. VT certū quid de re proposita decernatur, priùs quid quæratur est accipiendum, quod facilius fiet proposita hypothesi. Sunt duo calida æqualis virtutis, ita vt vnum illorum sit calidum vt quatuor, alterum similiter: quæritur vtrùm illa se inuicem possint calefacere, an verò inita quasi societate ab omni mutuo conflictu cessare debeant. Vera, eaque Aristotelis sententia est, nullam fore interea actionem, quia omne agens dum operatur, intendit sibi simile reddere patiens: quare cùm iam vtrumque illud calidum supponatur simile, nō est quod vnum agat in aliud. Sunt qui in data hypothesi distinctionem adhibent. Si enim, inquiunt, alterum horum æquè calidorum sit altero densius, poterit agere in id quod est rarius; licet enim ex hypothesi non plures sint gradus caloris in vno quàm in altero, est tamen maior vis agendi in densiori corpore, eo quòd densitas vim caloris acuit,

Assertio tenenda.

Quorundam verosimilis opinio.

quàm

quam raritas dissipat. Verùm, nec istud audiendum est, cum sit ab Aristotelis mente alienum, nec satis firma ratione nitatur. Nam licet densitas vim caloris augeat, non tamen id præstare potest, vt agens calidum plures gradus caloris in quauis sibi subiecta materia possit producere, quàm in se cohibeat; sed tantùm eam vim confert, vt in æquali distantia plus caloris, & in maiori tantum caloris producat, quantum aliud æquè calidum, sed minùs densum in minori: Adde etiam istud rationi aduersari, si enim agens magis densum posset augere calorem æquè intensum corporis minùs densi, sequeretur calorem in infinitum augeri posse ex mutua actione vtriusque agentis. Nam si fuerit densum corpus calidum vt quatuor, & in rariori corpore quod esset calidum quoque vt quatuor, produceat quintum gradum, iam corpus rarius poterit agere in densius eo quòd habeat plures gradus caloris: iam vbi agens densius fuerit æquè calidum ac agens minùs densum, poterit rursum in illud aliquid caloris producere, & sic in infinitum res abibit, quod absurdissimum est. *Refutatur.*

An idem agat in seipsum.

QVAESTIO III.

PRopositæ quæstioni vnica hac assertione satisfieri potest.

Nihil potest agere in seipsum actione corruptiua per se, secundùm se totum, potest tamen aliquid in seipsum agere actione perfectiua, & etiam actione corruptiua per accidens, aut secundùm partem. Declaratur hæc assertio in omnibus mutationum generibus, & primum in generatione & corruptione: nihil enim per se, & secundùm se totum seipsum generat vel interimit, sed tantùm secùndùm partem, aut per accidens: secundùm partem, inquam, vt cum viuens conuertit alimentum in suam substantiam, quæ adgeneratio dicitur: vel cum nutriui caloris actiuitate aliquid propriæ substantiæ continuò deperdit: per accidens verò, secundum se totum potest aliquid seipsum corrumpere, vt cum ignis lucernæ assumpto oleo extinguitur. Idémque ferme experimur in accretione, & decretione. Quod spectat ad alterationem, cum alia sit perfectiua, alia corruptiua: dicimus posse aliquid agere in se- *Assertio tenenda.* *Probatur inductione.*

ipsum alteratione perfectiua,& quidem per se secundùm se totum,vt patet in aqua calida quæ seipsam naturaliter frigefacit. Negamus verò posse aliquid agere in seipsum alteratione corruptiua, nisi per accidens, & secundùm partem: per accidens quidem, vt cùm anima præsertim sensitiua in belluis varijs modis alterando corpus ab eodem alteratur. Secundum partem verò,vt cùm frigido influxu cerebri calor cordis temperatur, & è contra, cordis calore cerebrum refouetur. Denique quod spectat ad motum localem,dico primò aliquid moueri posse per accidens à seipso,vt cùm anima mouendo corpus mouetur. Dico secundo aliquid seipsum mouere secundùm partem,cum ratione vnius partis mouet alteram, vt si quis dextera manu læuam moueat. Dico tertio idem secundùm se totum seipsum mouere posse, vt patet in Angelis, anima rationali separata: Denique in omnibus corporibus physicis perfectis & completis, vti explicatum est in disputatione de motu, est enim motus iste perfectiuus, non corruptiuus. Et quoniam per antiperistasim vnaquæque res naturalis nouo quasi præsidio seipsam munire videtur, vt contrario resistat, locus hic postulat, vt quid sit breuiter explicemus. Antiperistasis igitur, latine circumobsistentia, dupliciter accipitur: interdum iuxta propriam vocabuli significationem pro ipsa contrarij agentis circumobsistentia, nonnunquam idque frequenter pro actione quadam perfectiua rei obsessæ: quâ propter circumobsistentiam contrarij intenditur ad illi resistendum. Fuit enim rebus quibusque naturalibus inditus appetitus conseruandi se adeo, vt occurrente contrario vnitis quasi viribus fortius resistant: confirmari posset illud innumeris experientijs,vt quod aqua frigida in æstate Soli aliquantulum exposita frigescat magis: Ignis vrgente hyeme sit ardentior: item ignis modica aqua aspersus, sub frigido vento agitatus euadat vegetior.

Alteratio duplex.

Perfectiua.

Corruptiua.

Antiperistasis quid sit.

An omne agens dum agit repatiatur.

QVAESTIO IV.

PRoposita quæstio alteram quoque inuoluit, nempe vtrum patiens dum patitur reagat: vnum enim sine altero esse non potest. Vbi notandum est, in mutuo contrariorum conflictu illud simpliciter appellari agens quod præualet

Notandum.

prævalet ac superat: Illud verò patiens quod cedit ac vincitur. Et quidem agentis proprium esse repati, patientis reagere. Deinde notandum est in duplici casu agens à nullo repati: Primò, cùm caret materia, aut constat materia diuersi generis, saltem quoad dispositiones. Secundò, cum est extra sphæram actiuitatis eius rei quæ patitur. 1

Notandum etiam est constare apud philosophos agens posse ab aliquo patiente repati secundùm qualitatem diuersam ab ea, secundùm quàm operatur; verbi gratia, id quod calore vincit, poterit patientis humiditate superari: & præterea posse agens etiam secundum eandem qualitatem repati diuersa sui parte: ita vt ratione vnius partis calefaciat, & ratione alterius ab ipso patiente frigescat. Tota igitur difficultas est, vtrùm aliquod agens communis materiæ intra sphæram actiuitatis positum à patiente aliquid repatiatur secundùm eandem partem, & eandem qualitatem. Cui respondetur ita esse: Exempli gratia, sit calidum vt sex, quod agat in frigidum vt quatuor, asserimus dum agens calidum suo calore agit in patiens frigidum, nonnihil detrimenti secundum eundem situm calorem accipere ab ipso patiente frigido, quod quidem reagendo aliquid frigoris inducit in ipsum agens calidum, per quod calor ille agentis nonnihil debilitatur. Ratio huius nostræ assertionis est, quia in tantum aliquid agit, in quantum est actu, in tantum verò patitur, in quantum est potentia; vnde quod est actu calidum agit in id quod est tantùm potestate calidum; & quod est magis actu calidum, agit in id quod est minus actu calidum: At verò in data hypothesi patiens frigidum vt quatuor, est magis actu frigidum, quam sit agens calidum vt sex, quod non potest esse frigidum nisi vt duo: Ergo frigidum potest reagere in ipsum agens calidum, ac proinde agens calidum nonnihil ab ipso repatietur vt patet. 2. 3. *Nodus difficultatis.* *Assertio.* *Probatur.*

Sic etiam experientia constat in animalibus calorem naturalem, dum continuò agit in alimentum, ipsumque conuertit in alitum, paulatim ab ipso repatiendo debilitari.

DE GENERATIONE ET CORRVPTIONE.

Quid sint generatio & corruptio.

QVAESTIO V.

Quid sit agens.

VTraque hæc mutatio secundum substantiam est in quo differt ab alijs mutationibus quæ fiunt secundũ accidens. Est autem discrimen inter generationem & corruptionem, quòd generatione forma substantialis producitur, corruptione verò deperdatur; sicque corruptio generationi priuatiuè opponitur. Quare quid sit corruptio ex ipsa generationis descriptione facile intelligetur.

Definitur autem ab Aristotele generatio, transmutatio totius, nullo sensibili remanente: vbi per totum intelligitur compositum naturale ex materia & forma, quod quidem compositum quatenus ad ipsum fit mutatio, est terminus vltimus, & per se intentus generationis. Cum autem audis totum in aliud totum generatione transmutari, non ita accipiendum quasi per generationem, quidquid est in vno pereat, & omnia denuo producantur in altero: manet enim eadem, & communis sub vtroque transmutationis termino materia, itémque accidentia genito & corrupto communia. Additur in supra allata definitione (nullo sensibili remanente) quæ particula additur ad majorem rei explicationem, vt intelligas ita totum mutari in aliud totum, vt ipsum non remaneat, Itaque cum ex aliquo quippiam generatur, non manet idem subjectum sensibile seu compositum naturale quod antea, quia nempe mutatio hæc fit secundum substantiam, & non tantùm secundum accidens. Quare ab Aristotele alibi describitur, Mutatio à non ente ad ens 8. Physic. 7. cap. 7. & mutatio à substantia potestate, ad substantiam actu. 1. de ortu c. 5. Traditur etiam hęc à Theologis quę diuinis accommodatur generationis definitio, Processio vnius ab altero secundum naturæ similitudinem. Porrò cum eorum quæ sunt alia caduca sint, seu corruptibilia, alia verò æterna seu incorruptibilia: natura non æternis, sed caducis duntaxat vim generandi

Alia generationis descriptio.

Alia genes. descriptio.

nerandi seu procreandi sibi simile tribuit, vt rerum illarum interitui generatio succurreret, & quæ in individuo erant perituræ in specie conseruarẽtur, & propagarentur.

Quanam sint principia, causa & termini generationis.

QVAESTIO VI.

PRincipia generationis tria sunt, nempe materia, forma substantialis, & priuatio: de quibus abundè satis dictum initio primæ partis Physiologiæ. Causæ, quæ etiam principia dici possunt, istæ sunt, Materialis, subjectum in quo forma denuo producitur, formalis est ipsa eius ratio seu definitio: efficiens nulla propriè est; neque enim mutatio vlla propriè efficitur, sed per ipsam aliquid fit; est enim ipsa ad effectum via, finis generationis proprius, & proximus est ipsius terminus, nempe compositum naturale quod gignitur, remotus verò est conseruatio speciei. *Principia generationis.* *Causæ.*

Quod spectat ad terminos: Terminus à quo materialiter sumptus, est in quod per generationem transmutatur in aliud, vt cum ex ligno generatur ignis, lignum dici potest terminus à quo istius generationis: at verò terminus à quo formaliter & præcisè sumptus, dicitur non ens; Terminus ad quem dicitur ens: Sicut terminus à quo corruptionis, est ens, terminus ad quem est non ens. Vbi illud non ens, qui dicitur terminus à quo generationis, non est intelligenda pura entis negatio, sed ens incompletum seu materia prima inquantum includit carentiam perfecti entis: per ens autem qui dicitur terminus ad quem generationis, intelligitur primo per se compositum, licèt etiam forma dici possit generationis terminus secundariò & propter aliud intentus. Vbi nota, cum duplex ille sit generationis terminus, nempe forma, & compositum formam esse principium, compositum verò non dici principium, sed finem eiusdem generationis. Per illud autem compositum intelligenda est maximè totalis illa entitas compositi quæ est distincta ab entitate vtriusque partis separatim considerandæ: vt aliàs docuimus. *Termini.* *Nota.*

Digitized by Google

An Corruptio vnius sit generatio alterius.

QVAESTIO VII.

Sensus qu. aperitur.

DVbitatur hic de veritate huius Aristotelici pronunciati quod habetur 1. de ortu c. 3. Sensus autem quæstionis non est, an corruptio formaliter sit generatio; hoc enim aperte falsum est; sed an corruptione vnius sequatur semper generatio alterius, ita vt quotiescunque vnum corrumpitur, statim aliud necessariò generetur.

Notandum. Cui dubitationi vt satisfiat, notandum est corruptionem & generationem paulo aliter se habere in rebus inanimatis, aliter in viuentibus; nam illorum corruptionem statim sequitur alterius generatio, vt patet in ligno quod in ignem conuertitur; horum non item, nam vbi anima deperit in corpore animalis non illicò succedit noua forma quæ producatur: & certè moriente animali nihil aduertimus illius loco gigni, sed tempore interjecto dissoluuntur partes, putrefiunt, & ex ijs alia giguuntur corpora, sicque corruptionem viuentis sequitur alterius generatio, non quidem statim, sed post aliquod tempus, & mediante partium dissolutione. Notandum præterea est, corruptionem seu interitum rei dupliciter contingere, primo quidem à principio extrinseco, nempe agente contrario à quo aliquid per se corrumpitur, vt cùm aqua ab igne, & ignis ab aëre perimitur; Secundò à principio intrinseco, & quidem per accidens, vt cùm animal senio conficitur. Illam igitur vt plurimum immediatè sequitur alterius generatio, quia propositum agentis est dum aliquid corrumpit, aliud quippiam sibi simile producere: hanc verò non immediatè sequitur alterius generatio, quia non reperitur ibi aliquod agens quod intendat aliquid sibi simile producere; sed immediatè & intercepto aliquo temporis lapsu; sicque semper manet verum prædictum artis axioma, generationem vnius esse corruptionem alterius: hoc est, ex vnius corruptione alterius generationem semper sequi proximè, vel mediatè.

Notandum.

Vtrùm in cuiuslibet rei naturalis interitu fiat resolutio vsque ad materiam primam.

QVAESTIO VIII.

Sensus propositæ quæstionis explicatur.

SEnsus propositæ quæstionis est, Vtrùm in eo temporis momento quo interit corpus aliquod naturale, abscessu

ſceſſu formæ omnia ſimul accidentia intereant, quæ inibi præextiterant; hanc enim generalem omnium accidentium in aliquo ſubjecto ruinam, appellant reſolutionem vſque ad materiam primam. Ita enim cenſent nonnulli eo in ipſo inſtanti quo ſubſtantialis forma deperditur, omnia planè ſubjecti accidentia deperire, móxque alia ſimilia reproduci, ſicuti exiſtimant omnes accidentarias diſpoſitiones requiſitas ad introducendam formam ſubſtantialem deperire in eo ipſo inſtanti quo ipſa forma ſubſtantialis producenda eſt, moxque ipsâ productâ alia plane ſimilia accidentia inibi repullulare.

Probabilior ſententia circa propoſitam qu.

Eſt autem longè probabilior ſententia, non dari eiuſmodi reſolutionem vſque ad materiam primam: ſed tùm accidentia genito, & corrupto communia, tùm diſpoſitiones ad nouam formam producendam introductas remanere. Probatur hæc ſententia primò: quia, ſicut olim explicauimus, forma non niſi mediantibus diſpoſitionibus recipitur in materia, imo non niſi earum vi & poteſtate educitur ex potentia materiæ: hoc autem non poteſt intelligi ſi in eo inſtanti quo forma illa educitur ex materia, ſimúlque in ipſa recipitur, omnes illæ diſpoſitiones iam perierint. Secundo, natura nihil fruſtra molitur, ſed fruſtra tum diſpoſitiones illæ, cum accidentia corrupto & genito communia interirent, cum alia eiuſdem rationis & planè ſimilia reproducenda forent, vt experientia conſtat. Adde quod non poteſt intelligi à quonam agente accidentia illa perimantur, & quanam virtute iterum producantur ſimilia. Denique cùm animal interit, nullam animaduertimus mutationem fieri circa eius quantitatem, figuram, &c. imo ſi fuerit inflicta cicatrix in corpore, manet eadem. Quis enim fingat aliam eſſe in corpore mutuo cicatricem, quàm quæ in corpore viuo fuerat? Adde eandem manere carnis mollitiem, duritiem, &c.

Probatur.

1.

2.

3.

4.

DE ALTERATIONE.

Quid sit alteratio, Quanam eius causa, simul ac termini.

QVAESTIO IX.

Alterationis descriptio.

DEfinitur ab Aristotele 1. de Gener. cap. 4. Motus secundùm qualitates contrarias vel medias, eodem subiecto sensibili remanente. Vbi motus ponitur tanquam genus, reliqua verò loco differentiæ: est enim alteratio propriè dicta, species quædam motus, & quidem ad qualitates propriè contrarias aut illarum medias: licèt enim contingat mutatio in ijs etiam qualitatibus in quibus non reperitur vera contrarietas, non tamen ista mutatio censetur propriè alteratio, licèt aliquo modo ita possit appellari. Præterea dicitur alteratio fieri etiam ad medias qualitates, in quantùm mediæ qualitates habere possunt rationem extremarum: Exempli gratia, tepor, si comparetur cum calore, erit instar frigoris: si verò cum frigore conferatur, erit instar caloris.

Alterationis causa.

Quod spectat ad causas alterationis, efficiens primaria est agens naturale, finalis est productio formæ substantialis similis substantiali formæ agentis. Sic enim alteratio est ad generationem dispositio, materialis est subiectum ex quo educitur qualitas illa quæ per alterationem producitur. Denique formalis est ipsa ratio seu definitio alterationis.

Alterationis termini.

Quod spectat ad terminos, si loquamur de alteratione latissimè sumpta, quæ fit etiam in ijs quæ nullo modo sunt contraria, sanè quælibet qualitas poterit esse terminus alterationis, cum in hoc differat hæc mutatio à cæteris, quod fit ad qualitatem, siue illa qualitas sit corporea, vt lumen, color, calor, &c. siue spiritualis, vt scientia, virtus, &c. Si autem propriè accipiatur alteratio pro ea quæ versatur inter contraria, dicitúrque corruptiua, terminus ad quem erit vna ex primis aut certè aliqua ex ijs propriè contrarijs qualitatibus quæ ex primarum temperie proueniunt.

An

An alteratio sit motus continuus & successivus.

QVAESTIO X.

Alteratio dici potest continua 3. modis.

ALterationem hoc loco propriè accipimus pro eo duntaxat motu quo qualitas aliqua cum alterius oppositæ qualitatis pernicie in subiectum inducitur. Potest autem alteratio dici continua tribus modis : primo ratione durationis, secundò ratione subiecti seu extensionis, tertiò ratione formæ seu intensionis. Dicitur autem qualitas aliqua capax intensionis & remissionis quæ secundùm plus vel minus participari potest à subjecto : sic calor intendi vel remitti dicitur, quia plus & minus caloris in aliquo subjecto esse potest, vt experientia patet. Hoc autem fit additione vel abstractione partium gradualium ex quibus totalis calor intensus consistit, vt ex sequenti quæstione constabit.

Sensus quæstionis.

Hoc præsuppositio quæritur, an continua & successiua motione qualitates intensionis & remissionis capaces producantur, itaut perpetuo seu non interrupto temporis successu illarum partes graduales aliæ post alias in alijs atque alijs partibus subjecti acquirantur. In qua quæstione quatuor inuoluuntur difficultates. Prima est, num detur aliqua pars formæ quæ primò tota simul in subjecto producatur : secunda, num detur pars subjecti primò tota simul alterata : tertia, vtrùm continuetur alteratio, itaut nulla temporis morula intercipiatur in qua cesset motus ratione formæ : quarta, vtrùm continuetur eadem alteratio ratione subiecti, itaut nulla in parte subjecti sistatur motus. Quibus difficultatibue quatuor sequentibus conclusionibus satisfiet.

4. Difficultates.

1. Conclusio

Prima conclusio. Non datur prima pars formæ quæ in instanti tota simul primò acquiratur. Quia vbi est resistentia, ibi necessario est successio, sed cum primum inducitur minima pars formæ, offenditur resistentia. Ergo minima sua pars successiuè introducetur. Quò fit vt non detur prima pars alterationis quæ fit tota simul, nec mirum, cùm incipiat in tempore : nulla autem pars temporis possit assignari quæ sit tota simul.

2. Conclusio.

Secunda conclusio. Nulla datur prima pars subjecti tota simul alterata. Si enim detur ex hypothesi minimum illud subjecti totum simul alteratum, de illo quæri pote-

Digitized by Google

rit, vtrùm habeat resistentiam, necne. Quod si habeat, cùm illud minimum sit continuum, habebit aliquam sui particulam agenti viciniorem altera, cuius resistentia prius erit superanda, sicque non poterit totum simul alterari. Quod si nullam faciat agenti resistentiam, idem dici poterit de alio minimo quod sequitur immediatè, ac proinde totum subiectum in instanti posset alterari, quod repugnat experientiæ.

3. *Conclusio.* Tertia conclusio. Alteratio continuatur successiuè ratione formæ seu qualitatis quæ producitur, ita vt non sit vllo modo necesse post introductum aliquem gradum formæ, vel minimam quietem intercipi. Non enim est vlla ratio cur post introductam certam aliquam partem formæ sistatur motus, quam post maiorem vel minorem partem eiusdem. Adde quod absurdum est tunc temporis subiectum non alterari, cùm ipsum agens adsit, nec plus resistentiæ tunc temporis habeat subiectum, quàm tempore immediatè præcedenti.

4. *Conclusio.* Quarta conclusio. Alteratio continuatur successiuè ratione subiecti, ita vt postquam in aliquam partem subiecti tempore præcedenti introducta fuit pars formæ, nulla intercipiatur mora in qua nihil subiecti immutetur, sed continuè aliæ partes subiecti remotiores successiuè alterantur, quia partes illæ sunt æquè alterabiles atque aliæ, potéstque ex hypothesi, ad illas vsque agens naturale vim suam exercere.

Quomodo per successiuam alterationem intendantur & remittantur qualitates contrariæ.

QVAESTIO XI.

Notandum Qualitatis latitudo duplex.

CAlorem, frigus, & cæteras id genus qualitates, nouas in subiecto vires interdum acquirere nemo nescit: qua tamen ratione id fiat controuertitur. Ad vberiorem igitur propositæ quæstionis explicationem, notandum est, cùm tria sint maximè quæ suæ entitatis latitudinem patiantur, nempe quantitas, qualitas, & locus: qualitatis latitudinem duplicem esse, vnam extensionis: alteram ipsi magis propriam intensionis: Illa ratione partium subiecti, hæc verò ratione partium entitatiuarum ipsius qualitatis sumitur: Illa maior vel minor est prout plures vel pauciores subiecti partes qualitas occupat, hæc

Notandum.

hæc verò prout in eadem subjecti parte plures vel pauciores gradus entitatiuæ perfectionis qualitas obtinet. Et quidem de hac non de illa præsens quæstio intelligitur. Illud præterea occurrit obseruandum, latitudinem illam intensionis & remissionis in qualitatibus oriri ex natura & conditione illarum, quæ eiusmodi est, vt possint eiusmodi qualitates magis vel minùs à subjecto participari, eo quòd habeant modum actuandi subjectum diuisibilè.

Quorundam opinio. Refellitur.

Quod igitur spectat ad solutionem propositæ difficultatis: quidam existimant cùm intenditur qualitas, debiliorem perimi, & nobiliorem procreari. Sed malè: quia calor calorem non extinguit, imò potiùs fouet: deinde non tollunt difficultatem, quæri enim poterit per quid qualitas, quæ sequitur, sit validior ea quæ antecessit. Alij volunt calorem primo introductum nullius rei accessione fieri vehementiorem, sed calorem intendi seu augeri nihil aliud esse quàm ipsum magis stabiliri seu confirmari in subjecto; quo fit vt fortius operetur, calorémque intensiorem produeat. Verùm non videtur probabilis ista sententia, tum quia in subjecto calidiori verè dicitur inesse plus caloris quàm in minus calido, quod non præstat sola qualitatis maior radicatio in subjecto, quæ tantum facit vt qualitas minus facilè diuelli possit, non verò vt intensior sit; tum quia non potest intelligi in quo consistat maior radicatio, & quomodo ab agente efficiatur.

Aliorum opinio. Refutatur.

Probabilior sententia.

Quare probabilius alij sentiunt id fieri additione nouorum graduum seu partium gradualium caloris ad priores gradus, quod est ita intelligendum, quasi calor existens actu addatur alteri calori iam actu existenti, velut cùm aqua aquæ infunditur, sed quod ex eodem subjecto in quo iam existunt priores illi gradus, alij procreantur, ex quibus vnus idémque numero intensus calor efficitur.

Probatur.

Quæ sententia sic explicata probatur, quia omnis forma quæ intenditur, perficitur, ergo ei aliquid additur. Probatur consecutio, quia perficitur per veram actionem quæ est motus: atqui omnis veræ actionis ac physici motus datur verus & realis terminus qui per ipsam producitur. Quare cùm qualitas per veram actionem & verum motum, nempe alterationem perficiatur, est necesse vt accessione alicuius entitatis productæ perficiatur.

Licet autem subjecti extensio, densitas, & quarundam

Digitized by Google

dispositionum adjuncta conditio vim caloris acuant, ita vt promptiùs & ad majorem distantiam agat, non tamen hæc & similia hoc præstare possunt vt intensiorem calorem producat, sed ad hoc necesse vt calor ipse sit formaliter intensior, vt supra docuimus.

Vnde proueniat actualis intentio primarum qualitatum.

Quod autem qualitates, quæ sunt capaces intensionis & remissionis, actu intendantur & remittantur, sæpissimè prouenit ex majori vel minori admixtione contrarij: vt patet in qualitatibus habentibus contrarium, nempe calore, frigore, &c. Potest etiam aliunde prouenire, vt ex majori vel minori virtute agentis, vt patet in lumine quod majus vel minus producitur, quatenus in corpore lucente major vel minor est lucis copia: Aliquando ex naturali subjecti & partium eius dispositione, sic plus caloris in proximo quam in remoto subjecto producitur, & plus luminis in terræ parte Soli directè subjecta, quam in ea quę Solem obliq; duntaxat respicit, & ignis plus caloris in re super posita, quàm ad latus posita producit. Cum enim ignis perpetuo sursum, sicq; acutiorem vim sursum exerat quàm ad latera, vt manifestissimâ experientiâ patet; hinc fit vt id quod supra ignem ponitur sit magis dispositum ad concipiendum calorem, quàm id quod circa ipsum.

DE MIXTIONE.

Quid sit, & quomodo fiat Mixtio.

QVAESTIO XII.

Mixtionis descriptio.

MIxtionem hìc accipimus non pro quauis rerum similium aut dissimilium coaceruatione, sed pro vnione mixtilium elementorum sub vna substantiali forma alicuius mixti, corruptis mixtilium formis: quo sensu de mixtione differit Philosophus c. 10. lib. 1. de ortu, vbi definitur ab eodem mixtio, miscibilium alteratorum vnio. Licèt enim mixtio præcisè & formaliter sumpta, quatenus est species quædam generationis, sit mixti productio, ne tamen obscurum per obscurius explicare videretur Aristoteles, maluit illam apertius declarare per præuias dispositiones, cuiusmodi sunt miscibilium corporum mutuus conflictus & alteratio, siue secundum qualitates immutatio, eorundem minutatim dissectorum permixtio,

Digitized by Google

permixtio, tandem particularum elementarium inter se permixtarum in vnitatem materiæ facta adhæsio, quam mox formæ eductio consequitur,& mixti productio. Vbi nota mixtionis nomine apud Physicos & ipsum Aristot. non tantùm ipsam mixti productionem,sed maximè præuiam illam elementorum inter se concertantium alterationem & permistionem in ordine ad mixti productionem intelligi. Cùm igitur toto tempore præcedenti istam mixti productionem elementa inter se agant, datur tamen aliquod instans in quo retusis elementorum viribus ac illis in minimas particulas dissectis,fit mutua illarum particularum pereuntibus elementorum formis continuata adhæsio , cùm antea essent tantùm contiguæ. In quo etiam instanti producitur in hac ipsa materia numero iam vnâ ob continuationem partium forma mixti, sicque mixti productio peragitur.

Nota.

Quonam instanti forma mixti producatur.

An elementa maneant in mixto.

QVAESTIO XIII.

COnstat quidem elementa sese tanquam materiam mixtis corporibus gignendis accommodare , num vero etiam quoad formas substantiales in ijsdem insint, controuertitur. Nonnullis enim visum est elementa non tantum secundum materiam & qualitates per alterationem immutatas, sed etiam secundùm propias formas in mixtis remanere.

Quæst. quo. rundam opinio.

Sed probabilior & magis recepta sententia est,elementa non actu & formaliter,sed potestate & secundum qualitates remissas in mixto reperiri: ite sanè videtur sensisse Aristoteles,qui 3. de cœlo c.3.scribit in carne,ligno,& similibus inesse potentia ignem & terram;& 2.De generat. c. 7. elementa ideò dici in mixto remanere,quia illorum virtutes seu primæ qualitates in ipso remanent. Ratione confirmatur,quia formæ naturales nequeunt sine natiuis proprietatibus rerum natura cohærere : Atqui natiuæ proprietates elementorum nequaquam in mixtis reperiuntur, verbi gratia , in ligno reperitur intensus calor qui est proprietas ignis , neque summum frigus , quod est proprietas aquæ , cùm repugnet ista simul in eodem subjecto reperiri : Ergo nec formæ naturales eorundem in ipsis reperiri possunt. Adde quod si formæ substantia-

Aliorum probabilior sententia.

2.

3.

Digitized by Google

les elementorum essent actu in mixto, sequeretur in eadem subjecti parte simul plures esse formas substantiales minimè subordinatas, proindeque vnum & idem simul esse multiplicis naturæ, verbi gratia, esse simul naturæ terrestris, aqueæ, aëreæ, igneæ, quod perabsurdum est. Cæterum quia in mixto remanent elementorum refractæ qualitates simul cum ipsorum materia, hinc dicuntur elementa virtute & potestate manere in mixto. Quod si

Obiectio.

obijcias mixtum resolui in elementa, vt cùm lignum in

Solutio.

aërem, ignem, aquam & cineres dissoluitur, ac proinde ex ipsis actu constare. Respondeo non esse necesse vt ea in quæ aliquid cùm alteratione præuia & physica mutatione dissoluitur, actu in ipso præexstiterint; tunc enim actu esse incipiunt, cum mixtum corrumpitur.

Quid, & quotuplex sit in rebus mixtis temperamentum.

QVAESTIO XIV.

Temperamentum sunt ipsa primæ qualitates.

CRasis Græcè, Latinè temperamentum ex ipsa mixtione nascitur, estque conceptus seu harmonia, seu naturæ cujusque mixti apta primarum qualitatum dispositio, vel potius sunt ipsæ primæ qualitates certa quadam ratione in mixto temperatæ. Neque enim existimandum est temperamentum esse quintam qualitatem à quatuor primis diuersam. Neque etiam propriè est ipsa quatuor primarum qualitatum proportio, seu mutua earum inter se habitudo, sed ipsæmet quatuor primæ qualitates quæ illam inter se proportionem habent.

Temperamenti diuisio.

Temperamentum temperatum duplex.

Temperamentum in genere duplex constituitur, aliud temperatum in quo nulla qualitas notabiliter excedit, aliud verò intemperatum in quo vna vel saltem duæ notabiliter excedunt reliquis inter se contemperatis. Rursus temperamentum temperatum subdiuiditur in id quod exquisitè atque, vt dicitur, ad pondus; & id quod non adeò exactè, sed, vt dicitur, ad iustitiam temperatur. Itaque appellatur temperamentum ad pondus illud in quo nulla planè qualitas exuperat, sed summa inest omnium æqualitas. Temperamentum verò ad justitiam dicitur quod ad naturam eius cui competit maximè accommodatum est, ita vt nulla qualitas notabiliter excedat cæteras

ras:illud vnicum est,hoc verò multiplex. Temperamentum intemperatum est duplex,nempe simplex, vel compositum. Illud est in quo vna tantùm excedit alteram oppositam reliquis duabus contemperatis : sic temperamentum calidum dicitur in quo calor frigori dominatur humore & siccitate temperatis, hoc verò est in quo duæ qualitates excedunt alijs duabus remissis ; sic temperamentum calidum & humidum dicitur in quo calor & humiditas frigori & siccitati prædominantur. Potest enim temperamentum ratione principij à quo proficiscitur,bifariam diuidi,nempe in temperamentum innatum,& influxum: illud est quod ab internis naturæ principijs,hoc verò quod ab externis causis prouenit. Sic enim caro innata temperie est calida & humida, influxa verò potest esse frigida,vt hyeme accidit.

Temperamentum intemperatum duplex.

Alia temperamenti diuisio.

Cæterùm circa temperamentum ad pondus & iustitiã, quæritur,an dentur eiusmodi temperamenta. Et quidem quod ad prius spectat, nihil videtur repugnare quin admittendum sit, licèt rarissimè contingat, & adhuc breui durçt.Sic scribit Galenus 1. de Temperamentis,cutem interiorem manus hominis in ætate potissimum florente omnium qualitatum mediocritate constare. Quod verò spectat ad posterius temperamentum, non est dubium quin illud nonnunquam reperiatur in rerum natura; ita vt corpora mixta non rarò temperata sint ad iustitiam, licèt non diu perseuerent in tali statu ob extrinseca incommoda: sic verosimile est qualitates in corpore humano ad æqualitatem iustitiæ esse temperatas, licèt difficillimum sit eam temperiem perpetuò conseruari ob continuas & perpetuas alterationes ipsius corporis, quæ tum ab intrinseco, videlicet à calore naturali, humore item natiuo, & alimento assumpto ; tùm ab extrinseco, verbi gratia, ab influxu corporum cœlestium, aut ab aëris diuersa temperie proficiscuntur. Præterea tale temperamẽtum præcipua quadam excellentia tributum fuit primis parentibus : simile quid obtinuit sacratissimum Christi corpus,& simile quid reperitur quoq; in corporibus beatorum,quamuis inter illa id sit discriminis, quòd corpora primorum parentum leuem aliquam, non tamen insignem temperamenti mutationẽ subijssent,corpus Christi insignes præsertim ab extrinseco temperamenti altera-

Difficultas circa temperamentum ad pondus & iustitiã.

Primorum parentum Christi & beatorũ corpora ad iustitiam temperata.

tiones passum fuerit, denique corpora beatorum nullam planè temperamenti mutationem per totam æternitatem expertura sint. Solent hic subiungi nonnullæ quæstiones de mutua elementari inter se transmutatione, quæ quia nullius momenti, idcirco libens prætermitto. Atque hæc de elementis in genere satis.

TERTIA DISPVTATIO
huius tractatus.

De singulis Elementis.

DE IGNE.

An detur ignis elementaris supra aërem.

QVAESTIO I.

Assertio. NOn tantùm Aristotelicæ doctrinæ, verùm etiam rationi imprimis est consentaneum, dari ignem elementarem, illumque esse supra aërem iuxta concauum cœli Lunæ. *Prior pars assertionis.* Cuius assertionis prior pars vera est, tum quia sublato igne manca esset mundi huius vniuersitas, vtpote quæ careret elemento pulcherrimo, nobilissimo, & ad agendum promptissimo: tum quia summus calor natura debetur alicui elemento, non aëri qui naturâ sua moderatè calidus est, & multò minus terræ aut aquæ natura sua frigidis: Ergo soli igni debetur. *Posterior pars assertionis.* Posterior pars eiusdem assertionis probatur, quia ignis in medio aëre natura sua leuitat, & sanè supra ipsum, ni grauitate materiæ cui adhæret, detineretur, euolaret: Ergo signum est locum illi deberi supra aërem iuxta cœlum Lunæ. *Obiectio.* Obijcies forsan, si aërem ignis vndequaque circumuolueret cùm summa agendi vi polleat; iamdum reliqua omnia sua voracitate consumpsisset. *Solutio.* Respondeo istius ignis elementaris acrimoniam partim natiua raritate debilitari, partim aëris vicini humiditate, & mediæ regionis aëreæ frigore impediri, ne huc vsque vim suam exerat. Neque existimandum est ignem inibi vllo indigere pabulo, cum in ea sede ab omni contrariorum agentium incursu

securus

securus resideat. At verè noster ignis contrariorum insultibus obnius est, ideoque statim superatur & intercidit, nisi alimento subinde ministrato restauretur.

An omnis ignis sit eiusdem rationis ac speciei.

QVAESTIO II.

DVbitari posset, an ignis elementaris qui est supra aerem, & ignis quoque noster, & ignis subterraneus ac præsertim infernalis sint eiusdem speciei. Respondeo ita esse; quòd enim ignis ill æthereus ratior, sit, nec luceat, at verò noster sit densior & lumen emittat, ex accidentali materiæ dispositione prouenit, quæ non arguit distinctionem naturæ specificam. Quod verò ignis infernalis agat in animas damnatorum quæ sunt spirituales, prouenit ex supernaturali quadam virtute, quatenus Deus eo tanquam suæ iustitiæ instrumento vtitur ad puniendas animas. *Assertio tenenda explicatur.*

Nonnullæ hic difficultates de hoc eodem elemento breuiter explicandæ sunt. Prima est: Cur aer adeò igni necessarius est, vt intercluso illi aditu ipse ignis extinguatur. Respondetur rationem esse, quia ignita materia fumosam & excrementitiam fuliginem edit, quod igni fouendo non parùm obest, ideóque opus est continuo accessu aeris circumfluentis qui eiusmodi fuliginem excipiat, & ab igne abigat. *Dubitationes nonnullæ circa ignem.*

Secunda difficultas, Cur ignis minùs extinguitur ab aqua marina quam ab alia. Respondetur, quia aqua marina plus habet pinguedinis & siccitatis ob mixtionem terrestrium particularum adustarum. 2.

Tertia, cur ignis instar pyramydis in cuspidem desinat. Respondetur, quia partes densiores in imo subsidunt, rariores verò ac leuiores sursum ascendentes acuuntur, quoniam ab aere circumstante vndique faciliùs absumuntur quo longius à densiori materia subsidente recedunt. 3.

Quarta, Cur ignis bellicis tormentis excitatus, tantò impetu strepitúque foras erumpit. Respondeo causam esse, quia puluis ille pyrius statim atque ignem concipit fit rarior, proindéque ampliorem locum sibi postulat, dúmque summo eoque repentino impetu qua paret via è bombarda proruit, fit vt eo impetu repentino aer diffi- 4.

Digitized by Google

petur, ingentémque sonum edat.

Quinta, cur ij qui præter modum frigent, cùm ad copiosum ignem propiùs accedunt, dolorem sentiunt. Respõdetur id contingere tùm quia fit repẽtina mutatio in organo tactus ex vno contrario ad alterum: tum quia calor per poros algore constrictos vi permeat.

DE AERE.

An aer sit primum humidum.

QVAESTIO III.

Causa dubitandi.

DVbitatur an aer ex innata qualitatum complexione sit summè humidus, sicut ignis summè calidus seu primum calidum dicitur. Causa dubitandi est, quòd id aquæ naturaliter competere videatur, eo quòd multo plus & citius humectat quàm qui sæpe exsiccat magis, vt patet experientia, quam humectet.

Affirmatio tenenda.

Perstadũ tamen est in Aristotelis opinione verissima, qui 2. lib. de generatione c. 3. scribit aerem esse humidiorẽ aqua, ac proinde esse primum humidũ. Ratione cõfirmatur, tùm quia cùm aquę summum frigus pense competat, vt suo loco docebitur, non potest eidem competere sũma humiditas, quia eidem elemento duæ qualitates in sũmo gradu non competunt, vti ex supradictis in prima disputatione huius tractatus colligere est. Quare aeri cõueniat necesse est, cùm eam igni vel terræ nemo tribuat, tũ quia formalis ratio humidi, aeri magis quàm aquæ competit. Nam aer faciliùs alieno termino, & difficilius suo quam aqua terminetur. Vbi diligenter notandum est, cũ humiditas sicut & siccitas non tam actiuæ quam passiuæ qualitates sint, non tam ex ipso actu humectandi & desiccãdi, quàm ex passiua ratione suscipiendi termini earũ formales rationes esse colligendas. Quare, licèt aqua magis humectet quàm aer, & id quidem quia densiori constat materia; non sequitur tamen eam esse formaliter magis humidam; imò constat experientia contrarium. Quod autẽ aer nonnunquam desiccare videatur potiùs quam humectare; hoc ei contingit ratione influxæ qualitatis non innatæ, quia nimio calore Solis rarescit & desiccatur, aut etiam

Probatur 1.

Aer per se non exsiccat.

etiam extremo frigore aqueis vaporibus expurgatur: aut quia siccis exhalationibus sæpè immiscetur, ex quibus existunt venti quorum proprium est desiccare, non ipsius aeris per se considerati.

An aer natura sua sit calidus, an verò frigidus.

QVAESTIO IV.

NOn desunt rationes satis probabiles, quibus aerem frigidum magis quàm calidum esse concluditur, vt quòd media aeris portio ab externis agentibus magis disiita sit frigida, quòd aer nostra corpora ventilatione refrigeret, quòd respiratione attractus intestinum calorem temperet, & inclusus vētriculo ob inductum frigus dolorem efficiat: Nihilominus tamen lōgè probabilius est aerem natura sua calidum esse, non frigidum; alioqui dissolueretur concentus & harmonia primarum qualitatum in elementis; sic enim essentia tria elementa frigida, nempe aqua, terra, & aer, & vnicum calidum, nempe ignis: quod absurdum est. Cùm enim leuitas calorem, & grauitas algorem consequatur; hinc sit, vt cū duo elementa sint grauia, nempe aqua & terra, & duo quoque leuia, nempe aer & ignis, hinc duo quoque esse frigida, & duo calida. Adde quod corpora in quibus prædominatur aer, calidiora & leuiora esse solent, vt oleum, butyrum, sanguis, &c. *Assertio tenenda probatur.*

Quod autem media aeris regio sit frigida, hoc non prouenit ex naturali seu innata conditione, sed ex influxa, idque propter frequentes vapores, qui cum eò peruenerint; sublatis iam omnibus impedimentis sese ad natiuum frigus reuocant, eamque regionem sua frigiditate sic afficiunt: addè quod nec repercussio solarium radiorum quæ infimam regionem nonnunquam vehementer afficit, nec elementaris ignis feruor quo suprema aeris regio incalescit, eò pertingunt. Nihil mirū autem esse debet si nos aer refrigeret qui calidiores eo sumus, præsertim dum ventilatur, quia tunc aer nostro corpori vicinior ac tepescens ob calidos vapores ex nostro corpore exeuntes cum frigidiori commutatur. Mitigat etiam cordis æstum, quia licet sit calidus, comparatione tamen cordis & spirituum, frigidus est, quod etiam dici debet comparatione intestinorum & ventriculi, vbi ob inductum & inclusum aerem molestissima illa cholicæ tormina excitantur. *Cur aer frigidus esse videatur.* *Cur aeris refrigeremur.*

An rectè triplex aeris regio distinguatur.

QVAESTIO V.

ETsi vnicum numero sit aeris elementũ inter globum terræ & sphæram ignis interceptũ, non tamen immeritò illud in tres veluti prouincias distribuerunt philosophi, infimam nempe, mediam & supremã. Infima est, quæ nos ambit, & vsque ad eam partem porrigitur, vbi repercussio solarium radiorum desinit. Suprema dicitur, quæ inter concauum ignis & paulo infra altissimorum montiũ fastigia interiecta est. Media quæ inter illas interiacet. Est autem discrimen inter illas aeris regiones, quòd suprema sit moderatè saltem calida, idque propter naturalẽ sui statum, vicinam ignis, & propiorem influxum cœlestis luminis: Media verò semper frigida ob rationem superiùs allatam: Denique infima modò calida vt in æstate, modò frigida vt in hyeme, modò temperata vt in vere & autumno. Oritur autem notabilis ista mutatio in hoc nostro aere infimo, ex vicinia terræ & aquæ; cùm terra & aqua reflexione radiorum cœlestium incalescunt, aer quoque vicinus incalescit; cùm verò per hyemem natiuo rigescunt frigore, aer quoque vicinùs algescit. Est etiam aliud discrimen quod in suprema aeris regione vix vllæ impressiones meteorologicæ appareant, in media frequenter admodum & variæ gignantur, denique in infima nonnullæ, licet pauciores, gignuntur.

Discrimen inter illas 3. aeris regiones.

Cæterùm, vt aqua in locis lacunosis absque fluxus & refluxus vicissitudine obtorpescit, sic etiam aer in locis subterraneis absque recenti auræ perflatu corrumpitur, ac pestilens efficitur; quare pernicioſum est eiusmodi aerem respirare.

Aer subterraneus est pestilens.

DE AQVA.

An aqua sit primum frigidum.

QVAETIO VI.

NOnnulli arbitrati sunt summum frigus terræ competere, non aquæ. At probabilior est communis, quæ

Terra non est summè frigida.

quæ proculdubio Aristotelis est sententia, aquam naturâ suâ esse summè frigidam, & simul insigniter humidâ. Etenim nullum elementum magis frigefacit, nullũ igni magis infestum & inimicum quam aqua. Et certè si terra sit summè frigida, mirum videtur cur non amplius refrigeret quàm aqua, præsertim cum sit densior: Adde quod terra sit summè ficca, proindéque non possit esse simul sũmè frigida; Ex quo concludere est, aquam esse naturâ suâ summe frigidam, siue etiam primum frigidum.

An aqua simul cum terra globum vnum efficiat.

QVAESTIO VII.

ETsi terra & mari vnica moles, eaque ad vniuersũ cœli complexum æquabiliter sita, confluatur; nonnulli tamen existimant, aquam terræ notabiliter prominere. Quod tamen non facilè admiserim, cùm constet cæli polos, siue mari, siue terra iter facias, æquabiliter eleuari aut deprimi: adde etiam ex vno portu oppositum satis longo maris tractu interiacente conspici, quod tumore aquæ impediretur si terræ promineret.

Quæri etiam solet hîc, an motus fluuiorum sit motus naturalis. Respondeo non esse absolutè & simpliciter, aquæ secundùm se, seu secundùm propriam naturam spectatæ, naturalem, sed videri naturalem spectato ordine Vniuersi; inditúmque esse illis fluminibus hunc impulsum in primo ortu mũdi ab authore naturę, vt per sinuosos terræ anfractus variè sese inflecterent, donec in mare prorumperent. *Dubitatio. Responsio.*

Denique peti potest, cur aquæ fluentes non putrescãt. Respondeo appulsum caloris externi, qui maximè putredinem inducit, inhiberi frequenti agitatione, qua alius, & alius aer circa aquam mutatur. *Dubitatio. Responsio.*

DE TERRA.

Qualis, & quanta sit terra.

QVAESTIO VIII.

QVod spectat ad prius quæsitum, Respondemus terrã naturâ suâ esse summè siccam, & simul in gradu *Terra est sũmè sicca.*

remisso frigidam. Quod sit summè sicca, patet, quia nullum est elementum quod facilius suo, & difficilius alieno circumscribatur : Quòd verò sit frigida, patet ex natura lapidum, qui è viscеribus terræ eruuntur, qui natura sunt frigidi : Adde quod Sole paululum recedente frigus in terra dominatur, & eodem vehementer irradiante inferiores tamen partes terræ remanent frigidæ. Huc spectat dubitatio, vndenam tanta terræ fœcūditas, vt tot arborū, herbarum, fruticumque genera dissimillimæ naturæ procreet, educat, & nutriat. Respondetur tum cùm aquę à terris seiunctæ sunt, terræ partes omnes, Deo ita ordinante, nonnihil aquei simul; & aeri humoris ebibisse, quo frugiferæ ac fructuosæ fierent, aliæ quidem magis, aliæ verò minùs: vim autem generandi à Deo accepisse tertio die, cum dixit ipse Deus, *Germinet terra, &c.*

Dubitatio. *Responsio.*

Ambitus terræ quantus sit.

Quod spectat ad posterius quæsitum, ambitus terræ cōplectitur milliaria Italica 19080. id est, nouemdecim mille octoginta, seu leucas Gallicas cōmunes 9540. id est, nouē mille quingēntas quadraginta, ita vt vni gradui terræ respondeant milliaria 52. quinquaginta tria, seu leucæ Gallicæ 26. cum dimidia. Describuntur autem in terræ ambitu tot gradus quot in cœlo describuntur, licet sint multò minores, nempe 360. hoc est trecenti sexaginta, sicut eosdem circulos in superficie terræ describunt Geographi, quos in cœlis designant Astrologi. Sed hæc & similia Astrologis & Geographis explicanda relinquimus. Cęterum iuxta ambitum terræ suprà assignatum eiusdem diameter continebit milliaria 6070. seu leucas Gallicas 3035. semidiameter verò milliaria 3036. leucas 1517. cum dimidia.

Dubitatio. *Responsio.*

Repete quæ de hac re docuimus in appendice primi tractatus huius partis. Huc spectat illud quod quæri solet, an sit plus aquæ quàm terræ. Respondeo multò plus terræ esse quàm aquæ, si profunditatem spectes, namque compertum est maris profunditatem vt plurimum non excedere dimidium milliarij, & in quibusdā locis vix ad duo vel tria milliaria peruenire; at verò terræ profunditas ab ipsius superficie ad centrum vsque mundi ex quacunque parte se extendit, quod spatium est milliarium 3035. Si autem de superficie extima aquæ ad superficiem extimam terræ comparata sermo sit, vix quicquam certi de ea re dici potest: cùm noui terrę tractus in dies detegātur igno-

Quæres

Digitized by Google

ti veteribus,& vix nunc plus aquæ quàm terræ appareat.

Quæres forsan,vndenam terræ montes,& colles extiterunt. Respondeo probabile videri die tertio creationis primum extitisse, cum iussit Deus vt aquæ se reciperent in certas quasdam terræ cauitates, quæ vt fierent, nihilque terræ deperderetur, necessarium fuit quosdam in terra rumores exoriri. *Dubitatio. Responsio.*

Denique si quæras vndenam in eodem terræ tractu seu climate tanta soli & rerum quæ gignuntur varietas proueniat, cùm omnes eiusdem climatis partes eundem habeant omnium astrorum aspectum & influxum. Respõdeo id prouenire exdiuersa dispositione qua vnumquodque solum ab authore naturæ in ipsa mundi nascentis origine donatum est,idque maximè eo fine vt mutua opera homines indigerent,sicque istiusmodi auxiliorum necessitate,humana societas arctius vinciretur. Sed hæc de elementis tum generatim cùm speciatim satis. *Dubitatio. Responsio.*

TERTIVS TRACTATVS HVIVS PARTIS.

Corporibus mixtis.

MIxtorum corporum duo sunt genera:alia enim dicuntur imperfecta & secundum qualitatem, quæ adhuc elementares formas retinent,appellantúrque vulgò Meteora: alia verò dicuntur perfecta & secundùm substantiam, quæ mutatis elementorum formis alias substantiales formas sibi vindicant,vt sunt metalla,lapides,&c. Quare duæ disputationes huius tractatus instituentur: prior erit de mixtis imperfectis siue de meteoris,posterior verò de mixtis perfectis,præsertim metallis,lapidibus,&c. *Mixtorum genera duo. Huius tractatus disputationes duæ.*

PRIOR DISPVTATIO huius tractatus.

De mixtis imperfectis, seu meteoris.

Quidnam sint propriè Meteora, & quænam generales eorum causæ.

QVAESTIO I.

Q. i differãt ab elementis meteorã.

METeora vulgò dicuntur mixta, nõ quod mixti naturam & formam habeant, sed quia licet elementorũ formas asseruent, nonnihil tamen ab elementorũ nativo statu deflectunt, nec binas tantùm, vt plura elementa, sed plures ex primis qualitatibus sibi vindicant, sicque videtur esse mediæ cuiusdam conditionis inter elementa pura & mixta perfecta. Appellãtur autem Meteora, lata nominis acceptione. Ea enim propriè tantũ appellari debẽt Meteora quæ sursũ in media aut suprema aeris regione solent conspici. Id enim Latinè Græca vox significat: vsus tamen invaluit, vt ea omnia imperfectè mixta quæ siue in aere, siue in aqua, aut terra gignũtur, hoc nomine intelligantur; appellantur etiam impressiones, præsertim quæ in aere excitantur, quia inibi quasi quædam imagines videntur imprimi.

Cur sic dicta.

Meteororum materia duplex.

Causæ verò eorũ corporum generales sũt istæ. Et quidem quod spectat ad materiam ex qua fiunt & constant, ea in genere est duplex, nempe vapor & exhalatio, teste Aristotele c. 4. li. 1. Meteo. ita vt quędam impressiones meteorologicæ ex vapore duntaxat, quædam ex exhalatione, nonnullæ denique ab vtroque mixtim oriãtur. Est autem vapor, halitus quidam calidus & humidus ex ipsa aqua prouenies, nec essentialiter ab ipsa differens, ex quo

Vapor.

Exhalatio.

nascuntur impressiones humidæ. Exhalatio verò, halitus est terræ calidus & siccus: estq; ea duplex, vnctuosa altera, ex qua impressiones ignitæ; altera verò sicca magis & arida, ex qua venti nascuntur. Forma autem non est diuersa à formis elementorum, verbi gratia, forma impressionum ignitarum est forma ignis, humidarum verò forma aquę, siccarum denique forma terræ. Finis verò est moderatio tempestatum anni, perfectio vniuersi, diuinæ sapientiæ simul ac

Meteororum forma. Finis.

mul ac potentiæ manifestatio. Efficiens causa vniuersalis est Deus Opt. Maxt. deinde cœlum per lumen & calorem, & præsertim per calorem Solis. Et quoniam sic distingui possunt impressiones meteorologicæ, ita vt aliæ sint ignitæ, vt cometæ, aliæ lucidæ vt parelij, iris, aliæ humidæ vt imber, aliæ siccæ vt venti: idcirco de iis sigillatim dicemus. *Efficiens.*

DE IMPRESSIONIBVS IGNITIS.

De Cometa, & quibusdam aliis.

QVAESTIO II.

QVoniam impressionum ignitarum quædã in suprema aeris regione contingunt, vt cometę; quędam in media vt fulgura; quædam in infima, vt ignes Pollucis & Castoris, &c. idcirco de iis ordine dicendum. Et quidem quod spectat ad cometam qui instar stellæ apparet, in suprema aeris regione gignitur in hunc modum. Excitatur calore Solis, simúlque ad supremam vsque aeris regionẽ euehitur exhalatio calida, sicca & vnctuosa, quę ibi circũgirata ad motum aeris facilè ex repercussione radiorum Solis, aut decidentibus ab elementari igne flãmulis, aut vibrato ab inferiori nube sursum versus fulmine ignem concipit, & aduenientibus cõtinuò nouis exhalationibus multùm diúque fouetur & nutritur. Ex quo intelligis cometam non esse cœlestis, sed elementaris naturæ, cùm ex elementari materia, nempe exhalatione constet; pro cuius varia figura diuiditur cometa in Crinitum seu Comatum, Barbatum, & Caudatum. Si n. exhalatio fuerit rotũda & quidem paulo spissior in medio, & ad extremas partes rarior, dicetur Crinitus: si verò exhalatio qua parte rarior est modicè in longũ porrigatur, dicetur cometa Barbatus: denique si longiori tractu versus vnam partẽ se extendat exhalatio, tunc dicitur cometa caudatus. *Quomodo exeditur cometa.* *Cometarum figura multiplex.* *Quando.*

Solent autem autumnali maximè tempore gigni, quia tunc maximè æstate desinente abundant exhalationes, quæ vrgente adhuc Solis calore commodè subuehuntur, nec facilè possunt dissipari aere iam paululum deferues- *Quo tempore gigni soleant.*

Digitized by Google

cente, nec tamen nimio frigore vel humiditate inhiberi. Non est autem cometis durationis tempus ad exactã regulam definitum, quamuis vltra sex menses rarò visantur.

Quod autem tandiu durent, causa est inprimis exhalationum copia, deinde tenuitas ignis qui appositam sibi materiam sensim ac tenuiter depascit, denique continua noua pabuli subministratio.

Cometæ sunt mobiles. Non eodem in loco perstant cometæ, aliquando enim verè mouentur, vt cùm raptu quodam ab ortu in occasũ feruntur, licèt multò lentius quàm ipsa aeris regio, vel cùm sursum calore Solis euehuntur, aut deorsum pondere materiæ grauiores facti deprimuntur: aliquando moueri videntur, licet verè non moueantur: cùm videlicet materia dum successiuè ex vna parte ad aliam accenditur, simul etiam continuò absumitur, sicque flamma videtur progredi. Porrò præterquam quod Deus his quasi portensis comminationibus ad terrendos & commonefaciendos homines vti soleat, sunt etiam cometæ naturalia effectuũ naturalium indicia, verbi gratia ventorum, terræ motuũ, sterilitatis, famis, pestis, & ex consequenti bellorum, seditionum, &c. Porro præter cometas aliæ impressiones fieri dicuntur in suprema aeris regione, de quibus Aristoteles lib. 1. Meteo. c. 4. quarum præcipuæ sunt faces, torres, capreæ saltantes, stellæ vagantes. Cùm enim multa exhalatio in omnem partem æquè distensa, subito tota inardescit ad modum paleæ succensæ, collucens existit fax seu lampas. Si autem in longum protendatur ignita exhalatio, tunc existunt torres, capreæ saltantes, & vagæ stellæ: torres quidem si flamma in longum protensa continua fuerit, nec appendices aut scintillas habeat. Si autem fuerit continua, habeátque ad latera tanquam appendices quasdam scintillulas quas dispuere videatur dum interim continuò ardet, tùm dicetur capra saltans: nam appendices illi ad latera interdum emicantes villorum caprinorum in morem à reliqua materia pendent. Denique si exhalatio illa oblonga in multas simul & exiguas partes disseminata sit, tunc existunt stellæ vagæ seu volantes.

Cometæ sunt diuina vltimu indicia.

Aliæ impressiones ignitæ in suprema aeris regione.

Faces.

Torres.

Capreæ saltantes.

Stellæ vagantes.

De ful-

De fulgure & fulmine.

QVAESTIO III.

Quid differunt fulgur & fulmen.

DIfferunt fulgur & fulmen, quod fulgur vt plurimùm accipiatur pro repentina corruscatione quæ in media aeris regione ab exhalatione accensa oritur: Fulmen verò pro ipsa ignita exhalatione è nube magno impetu excussa, quæ non rarò secum lapidem vehit ad instar cunei efformatum. Ex quo intelligis fulmen distingui ab ipso lapide fulmineo, vt monet Aristoteles c. 1. li. 3. Meteororum. Accenditur autem seu ignescit fulminea exhalatio, vel ex vehementi agitatione intra nubes, vel etiam ex antiperistasi nubis frigidæ & humidæ circumobstantis. Accensa verò exhalatio, dum magno cum impetu exitum sibi quærit, nubem disrumpit, vnde existit horrendus ille sonus quod tonitruum vocant.

Vnde nascatur fulmen.

Fulminum species varias.

Fulminum species varij varias assignãt, optimè Seneca l. 2. Naturalium quæstionum c. 4 tria hæc genera distinguit, vnum quod terebrat, alterum quòd discutit, tertium quod vrit: quod terebrat nimium subtile ob sinceram & puram flammæ tenuitatem per angustissima quæque effugit: quod dissipat valdè conglobatum est, & habet commixtam vim spiritus coacti & procellosi: quare rumpit icta, non perforat. Tertium illud genus quod vrit, multùm terreni habet, & igneum magis est quam flammeum: itaque relinquit ignium notas quæ percussis inhærent.

1.

2.

3.

Motus fulminis.

Fertur autem fulmen plerumque obliquè, quia natura ignis sursum vocat: vis autem quæ è nube deiectum fuit deorsum premit, atque dum ita neutra vis alteri cedit, nec in supera, nec in infima rectâ commeat, sed obliquâ fertur viâ: nonnunquam etiam in medio aëre dissecatur in partes: ferit plerumque editiora loca, quòd illa sint viciniora nubibus ex quibus excutitur.

Fulminum effectus.

Mira quædam feruntur fulminũ effecta, vt quod nonnunquam loculis integris liquatur intus aurum, argentũ, &c. quòd illæsâ vaginâ liquescat ensis, quod fracto dolio stet vinum, & rigescat: & contrà integro dolio nonnunquam absumatur. Mitto hic alias impressiones ignitas quæ in media aëris regione similiter contingunt, cuiusmodi sunt stella currens, sydus volans, stella cadens, draco volans, & similia quæ non sunt magni momenti.

Digitized by Google

De igne fatuo, Castore, Polluce, & Helena.

QVAESTIO IV.

IN infima aeris regione non procul à terra ex calida, crassa & glutinosa exhalatione impressionum ignitarum genera nascuntur, imprimísque ignis fatuus, hic appellatus, quòd huc & illuc discurrendo hominem mente captum referre videatur, de quo hæc notatu digna feruntur: Primùm dicitur ad aquas tendere, illúcque ducere sequentes homines, deinde modò homines fugere, modò insequi videtur: solet etiam apparere supra capita equorum & hominum, dum serotino tempore, & quidem diu & velociter mouentur. Apparet etiam in locis in quibus abundat vapor pinguis & viscosus, vt in cœmiteriis, patibulis, iuxta paludes, & in pascuis.

Mira de igne fatuo.

Sunt etiam alij igniculi dicti à nautis Castor, Pollux, Helena, prouenióntque ex halitu admodum viscoso. Nõnunquam, idque sæpius nauigantibus tempore tempestatis apparere solent. Ex iis sæpe duo, interdum vnum dũtaxat apparere solet. Ethnici, vt erant innumeris superstitionibus impliciti, cùm eiusmodi exhalationes binæ conspiciebantur, credebant esse Castorem & Pollucem; cum vna duntaxat, Helenam: & vnam quidem infaustum nauigationis euentum significare, binas verò, prosperum, quod tamen non semper contingit.

De Castore Polluce & Helena.

DE IMPRESSIONIBVS Lucidis.

Quid sint & quàm varia eiusmodi impressiones.

QVAESTIO V.

DIffert hoc genus impressionũ à præcedentibus, quòd illæ præcedentes sint verè & essentialiter ignis: hæ verò formam essentialem exhalationis adhuc retineant: speciem tamen ignis aut lucidi corporis præ se ferant ob admixtionem luminis. Fiunt autem, vel ex sola repercussione luminis cùm lumen à corpore lucido diffusũ recipitur in

Quomodo fiunt ista impressiones.

Digitized by Google

pitur in superficie aut certè in extremis partibus exhalationis oppositæ, vel ex eiusdē luminis refractione; quo fit vt res in alio situ quàm verè se habeat repræsentetur, quia nempe lumen ob inæquabilitatem medij, non fideliter oculo repræsentatur, quemadmodum nec baculus qui ex parte aquæ immersus est: hic enim fractus videtur cùm non sit, idque ob refractionem specierum visibilium, quæ per inæquabile medium, nempe aquam & aerem, ad oculos vsque deferuntur.

De variis coloribus apparentibus in aere, vbi de hiatu, vorag'ne, & cohortibus armatis.

QVAESTIO VI.

COlores qui in aere videntur, nō veri sunt plerūque, sed apparentes. Nihil enim aliud sunt quàm lumen, quod pro varia dispositione materiæ in qua recipitur, varias colorum species refert. Apparēt etiam diuersi isti colores, partim ex diuerso aspectu corporis luminosi, partim ex diuersa qualitate medij quod inter oculum videntem & rem visam interiacet, partim etiam ex intensione & remissione luminis. *Colores apparentes vnde nascuntur.*

Ex illa autem colorum varietate quæ in aere cernitur, & figuris quibus tū aer cum halitus in aere euectus efformātur, solent in sublimi diuersæ rerum species apparere. Ex quibus primò occurrunt vorago & hiatus, quæ tūc apparent cùm halitus in aere cōstipati circa mediū densi & versus extrema rariores ac directè inter lumen lucidiorū syderum & aspectum nostrum expositi foueæ speciem exhibent, quæ si magna appareat, vorago: si parua, hiatus dicitur. Quod spectat ad illa confligentium militum in sublimi spectacula, videntur esse de eorum prodigiorū genere quæ vt plurimùm physicas causas non habent. Itaq; hæc aut diuina fiunt virtute, aut opera angelorum, vel etiam dæmonum: quamuis possint interdum illa non esse vere expressa, sed vnusquisque prout acriorem habet visum, nubeculásque in sublimi existentes vario modo discernit, illa sibi ad libitum effingat. Quod autem audiri sint tubarum & tympanorum soni, referri solet ad halitus in nube inclusos allisósque ad illius latera. *Vorago & hiatus.* *Cohortes armatæ.*

Digitized by Google

De Corona, Virgis, Parelijs, & Paraselinis.

QVAESTIO VII.

Corona. COrona Græcis halo, id est area, est imago circularis apparens in nube circa Solem aut quodlibet aliud sidus lucidum, præsertim circa Lunam, cuius causa est æquabilis diffusio luminis à corpore lucido ad extremitates nubis subiectæ.

Virga. Sunt autem virgæ radij quidam, quasi lineæ à Sole per nubem inæquabiliter concretam, terram versus protensę, suntque figua futuræ pluuiæ.

Parelia. Parelia vocant Philosophi nubes roridas & splendidas quæ referunt similitudinem Solis, ad cuius latus apparēt. Vndé nominis appellationem habent quasi παρὰ ἥλιον, circa solem. Cùm enim illæ nubes versus solem sint diaphanæ, & altera ex parte constipatæ, ac more speculi terminatæ, tunc accidit vt in illis Sol sui imaginem imprimat, quæ inde ad nostros oculos recurrens Solem nobis refert. Contingit verò nonnunquam plures nubes ita collocari, vt imago solis in vna earum producta, exinde in alteram nubem deferatur, & ex hac rursus in aliam, sicque plures simul soles videantur.

Paraselina. Quoniam autem interdum etiam contingit lunam in plenilunio eodem modo similitudinem sui simul cum lumine eiaculari in nubes ad eam excipiendam idoneas, hinc paraselinæ dictæ sunt, quasi παρὰ σελήνην, id est, iuxta lunam positæ.

De Iride, & lacteo circulo.

QVAESTIO VIII.

Quid sit Iris. IRis est arcus multicolor in nube rorida partim translucida, partim opaca & concaua ex radiorum Solis oppositi repercussione apparens oculis spectantium. Ex qua descriptione intelligis non in qualibet nube irradianti soli oppositā Iridem apparere, sed in ea quæ habeat prædictas dispositiones, id est, quæ sit rorida, itaut proximè in pluuiam solui possit: præterea partim translucida in ea parte præsertim parte qua nos respicit vt iniectum lumen facilius imbibat, partim etiam opaca præsertim à tergo, vt ra-

vt radij repercutiantur; denique concaua, ne recepti à Sole radij illico dissipentur.

Tres autem præcipui colores in Iride apparent: primus circa peripheriam puniceus siue citreus, secundus in medio viridis: tertius in infimo minori circulo purpureus. Sunt autem illi colores apparentes duntaxat, non veri & solidi, quia ex sola radiorum reflexione pendent. *Iridis color triplex.*

Quod spectat ad lacteum circulum, quem Græci γαλάξιαν, alij viam lacteam appellant, non est impressio meteorologica, sed pars octauæ sphæræ lucidior, idque ob sui densitatem, velut alij volunt, ob magnam frequentiam minimarum stellarum quæ visum fugiunt, & tamen partem illam cœli splendidiorem reddunt. Ambit autem ille circulus totam octauam sphæram, eamque secat per Sagittarium & Gemin os. *Circulus lacteus quid.*

DE IMPRESSIONIBVS HVMIDIS.

De Nube, Pluuia, Niue & Grandine.

QVAESTIO IX.

QVatuor hæc humidarum impressionum genera in media aeris regione gignuntur, sicut in infima gignitur nubecula, granedula, glacies, crystallus, ros, & pruina, de quibus sequenti quæstione. Est autem nubes vapor spissus & densus ad mediam vsque aëris regionem calore Solis euectus ibique compactus à frigore. Manet autem nubes in aëre suspensa ob impressam à calore Solis leuitatem, deinde ob sui latitudinem, tandem propter inclusum in illa aërem, sicque subsidet infima aëris regio tanquam ponderosior. Vbi autem nubes frigore nimio constipatæ fiunt grauiores, tunc in pluuiam resoluuntur, sicque decidunt. *Nubes.*

Itaque pluuia est aqua illa in quam nubes tandem calore Solis & aliarum nubium collisione conuertitur ac resoluitur. Et quoniam nubes vix tota simul in aquã resoluitur, hinc fit vt pluuia nõ torrentis instar, sed minuta- *Pluuia.*

Digitized by Google

tim decidat. Adde quod licet nubes primò in densissimũ imbrem resoluatur, nihilominus tamen interim dum delabitur partim aëris allisione, partim ipsa motus celeritate in minutas guttulas dissipatur. Est autem præter istud naturale aliud genus pluuiæ prodigiosum, vt cùm visa sùt animalia pluere, lapides, item ferrum, lac sanguis, frumentum, & similia: quamuis pleraque ex illis non vera, sed apparentia duntaxat dixerim, & à supernaturali causa à Deo producta existimauerim.

Nix. Nix fit ex ipsa nube cùm paulò antequam dissoluatur, in pluuiam nimio frigore congelascit, præsertim cùm in eiusmodi nube nonnihil aëris & exhalationum includitur. Vbi autem dissoluitur, tum in modum lanæ molliter conglobata decidit. Licet autem circa æstatem nubes possit congelari, & in niuem dissolui, nix tamen ipsa infimæ regionis calore liquefit antequam ad nos perueniat: perseuerat autem in cacumine montium, quia calor à terra reflexus illuc vsque non pertingit.

Grando. Grando est pluuia aëris per quem decidit frigore congelata. Itaque grando ex nube non gignitur, nisi priùs nubes ipsa in pluuiam resoluta sit. Non est autem improbabile sæpenumerò pluuiam congelari, sicque fieri grãdinem in infima regione aëris, præsertim in suprema ipsius parte, nonnunquam etiam in viciniori nobis, vt cùm illæ grandines grandiores existunt & acuminatæ, & in eis ramenta palearum inueniuntur cùm liquescunt.

De nubecula granedula, glacie, rore, & pruina.

QVAESTIO X.

Nubecula. HÆc omnia in infima aëris regione prope terram gignuntur: Nubecula quidẽ (quæ vulgo caligo dicitur) est vapor densus, situ duntaxat à nube differens, quòd nubes fiat in media regione aëris: nebula verò in infima: deinde quod illa in aquam verti soleat, hæc non item.

Granedula. Granedula est veluti nix in rotundum congelata, quæ gigni solet sub finem Februarii. Dum enim eo tempore nix decidẽs inuenit in infima aëris regione calidum vernale, incipit exterius liquescere, tunc accedente repentino & subtili frigore veluti septentrionalis, nix in minutissimas

simas partes rotundas discrimina congelatur, existitque granedula.

Glacies est aqua congelata, idque ob admixtionẽ quarundam exhalationum adiuncto extrinseco ventorum frigore. Ex quo intelligis duo concurrere ad glaciem efficiendam, alterum tanquam materiale, videlicet aquam non quamlibet, sed terrestri exhalatione permixtam: alterum verò tanquam efficiens, nempe frigus externum quòd aquam illam constipet. Habet enim eam vim frigus vt quæ sunt diuersi generis simul congreget. *Glacies.*

Ros & gelu materia non differunt, fit enim ros cum vapor modicus noctu paululum à terra euehitur, cúmque non possit defectu caloris altius eleuari, in minutissimas guttulas resoluitur, quæ maximè in herbarum & arborũ foliis quasi gemmulæ emicant. Quòd si anni tempestas sit calidissima, statim vapor ille antequam in aquam concrescat, dissipatur: si verò plus æquo sit frigida, tunc minutissimæ illæ particulæ concrescunt & indurantur, existitque gelu. *Ros.*

Denique pruina ab eodẽ fermè vapore ex quo ros & gelu excitatur, sed paulò magis à terra elevato. Adde etiam vapori illi vt primùm admisceri terrenas exhalationes. Est autem genus illud pluuiæ frugibus tertæ valde noxium, quòd aridum magis ac terrenum sit, quàm humidum. *Pruina.*

De salsedine maris, eiusque fluxu & refluxu.

QVAESTIO XI.

QVod spectat ad maris salsedinem, cùm aqua natura sua omnis saporis expers esse debeat, mirantur nec immeritò Philosophi vndenam salsedo illa aquæ accesserit, variisque varias huius rei causas in medium proferre conati sunt. Quidam generale quoddam incendium, alij per antiquam aquæ & terræ permixtionem commenti sunt: sed fabulæ. Nonnulli terræ sudorem, alij Solis calorem, alij denique aliud causati sunt. Omnium tamẽ probabilissima videtur opinio Aristotelis, qui docet magnam exhalationum copiam Solis calore ex terra subsidente ad superficiem vsque maris attrahi, quæ cùm propter nimiam densitatem non possint altius euehi, ibi nimio Solis *Varia opiniones de salsedine maris.* *Aristot. opi nio.*

ardore comburuntur. Ex harum igitur aduſtarum exhalationum admixtione maris ſalſedinem naſci arbitratur: ſic enim experimur ex rerum aduſtarum admixtione ſalſedinem ſiue acrimoniam quandam naſci, vt in lixiuio, ſudore, &c. Verùm allata hæc ab Ariſtotele ratio non paruas patitur difficultates. Dantur enim aliqua maria quæ non ſunt ſalſa, & contra, flumina quædam ſalſa: Adde quod vix concipi poteſt tantam eſſe vim aduſtarum illarum exhalationum, vt totum mare ſalſum reddant.

Sententia omnium probabiliſſima.

Itaque probabilius recentiores exiſtimant Deum eo ipſo tertio creationis die quo aquas inferiores in vnum congregauit, mari ſalſedinem indidiſſe, ſimúlque marinę aquæ magnam copiam terreſtrium exhalationum admiſcuiſſe, tùm vt fortaſſe illarum interuentu mare fieret ſalſum, tùm vt piſces commodius degerent, tùm vt mare fieret denſius ac ſolidius, ſicque facilius nauigaretur.

Defluxus & refluxus maris.

Quod ſpectat ad fluxum & refluxum, nulla de re tanta varietate opinionum certatum eſt, quā de ipſius cauſa. Et vt miſſa faciamus fabuloſa quorundam figmenta & nonnullas leuioris momenti opiniones: Probabile quibuſdam viſum, iſtius rei cauſam eſſe influxum Lunæ: Nobis verò vix quicquam minus probabile videtur, ſiue per eũ influxum, Lunæ motum intelligant, ſiue lumen, ſiue occultam vim eiuſdē. Cùm enim Luna vniuerſa orbis maria vnica conuerſione ſingulis diebus perluſtret, cur non eundem effectũ ſortitur in omnibus? Magna enim eſt iſtius fluxus & refluxus varietas. Nam in quibuſdam maris tractibus nullus aut perexiguus viſitur, in aliis verò magnus & frequens admodum. Deinde non eodem temporis ſpatio vbique fit. In quibuſdam enim locis mare ſenis horis intumeſcit, & ſenis detumeſcit: In aliis quinis horis ſubit, ſeptenis refugit: Alibi quaternis accedit, octonis regreditur: Alibi binis fluit, & binis refluit. Lunam quidē mari ſicut & aliis rebus humidis dominari non eſt diffitēdum, vnde & mare ipſum penes incrementum aut decretũ Lunæ vario modo affici obſeruarunt nautæ. Non tamen vlla certa cauſa fluxus & refluxus ſiue à motu, ſiue à lumine, ſiue ab occulta vi lunæ peti poteſt. Alij ad fundum maris recurrunt, ex cuius vario ſitu vndas modò confluere, modò reſilire arbitrantur. Sed hæc dicuntur gratis: cũ enim cauitas aliqua oppleta eſt, quocunque modo ſe habeat fundus,

1. opinio. Refellitur.

2. Opinio. Refellitur.

dus, tota aqua naturaliter conquiescit: Deinde multa alia circa fluxum & refluxum contingunt, quæ non possunt per eam causam vllo modo explicari.

Alij motū illum mari naturaliter insitum esse arbitrantur: quod si ita est, cur non igitur omni mari cōpetit? & cur tam varius & multiplex cernitur? Deinde quatuor elementis simplices tantùm motus quæ sursum vel deorsum sunt à Philosophis tribuuntur: at motus ille maris non est eiusmodi: quare ab externa causa proueniat necesse est. Probabilissima igitur nobis videtur eorum sententia, qui existimant hunc maris æstum esse de genere eorum effectuum quos Deus author naturæ secretorumque artifex mortales celare voluit, vt inde ignorantiæ suæ conscij occasionem sumant admirandi naturæ Creatorem. 3. *Opinio.* *Refutatur.* *Probabilior sententia.*

De fontium & fluminum origine.

QVAESTIO XII.

COnstat quidem multas esse in variis terræ partibus præsertimque in locis montosis cauernas seu specus aere & vaporibus oppletas, vbi vapores illi frigore constipati in aquam facile conuertuntur. Aquæ autem illæ per occultas quasdam terræ venas viam sibi faciunt, tandémque exitum sibi aperiunt: vnde existunt sæpe numero fontium & fluminum scaturigines.

Verùm licet probabile sit eam esse quorundam fontiū & fluminum originem, non tamen existimauerim hāc solam omniū originem esse, vt vult Aristoteles 1. Meteo. c. 13. Cùm enim tāta sit fontium, fluuiorum, lacuum, stagnorum copia: necessarium esset terram vbique cauernis oppletam esse, quod absurdum est, ac experientiæ repugnat. *Aristot opinio non omnino approbatur.*

Quare tenendum est fontium & fluminum, item lacuum & stagnorum originem vt plurimum esse ex mari, quod diuinis oraculis videtur conforme, Eccl. 1. *Omnia flumina* (inquit) *intrant in mare, & mare non redūdat: ad locum vnde exeunt flumina reuertuntur vt iterum fluāt.* Quod autem aquæ illæ licèt ex mari oriundæ salsæ non sint aut amaræ: prouenit ex eo quod, dum per exiles terræ meatus subterraneos transeunt, percolentur & purgentur, sic enim salsuginem cum crassioribus exhalatio- *Assertio tenenda.*

nibus amittunt. Et vt liquor vasis odorem retinet, sic aquę subterraneæ eius terræ per quam transeunt conditionem referunt: quæ igitur transeunt per terram sulphuream calidæ sunt, quæ nitrosam salsæ, quæ per auri fodinas nutritiuæ, quæ per argillam pingues, &c.

DE IMPRESSIONIBVS SICCIS.

De terræ motu.

QVAESTIO XIII.

POstremi generis impressiones fiunt ex halitu, ita tamen vt nec igneſcant, nec admixtione luminis conspiciantur, sed aeris naturam imitãtes adspectũ fugiant.

Terræ motus quomodo ant.

Solent autem eiusmodi halitus in terræ cauernis inclusi terram concutere: vbi enim siccitate & leuitate subtiliores facti sunt, quærunt exitum: quem si fortè non inueniunt, terræ motum excitant. Sunt autem duo præcipua terræ motuum genera. Alius enim est terrę motus tremori persimilis, cùm videlicet inclusus ille spiritus terram longè latéque peruadit, & eam non ex profundo sursùm, sed ad latera modò in hanc, modò in alteram partem ciet: Alius verò instar pulsus est, quo ex imo terra cõcutitur, & sursùm deorsùmque iactatur spiritu sursùm nitente. Contingunt autem terræ motus præsertim in locis arduis & mõtosis, quia in iis sunt crebriores specus quibus halitus illi continentur. Præterea inclusæ frequentius terræ motum patiuntur, quia multum sulphuris & exhalationis continent.

De Ventis.

QVAESTIO XIV.

Materia ventorum quæ sit.

BEne scribit Aristotel. 1. Meteor. 13. materiam ventorum esse spirationem siccam & calidam seu exhalationem. Cuius rei est argumento, quod tunc maximè soleant esse venti cùm abundant exhalationes. Vbi aduerte exhalationi vt plurimùm adiunctum esse vaporem, quo fit vt venti nonnunquam sint humidi: adde etiam aereas

rem simul cum exhalatione & vapore agitari.

Venti cur in transuersum ferantur.

Quod autē venti non sursum aut deorsum, sed in trāsuersum circa terrā ferantur, hęc est ratio, quod halitus vbi ad mediam vsque aeris regionem prouecti sunt, inde ab illo aere frigido ac denso protusi, refracto ac dissultandi impetu resiliunt. Quia igitur simul isto pulsu deorsum aguntur, & tamen leuitate sursum nituntur, ex illa contentione oritur motus obliquus ad latera: inclinat autem motus iste in eam partem in qua maior est copia exhalationum, quamuis (vt ingenuè dicam quod sentio) sæpenumero incerta sit causa vel ratio cur potius ex hac quā ex illa parte exurgant venti, & potiùs vno tempore quàm alio. Quo spectat illud Psalm. 134. *Qui educit ventos de thesauris suis.* Et illud Iona. 3. *Spiritus vbi vult spirat, & vocem eius audis, & nescis vnde veniat aut quò vadat.*

Quot numero sint venti.

Quod spectat ad numerū ventorum, quatuor sunt præcipui qui flant à quatuor mundi cardinibus, hoc breui disticho comprehensi.

Asper ab axe ruit Boreas, furit Eurus ab ortu:
Auster amat medium Solem, Zephyrusque cadētem.

Quibus addunt alij octo collaterales qui bene interseruntur inter quatuor præcipuos, ita vt omnino sint duodecim his versibus comprehensi.

Flat Subsolanus, Vulturnus, & Eurus ab ortu.
Cercius occasum Zephyrusque Fauonius afflant.
Et media de parte die Notus, Africus Auster.
Conueniunt Aquilo, Boreas, & Corus ab arcto.

At aliis nominibus exprimunt, ac paulo aliter quàm in prædictis versibus eos discriminant, vt patet in eo paradigmate quod ad calcem appendicis primi tractatus huius partis Physiologiæ descripsimus. Recentiores autem nautæ vsque ad 32. obseruarunt.

Venti qualitate differunt.

Differunt autem venti nō tantùm situ, sed etiam qualitate. Quare, qui ab ortu flant, sunt sicci & moderatè frigidi: Qui ab occasu, sunt humidi & moderatè frigidi, qui à Septentrione sunt valdè frigidi & moderatè sicci. Deinde qui ab Austro, sunt calidi simul & valdè humidi. Cur autem venti tùm Occidui cum Australes sint adeo humidi, Ratio est, quia illi ab Oceano mari, isti verò à Mediterraneo mari ingentem vaporem copiam secum deferunt.

Procella. Huc spectant procellæ & turbines. Procella quidem dicitur exhalatio densa, quæ confestim & repentino impetu è nube vi contrarij frigoris deorsum recta propellitur: Turbo verò angusto nubis foramine è nube deorsum erumpit, terra vero aut contrario vento occurrente in gyrum reuoluitur. Sed hæc satis de impressionibus siccis, atque adeo de meteoris seu mixtis imperfectis.

Turbo.

POSTERIOR DISPVTATIO huius tractatus.

De mixtis perfectis.

Quid, & quotuplex sit corpus perfectè mixtum.

QVAESTIO I.

Quid sit mixtum. CORpus perfectè mixtum appellamus in quo non tãtùm qualitates elementorum refractæ, sed forma ab elementorum formis diuersa reperitur, ita vt diuersæ ab illis planè naturæ sit.

Quotuplex. Metalla. Sunt autem mixtorum duo genera: alia enim in terra gignuntur, alia verò non. Eorũ rursus quæ in terra gignũtur ex Aristotele 3. Meteo. c. vlt. quædã sunt metalla, quædam verò non, appellantur ab eodem Aristotele simpliciter fossilia, quæ non indigent artificum operâ vt expurgẽtur sicut metalla, quæ non nisi inter se permixta, & simul cum multa materiæ impuræ fece concreta è terræ visceribus eruuntur: Fossilium autem duo facit genera, vnũ eorum quæ liquescunt, cuiusmodi est sulphur, nitrum, &c. aliud verò eorum est quæ nullo modo possunt liquefieri, cuiusmodi sunt lapides. Porrò ea quæ in terra minimè gignũtur, solent ex ipsis corporibus inanimatis gigni, aut humano artificio exprimi vel confici, cuiusmodi sũt fructus, semina, serica, lana, &c. quę verò humano artificio ex ipsis exprimuntur vel conficiuntur, sunt, vt oleum, panis, vinum, &c. His adde ipsas animatorum corporum partes varias, quæ ab ipsis refectæ & auulsæ habent rationem mixtorum animatorum, vt ligna, carnes, ossa, &c.

Fossilia quorum 2. sunt genera.

Quid

Digitized by Google

Quid sint & quasnam causas habeant metalla.

QVAESTIO II.

METalla dicuntur corpora quædam dura, in terræ viscеribus nata, quæ malleo tundi, & igne liquefieri aut molliri possunt. *Quid sint metalla.*

Horum materia duplex assignatur, vna remota, altera proxima: illam aquam esse dicimus, ideò enim liquantur metalla, quia humidum terreno coniūctum calore dissoluitur, quod indicio est, aquā in metallicis corporibus plurimum dominari, nisi fortè ferrū excipias in quo terra videtur prædominari, quò fit vt ad ignem applicatū molleſcat, potiùs quàm liqueſcat. *Horum materia duplex.*

Quænā verò sit materia metallorū proxima non constat apud omnes, quidam calcē, alij sulphur, nonnulli probabilius esse argentū viuum asserunt, eo quòd sit maximè aqueum, & præterea nonnihil subtilitatis aereę & simul terrenę soliditatis habeat. Ergo probabiliſſimum arbitror materiam illam proximam nō esse homogeneam seu vnius naturæ, sed heterogeneam & valde mixtam, & mediæ cuiusdam rationis inter purā elementorum naturam & metallicam. Cùm autem Aristoteles scribit materiam metallorum esse vaporem aqueum terrestri admixtū, principia remotiora assignauit, non autem vicinora in quibus illa reperiuntur. Et certè in vnoquoq; metallo aliquid terreni, aquei simul & aerei reperitur; quod n. solidū sit pōderoſum, nec facilè liqueſcat, habet à terreno: quod verò igni applicatū tandē liqueſcat, & etiam euaporetur, nec consistat, habet ab aqueo: Denique quod ductile sit, nec statim contusum malleo frāgatur, sed protendatur, quòd ad ignem applicatum aliquandiu consistat, nec statim euaporetur, habet ab aereo. *Quanam sit proxima metallorum materia.*

Est autem vnica in vnoquoque metallo substantialis forma non multiplex, vt nonnulli minùs probabiliter existimant, cùm sit corpus homogeneum. *Metalli forma.*

Efficiens causa omnium prima est Deus, qui ab initio inter cæteras corporum naturalium ſpecies, metalla etiam in terræ viscеribus procreauit, non tamen itaut nulla alia in dies generentur, idque à cœlo, sole, calore, ac igne subterraneo, item etiam à frigore: calore quidem materia *Causa efficiens.*

metalli excoquitur & purgatur, frigore verò constipatur & addensatur.

Finalis. Finis cuius gratia procreantur metalla, est naturæ perfectio, vniuersi pulchritudo, & pleraque commoda tùm ad vitæ societatem cùm ad medicos vsus. Ex quibus colligitur metalli definitio, vt sit mixtum, perfectum, inanimatum, aqueum, terreno subtili admixtum, calore excoctum, & multo frigore condensatum.

Quotnam sint metallorum species, & quænam sint communes eorum affectiones.

QVAESTIO III.

Sex metallorum species. SEx precipuæ sunt species metallorum, videlicet aurū, argētum, æs, ferrum, stannum, & plumbū. Quidam addunt electrum & aurichalcum: alij etiam argentum viuū; sed sine probabilitate. Electrum enim non est diuersę speciei ab auro & argento, nec etiam aurichalchum ab iisdē ære addito: at verò argentum viuum metallica quidem materia est, non metallum. Dignoscuntur autem sex prædictæ species suis propriis qualitatibus quæ sunt instrumenta diuersarum formarum; sunt enim diuersorum metallorum diuersi colores, odores, sapores, &c.

Metallorum proprietates. Communes autem metallorū affectiones hæ sunt. Prima, concretio, quæ fit vi frigoris insiti. Secunda, liquatio quæ fit vi caloris externi: vbi nota metalla liquefacta nō humectare, nec adhærere corporibus tactis propter nimiā admixtionem sicci cum humido. Tertia est ductilitas; cuius causa est humidum sicco admixtum non omninò liquatum, quę proprietas perfectioribus metallis perfectius conuenit, vt auro inprimis, deinde argento, &c. idque propter humidum subtilius & magis defœcatum. Quarta est aduſtibilitas, quod videlicet metallum ad ignem appositum facile euaporetur, quæ in crudioribus metallis vt plumbo, stanno maior est quàm in iis quæ magis cocta sunt. Quinta est color, isque triplex maximè: vnus nitens, splendidus, qui maximè in auro cernitur: alter albus in argento, stano & plumbo: tertius est cirrinus in ære maximè reperitur. Sexta est sapor qui in omnibus metallis asper est & mordax.

1. 2. 3. 4. 5. 6.

Quæstio

Quæstio hìc instituì solet, an metallũ aliquod imperfectum, vt æs, in aliud perfectius, puta in aurum humana industria trãsmutari possit. Missa autem hìc omni curiosa altercatione, breui respondemus: primũ quidem nihil repugnare humana arte, applicando scilicet actiua passiuis transmutationem hanc fieri. Cùm enim metalla quãdam naturæ affinitatem inter se habeant, nihil videtur obesse quominus adhibito igne tandem perfici & concoqui possint, sicque ad nobilioris metalli naturam perduci. Secundò respondemus opus id istud esse maximè arduum, cum tã multa tamq; varia ad eiusmodi operis confectionẽ requirantur, vt vix ea omnia aptè applicari possint, quod satis experientia cõprobat. Etsi enim multi in arte illa chymica exercitatissimi extiterint: nõ tamẽ liquidò constat quẽquam illorum probatum aurum confecisse: Adde etiam artem illam vanam esse, futilem & plerunque tùm priuatis hominibus noxiam cùm Reipublicæ pernicioſam. *Quæstio.* *Responsio.*

Quotnam sint genera lapidum, & quænam eorum causæ.

QVAESTIO IV.

CArdanus l. 7. de Subtilitate, constituit quinque lapidum genera, nempe gemmam, marmor, cotem, silicem & saxum. Generalius quidam diuidũt in arte factos, vt sunt lateres, & naturales, vt sunt cæteri. Alij aliter. Est autem recepta pridem hæc lapidum partitio, vt alij dicãtur communes, alij pretiosi: illi vt plurimùm sunt opaci q i nihil luminis intus admittant: hi verò transparentes seu pellucidi qui lumen intus suscipiunt, vel etiam ingenitum à seipsis diffundunt. Illi sunt lapides quibus constant ædificia, saxa, marmora &c. hi verò communi vocabulo appellãtur gemmæ, quarum varias species vsque ad 97. enumerat Albert. l. 2. mineralium, tractatu 2. Sunt autem ex his præcipui inprimis 12. qui colliguntur ex Apoca. 21. nempe 1. Iaspis. 2. Saphirus. 3. Galcedonius. 4. Smaragdus. 5. Sardonix. 6. Sardius. 7. Chrysolitus 8. Berillus. 9. Topazius. 10. Chrysoprasus. 11. Hyacintus. 12. Amethystus. His adde carbunculum, opalum, adamantem, achantem, alectorium, turcam, corallum, chelidonium, & margari- *Lapides cõmunes.* *Pretiosi.*

tas, de quibus fusè Plinius, Albertus, Ruelius, & alij.

Lapidum materia.

Sunt autem lapidum causæ communes istę: opacorum quidem seu communium lapidum materia, est terra humido viscoso agglutinata. Pellucidorum seu pretiosorum aqua terrestri sicco adiuncta, non quod nõ aliorum quoque elementorum misturæ in iis reperiantur, sed quod in illis terræ, in istis aquę qualitates prędominari videantur. Vnde etiam lapides quidam pretiosi dissolui & liquefieri possunt. Formæ lapidum substantiales ab elementariis diuersæ sunt, vt patet ex earum propriis affectionibus: sunt enim in lapidibus præsertim pretiosis vires quædam insignes, quæ à solis elementorum formis nequaquam prouenire possunt, vt in Achate vis arcendi veneni pestiferi, in Saphyro vis medendi scorpionum ictibus, &c. Neque tamen existimes lapides atque adeò mineralia vegetare, vt quidam arbitrantur, sicque illorum formam esse animam vegetantem, licet in dies augeantur: illa enim accretio fit per iuxta positionem, vt loquuntur, non verò per intus susceptionem, quæ sola posterior conuenit viuentibus, vt alibi fusius explicabitur: sicque formę mineralium mediæ sunt inter simplices formas elementorum & formas viuentium quæ sunt animæ. Procreantur autem lapides partim calore, partim frigore: calore enim extrahitur humidum aqueum, & materia affecta humido viscoso concoquitur & coagulatur in lapidem: frigore verò quod supereſt humidi cum terreno constringitur. Denique finis lapidum est eorundem operatio, tùm etiam pulchritudo & perfectio vniuersis.

Forma.

De reliquis corporibus mixtis.

QVAESTIO V.

Mixta duplex genus.

MIxta perfecta inanimata, quæ nec sunt metalla, nec lapides, sunt in duplici differentia: quædam enim sunt veluti media inter metalla & lapides, ideoque de genere mineralium esse dicuntur: alia verò trahunt originẽ ex rebus animatis. Prioris generis sunt sulphur, quocum conuenit malta, naphta, bitumen: prętereà sal nitrum, alumen, arsenicus, chrysocolla, marchesita, electrum seu succinum, de quibus omnibus consule Plinium. Et hæc sunt quæ sur-

Digitized by Google

quæ supra monuimus ab Aristotele vocati fossilia.

Posterioris generis sunt succi & liquores ex herbis plantisque expressi, tum etiam ex animalibus mediatè, vel immediatè, vt oleum, vinum, acetum, fructus, farina, panis, cadauer, adeps, sanguis, lac, mel, de quibus fusè Medici. Notandum autem hic est, succos & liquores qui per compressionem fiunt, vt vinum, & oleum, vt plurimum non fieri sine corruptione eorum quæ ita comprimuntur. Quare valde probabile est oleum essentialiter ac specie distingui à fructibus oliuæ, & aquas odoriferas ab herbis vel floribus ex quibus exprimuntur. De vino autem magis controuertitur, est enim valde probabile vinum non differre essentialiter à musto, nec mustum ab eo liquore qui ex vuis exprimitur: eo quod ex ciusmodi liquore ipsis manibus expresso in necessitate possit fieri consecratio, vt habetur de consecr. distinct. 2. c. cùm omne, ex Iulio Papa, & paulò ante in gloss. c. in sacrificando. Non posset autem ex eo liquore fieri consecratio nisi essentialiter esset vinum. Differt autem specie vinum ab aceto, licet vinum acescens vel acidum sit adhuc essentialiter vinum. Plura de his dicere non est nostri instituti, quare hic finem imponemus secundæ parti huius Physicæ institutionis: mox tertiam quæ De corpore animato est, Deo adiuuante, aggressuri: Cui soli Deo immortali & inuisibili, excelso super omnia sit laus, honor, virtus & gloria in sæcula sæculorum.

Notandum de liquoribus.

Qui differat vinum à musto & aceto.

Amen.

Digitized by Google

TERTIA PARS PHYSICÆ.

De corpore animato.

PRÆFATIO.

TSI postrema hæc physiologiæ pars sit de corpore animato, itaut ad ipsam omnium rerum viuentium contemplatio pertineat: Nihilominus tamen ne à consueto docendi more omninò desciscamus, de Anima omnis nostra disputatio futura est. Est enim anima principium omniũ facultatum & operationum quæ in corpore animato, vt tale est, reperiuntur: quare ea quæ de corpore animato dici possent ad ipsius animæ contemplationem tanquam ad essentiale principium corporis animati reuocari possunt.

Anima genus formæ nobilissimum.

Et licet animata omnis forma sit corporis viuentis, atq; adeò totius compositi pars, sicut & cæteræ formæ, proindéque totalem scientiam constituere nequeat: quia tamẽ hoc formæ genus plurimum distat à cæteris, cùm & nobilius subiectum exigat & multò nobilius operetur quàm cæteræ, idcirco peculiaris de ipsa consideratio instituitur à Physicis, idque authore Aristotele, qui priusquam ad magis specialem rerum viuentium considerationem descenderet, quod fecit in libris de incessu, historia, partibus & generatione animalium: item in libro de plantis: generalem de ipso vitæ principio, nempe anima, tractationem præmisit in tribus libris de anima, quibus licet addere libellum qui inscribitur, Parua naturalia.

Huius partis tractatus quatuor.

Quoniam verò tùm de anima in genere, cùm de tribus singulis eius speciebus, nempe vegetante, sentiente & rationali considerandum est, ideo quatuor erunt huius partis tractatus: quorum primus erit de anima generatim, secundus de anima vegetante, tertius de anima sentiente, quartus de anima rationali.

PRI-

PRIMVS TRACTATVS HVIVS PARTIS.

De anima generatim.

CVm anima in viuente naturæ ratio sit, simul ac primum operandi principium, à quo proinde omnes operandi facultates profluunt: hinc duplex oritur animæ consideratio, iuxta quam tractatum hunc in duas disputationes distribuemus, ita vt in priori ea quæ ad animæ naturam & rationem spectant: In posteriori verò ea quæ ad illius facultates pertinent, explicanda sint. *Huius tractatus disputatio duplex.*

PRIOR DISPVTATIO *huius tractatus.*

De iis quæ ad animæ naturam pertinent.

Vtrùm anima rectè definiri soleat.

QVAESTIO I.

SVpponimus hîc animam esse genus formæ distinctã à formis rerũ inanimatarum, quod vel ex ipso notabili discrimine entium inanimatarũ ab animatis satis liquet. Illa enim ad vnũ determinatè mouẽtur, hæc verò, præsertim animalia perfecta, ad omnes positionũ differẽtias. Illa mouentur tantùm cùm sint extra locũ naturalem, hæc verò etiã in loco proprio: Illorum simplex & vniformis est operatio, istorũ varia & multiplex: ad hæc illa maiorẽ in suis operationibus necessitatem patiuntur, hæc minorẽ, vtpotè quæ videantur suas operationes pro naturę sitæ conditione moderari: sic plantas licet videas ad certum vsque tempus accrescere, tùm consistere, deinde tãtùm alimenti è terra exsugere quantum sibi satis est: præterea illa vt plurimùm extra se operãtur, hęc verò apud se: Denique res animatæ modo quodam nobiliori & à materia magis abstracto operantur quàm inanimatæ, vt experiẽtia satis constat: Ex quibus necessariò colligitur in rebus animatis subsantiale operandi principiũ, nempe animã esse aliquid longe nobilius quouis alio genere formæ. *Nota discrimen rerum inanimatarũ ab animatis.*

Digitized by Google

Animæ definitio duplex. Est autem ab Aristotele tradita duplex animæ definitio: altera in ordine ad naturam in hunc modum: Anima est actus corporis naturalis organici potestate vitam habentis: altera in ordine ad operationem hoc modo: Anima est id quo primo viuimus, & sentimus, & intelligimus. Vtraque breuiter est explicanda.

Circa priorē definitionem notandum 1. Circa priorem igitur notandum est primò, animā dici ἐντελέχειαν πρώτην, id est, actū primum seu primò insitam: eamque substantialem rei perfectionē: ad distinctionem tum operationum, cum facultatū: sunt enim operationes actus secundi, facultates verò actus quidem primi, si cum operationibus conferātur: sed non absolutè & simpliciter, cùm ab ipso vitæ fonte profluant. 2. Notandum secundò eam dici actu corporis naturalis organici: neque enim cuiuslibet corporis naturalis actus est anima, sed corporis organici, id est partium dissimilariū varietate distincti. Illam autem partium seu membrorum quasi organorum seu instrumentorum varietatem, eorumque elegātem dispositionem desiderat anima, quia ipsi principium est multarum operationum, quæ non nisi plurium membrorum ministerio possunt peragi. 3. Notandum tertio eandem dici Actum corporis organici potestate vitam habentis, quia non satis est, quod corpus cuius actus est anima, sit organicum, seu organis instructum; sed debet vitā potestate continere, id est, posse vitæ functiones exercere. Quare licet cadauer sit organis distinctum, quia tamē nō potest ad vitam animari, aut vitæ functiones exercere, nō potest illius actus dici anima. *Obiectio.* Obiicies, corpus illud, cuius anima dicitur actus, non potestate duntaxat, sed actu vitā continere, cum actu sit animatum. *Solutio.* Cui respōdeo, cùm dicitur corpus potestate vitam continere, nihil aliud intelligi, quàm illud posse vitę functiones exercere, quod posito actu vitæ principio, nō tollitur, sicuti posito quod aliquis 4. actu videat, non sequitur eundem non posse videre. Denique notandum est generalem hanc esse animæ definitionem, ita vt non tantùm vegetanti aut sentienti, sed etiam rationali animæ conueniat, & quidem synonymōs, id est, secundùm eandem præcisionis rationem.

Circa posteriorem notā dum 1. Circa posteriorem definitionem notandum est primò, per ipsam explicari quid sit anima in genere, ita tamen vt hæc definitio omni animæ collectiue non distributiuè sumpta,

sumpta conueniat: neque enim quælibet anima est id quo viuimus, sentimus, & intelligimus, sed sensus supradictæ definitionis esse potest, vt anima dicatur id quo viuimus, sentimus, & intelligimus: quoniam quodcunque viuit, sētit, vel intelligit, id habet ab anima, quamuis non sit necesse id omne quod animam habet simul viuere, sentire, & intelligere. Possit etiam hæc definitio disiunctiuè explicari, ita vt anima dicatur principium quo vel viuimus, vel sentimus, vel intelligimus. Notandum secundò priorem definitionem per istam posteriorem explicari, & veluti de anima demonstrari à posteriori, ac si diceres, Id quod est principium quo viuimus, sentimus, & intelligimus, est actus corporis naturalis organici potestate vitam habentis: atqui anima est principium quo viuimus, sentimus, & intelligimus: ergo est actus corporis naturalis organici, &c. Quæ demonstratio verè est à posteriori, cùm in ea causa demonstretur per effectus, nempe animam esse actum corporis, seu principium vitæ substantiale per ipsas vitæ functiones, quæ sunt viuere, sentire, intelligere. 2.

Ex his autem satis apertè colligitur animam esse substantiam, cùm sit pars totius compositi substantialis, nec tamen esse corpus, sed actum seu formam corporis organici, proindeque ex natura sua inuoluere ordinem ad corpus eiusmodi. *Animā esse substantiam.*

Vtrùm anima sit actus totius corporis, an alicuius partis tantùm.

QVAESTIO II.

QVæstio hæc intelligitur maximè de anima sentiente in animali, & specialiter de rationali in homine (nam de vegetante in plantis consentiunt eam esse per omnes partes corporis æqualiter fusam) an peculiarem sedem habeat in corpore, ita vt reliquis corporis partibus anima secundùm virtutem duntaxat adsit, non secundùm substantiam: Sic enim nonnulli eam in corde posuerunt, vt plerique è sanctis Patribus: alij in cerebro, vt Platonici: vt alias futiles minutiorum authorum opiniones prætermittam. *Sensim quæ.*

Digitized by Google

Assertio tenenda. Verùm, cum Aristotele sentiendum est nullam peculiarem animæ sedem à natura ascribi, sed eam toto corpore fusam esse, ita vt non vnius determinatæ partis, puta cordis, cerebri vel hepatis, sed totius corporis organici actus sit, ipsum secundum omnes sui partes vere actuans seu informans. *Probatur.* 1. Probatur primò ex ipsa animæ definitione, qua definitur, Actus corporis organici, non partis alicuius. 2. Secundò ex 2. de anima tex. 9. & 4. Met. ca. vlt. partes animalis separatæ dicantur æquiuocè tales, id est, nõ propriè & essentialiter: sic brachium auulsum non nisi æquiuoce hominis brachium dicitur, hoc autem non esset verum nisi priùs partes illæ ab vna eadẽque anima essent informatæ. 3. Denique si in solo corde, verbi gratia, resideret anima, solum cor vere & essentialiter diceretur animal, quod absurdissimum est.

Nota. Cæterùm licèt anima sit substantialiter vnita toti corpori tanquã forma materiæ, non tamẽ secundùm omnes suas facultates & operationes: nam aliæ sunt animæ facultates, itemque operationes in cerebro, aliæ in corde, &c. vt patebit ex iis quæ dicemus de anima sentiente in tertio Tractatu. Est autem vitæ fons præsertim in corde, iuxta Aristotelis probabiliorem sententiam: est enim cor primum viuens, & vltimum moriens, quamuis nobiliores animæ operationes è cerebro potissimum pendeant.

An omnes corporis partes informentur ab anima.

QVAESTIO III.

Partes corporis alimentitiæ. HÆc, sicut & præcedens quæstio de corpore animalium præsertim accipienda est: ad cuius pleniorem explicationem notandum est varia distingui partiũ genera in animalibus. Primùm sic distingui possunt tot partes illæ, vt aliæ alimentitiæ dicantur, quibus præsertim nutriẽdis & fouendis inseruit alimentum: aliæ verò excrementitiæ, quæ ex superfluitate alimenti nascuntur.

Excrementitiæ. Rursum alimentitiæ vel sunt organicæ seu heterogeneæ, quæ dicuntur membra, vt caput, brachia, &c. vel similares, seu homogeneæ ex quibus constant organicæ, & quidem triplicis substantiæ, nempe duræ, mollis & fluidæ:

duræ,

Digitized by Google

duræ,vt sunt ossa, cartiligines,nerui,tendones;molles,vt sunt caro,cerebrum,adeps. Denique fluidæ, cuiusmodi sunt quatuor humores,nempe sanguis,pituita,flaua bilis & melancholia. Porrò excrementitiæ aliæ sunt vtiles vt lac,semen,vngues:aliæ verò inutiles, vt quæ ore,naribus & poris corporis egeruntur.Nõ est autem de iis omnibus cõtrouersia,sed de quibusdam dũtaxat tum alimẽtis,cùm excrementitiis,nempe de pilis,vnguibus, dentibus,seuo, medulla,cerebro;lacte;semine,spiritibus,humoribus,præsertim sanguine : de quibus quid tenendum sit sequentibus conclusionibus determinabimus.

Heterogenea.

Homogenea.

Vtiles.

Inutiles.

Prima conclusio.Pili & vngues non sunt animati, tùm quia perscindi possunt absq; vllo sensu doloris,tum quia ex humore quodam excremẽtitio generãtur. Licet autem crescant,non tamen in illis hæc est vitę operatio,fit enim istud incrementum per solam iuxta positionem materiæ, non per intus susceptionem , neque fit à principio vitali, vnde etiam in sepultis cadaueribus tum pili,cùm vngues successu temporis augescunt,cum tamen nullũ ibi supersit vitæ principium. Si obiicias id esse pilos in animantibus quod sunt folia arboribus,folia autem citra controuersiã esse animata.Respondeo similitudinem in eo tantùm valere , quod sicut frondes in arboribus vtilitati sunt & ornamento,sic pili in animantibus. Quare licet folia animantibus,non tamen sequitur pilos esse animatos.Quod autem de pilis & vnguibus,idem de barba,lana,cornibus, rostris animalium dicendum est.

1.Conclusio.

Obiectio.

Solutio.

Secunda conclusio.Probabilissimum est dentes nõ esse animatos,quia nempe gignuntur ex ossium maxillarium excrementis,vbi semel deciderint renascuntur,sine dolore atteruntur, crescunt in senibus , non putrescunt in sepulchris. Ex quo intelligere est dentes non esse formaliter ossa,sunt enim hæc animata & licèt sensu careant,per se tamen aluntur & crescunt.Dolor autem ille qui sentiri nonnunquam videtur in dentibus , non ipsis formaliter inest, sed in partibus vicinis quibus adhærent.

2.Conclusio.

Tertia conclusio.Probabilius est adipem, seuum, medullam non esse animata,eo quod aliis partibus nutriendis inseruiunt:quod autem animatum, nec sui ipsius, nec alterius partis alimentum esse posse videtur.

3.Conclusio.

Cerebrum autem animatum esse arbitramur, cùm in

Digitized by Google

animali nec excremẽtum sit, nec alimentũ, nec ex excremento ortum: sed per se alatur, & in omnes positionum differentias crescat, sicque omnium sensuum fons & origo: & quia medulla spinalis eiusdem fermè temperamenti est cum cerebro, idcirco probabilissimum esse iudicamus eam esse animatam.

4. Conclusio. Quarta conclusio. Nec lac, nec semen videntur animata; non quidem lac; tum quia non formatur ab initio sicut cæteræ partes animatæ: tùm quia videtur carere operationibus vitæ: tùm quia non tam ad constituendum animal quàm ad alendum eius fœtum à natura conceſſum est. Nec etiam semen videtur animatum, quia non est tam ad constitutionem eius in quo est, quàm alterius procreationem videtur pertinere.

5. Conclusio. Quinta conclusio. Probabilissimum est quatuor humores non esse animatos: Non quidem tres priores, nempe pituitam, & vtramque bilem, tùm quia sunt velut excrementa eius concoctionis quæ fit in iecore: tum quia cæterarum partium nutritione deseruiunt, quare simul cum sanguine per venas magna ex parte deferuntur. De sanguine verò maior est controuersia, permulti enim animatum esse contendunt: nihilominus tamen multò probabilius ij nobis videntur sentire, qui negant animatum esse, tùm quia cæterarum partium nutritioni inseruit, vt patet; tum quia per modum excrementi nonnunquam egeritur. Vbi nota non esse necesse, vt ea sine quibus animalis vita nequit subsistere, aut quæ pertinent ad ipsius integritatem sint animata. Porrò licèt spiritus vitalis, & animales eiusdem naturæ esse cum sanguine videantur: Probabilius tamen dixerim esse animatos, tum quia nutritioni eorum inseruit sanguis; tùm quia nec excrementa sunt, nec alimenta, nec ex excrementis orta: tum quia præcipua sunt in animali motus & sensus instrumenta.

Sanguinem non esse animatum.

Nota. Spiritus esse animales.

Vtrùm anima partium omnium continuitatem in corpore desideret.

QVAESTIO II.

Partes dici possunt continua tripliciter. SEnsus propositæ quæstionis est, an omnes viuentis partes debeant esse continuæ, vt vna, eademque numero anima informẽtur. Vbi notas partes aliquas dici posse tribus

tribus modis continuas. Primò quidem ratione materiæ tantùm vna est numero illarum omnium, licèt nõ eadem numero forma in illis omnibus insit, vt patet in virga partim viridi, partim arida. Secundò ratione materiæ & formæ totalis, non verò ratione dispositionũ, vt patet in arborum ramis & frondibus, atque adeò in omnium animantium partibus. Tertiò ratione materiæ, formę, ac dispositionum, quomodo continuæ sunt partes corporis homogenei, vt partes aquæ, ligni, &c. Quæstio igitur proposita intelligenda est de primo genere continuitatis, an omnes corporis viuentis partes saltem ratione materiæ & quantitatis inter se continuari debeant: ita vt nulla sit pars animata in toto corpore viuentis, quę non continuetur cum alia parte animata eiusdem corporis. Dubitari enim posset de cerebro, déque ossibus: de cerebro quidem, quia cùm tenui quadam pellicula, quæ meninx dicitur, intra cranium inuoluatur, sic videtur esse ab omnibus aliis partibus discretum. De ossibus verò, quia cùm sint solida, non videntur cum aliis partibus posse continuari. 1. 2. 3.

Assertio tenenda.

Verùm tenendùm est omnes animalis partes esse continuas, vt patet ex ipsa corporis dissectione, & certè non potest intelligi quomodo vnum per se constare possit ex rebus à se inuicem prorsus discretis. At illud de cerebro respondendum est, cerebrum non vndequaque inuolui illa pellicula, sed continuari cum medulla spinali, quæ cum neruis & musculis inter costalibus continuari potest. Quod spectat ad ossa, dicimus illa contiuari cum aliis ossibus mediis ligamentis quæ adnascuntur illorum extremitatibus: deinde etiam cum aliis corporis partibus per cartilagines quæ videntur esse mediæ cuiusdam conditionis inter carnem & ossa.

An tria tantùm sint animarum genera.

QVAESTIO V.

Anima in genere triplex.

ETsi tot sint animarum quot rerum animatarum distinctæ species infimæ, eæque permultæ sint præsertim plantarum & animalium: Nihilominus tamen commodè solent ad tria præcipua genera reuocari, ita ut anima in genere triplex cõstituatur, nempe vegetatiua, sensitiua, & rationalis, idque iuxta triplicem gradum nobilitatis, quę in operatione animę cernitur. Idcirco enim anima formę genus distinctũ à cęteris cõstituit, quod modũ

operandi habeat magis eleuatum à materia.

Operationes animæ trib. velut gradibus supra materiam eleuantur.

Operationes autẽ animæ tribus modis,& quasi distinctis gradibus eleuantur supra materiam. Cùm enim tria reperiantur in operationibus rerum animatarũ,quę materiæ necessitudinem cum illis arguunt:primùm quod nõ maneant in eo à quo fiant,sed in aliud transeant;alterum quod non nisi mediis qualitatibus primis exérceantur; tertium quod non nisi in subiecto corporeo recipiantur: tot modis contingit operationes rerum animatarum à cõtagione materiæ liberari. Imprimis enim operationes propriæ animæ vegetantis, vt accretio & nutritio immanenter fiunt,non transeunter.Deinde operationes proprię animæ sentientis,vt sensatio, appetitio, neque fiũt transeunter, neque per intermedias qualitates primas, sed specierum intentionalium interuentu exercentur : Denique operationes propriæ animæ rationalis,vt intellectio,& libera volitio, præterquam sunt immanentes, nec per primas qualitates fiunt,adhuc non nisi in subiecto spirituali, nempe anima rationali recipi possunt.Cum igitur his tribus tantùm modis possit forma aliqua eleuari supra materiam,sequitur tria tantùm esse animarum genera,quod passim asserit Aristoteles lib.2.de Anima.

Quatuor animatorum gradus ex Arist.

Porrò , quia eorum quæ anima sentiente prædita sunt quædam solo sensu prædita sunt , spontaneo autem motu carent, vt conchylia & zoophyta:alia verò sensu simul & spõtaneo motu donata sunt,vt volatilia,grestilia,&c.hinc fit vt cùm tres animas Aristoteles posuerit, nempe vegetantem,sentientem,& rationalem,quatuor tamen animatorum gradus assignauerit,nempe vegetatiuum,sensitivũ, locomotiuum , & intellectiuum: ex quibus quatuor animatorum generibus, duo nempe locomotiuum & sensitiuum ad animam sentientem pertinent.

Vtrùm in vno viuente sint plures animæ.

QVAESTIO VI.

COnstat quidem in plantis animam duntaxat vegetantẽ reperiri,tota verò difficultas est de belluis, & hominibus:nũ plures in illis animæ insint. Permulti plures,præsertim in hominibus animas posuerunt,qui in varias easque inter se dissidentes sententias sunt distracti.

Verum

Verum probabilior est eorũ sententia qui vnicam dũtaxat in vnoquoque viuente animã inesse arbitrantur, nẽpe in plantis vegetãtem, in belluis sensitiuam, in homine rationalem: Ita vt sensitiua vegetantem, & rationalis tùm sensitiuam cùm vegetantem eminenti quadam ratione contineat. Probatur hæc sententia, similque oppositæ omnes refutantur. Quia si multiplex esset in eodẽ viuente (exempli gratia, in homine) anima, sequeretur illud esse multiplicis naturæ & essentiæ: sicq; hominẽ appellari posse plantam, belluam, & hominẽ. Deinde actiones in eodẽ viuente in quo plures vitæ gradus reperiũtur, puta in homine, plerumque se impediunt, quod non aliunde prouenit, quàm quod non possit eadẽ numero anima pluribus eisque disparibus operationibus intendere: Denique Sanctis Ecclesiæ Patribus visum est vnicam esse in homine animam, eosque erroris damnauerunt qui plures in homine animas posuerunt. Et certè id satis apertè cõuincit ratio Theologica: Si enim vnica fuit in Christo Domino anima, idem ferri debet iudicium de cæteris hominibus, cùm id omne Christus assumpserit quod ad integritatẽ humanæ naturæ pertinet: Atqui vnicam in Christo Domino animam, nempe rationalem, extitisse probatur: quia si præter animam rationalem Christus habuit sentientẽ, vel illa periisset in triduo mortis, vel non: Si prius dicatur, sequitur partem aliquam essentialem humanitatis Christi periisse: si posterius, vel illa anima semper remansisset cum corpore Christi, sicque fuisset viuum corpus, & persona diuina tunc temporis fuisset vnita bruto, non homini, vel simul cum anima rationali descendisset ad inferos, vel alicubi separata remansisset: quæ omnia per absurda sunt & ridicula, imò planè erronea. Ad illud verò quod solet opponi ex Aristotele 1. de generatione animalium c. 3. hominem priùs viuere vita plantæ, tum vita animalis, demùm vita hominis. Respondemus non esse existimandum embrionem seu fœtum in vtero mulieris prius informari anima vegetante, deinde sentiente, tandẽ rationali: Verum per 40. aut 45. dies exceptum semen in vtero per virtutem formatricem, quæ in ipso semine residet paulatim disponitur, donec in ipsum anima rationalis inducatur: Vbi autẽ anima rationalis in subiecto apto accepta est, tunc primum incipit operari secundum gradũ

Assertio tenenda.

Probatur 1.

2.

3.

4.

Vnica in Christo anima.

Arist. locus explicatur.

vegetandi, deinde ſecundum gradum ſentiendi, tandem non niſi annis aliquot à natiuitate elapſis ſecundum gradum ratiocinandi operatur: Et hoc eſt quod loco citato docet Ariſtoteles: Quod etiam alio loco ſcribit Ariſtoteles, nempe. 2. de generatione animalium c. 4. cor prius animari quàm reliquas partes, hoc intelligi debet de prioritate naturæ, non temporis: ita vt nullum ſit tempus quo animetur cor, antequam cæteræ partes anima rationali informentur.

Alius Ariſt. locus expenitur.

Quomodo nobilior anima deteriorem contineat.

QVAESTIO VII.

Senſus explicatur.

CVm anima ſentiens in brutis eas vitæ operationes exerceat quas anima vegetans in plantis, & rationalis idem præſtet in homine quod vegetans in plantis, & ſentiens in belluis, ſignum eſt animam vegetantem in ſentiente, & vtramque hanc in rationali anima aliquo modo contineri.

Aſſertio tenenda.

Verùm, difficultas eſt quomodo vna contineatur in alia, an formaliter, an verò eminenter. Reſpondemus abſolutè loquendo deteriorem animam non formaliter, ſed eminenter in præſtantiori contineri. Probatur, quia tres illæ ſunt animæ generatim ſpectatæ ſpecies, atqui ſpecies eiuſdem generis diuiſiuæ ſunt formaliter diuerſæ, ita vt vna non poſſit in altera formaliter contineri.

Probatur. 1.

2. Deinde ſi anima rationalis eſſet formaliter anima ſentiens & etiam anima vegetans, ſequeretur non tantum conſtitui ab anima rationali formaliter hominem, ſed etiam & belluam & plantam, quod abſurdiſſimum eſt.

Concluſio. Quare concludendum eſt, inferiorem, id eſt, deterioris conditionis animam in ſuperiori, id eſt, nobiliori non formaliter contineri, ſed eminenter, quatenus anima nobilior continet omnem vim animæ inferioris: Sic enim lumen dicitur eminenter continere calorem, quia licèt non contineat formaliter calorem, poteſt tamen idem præſtare quod calor. Nihil autem abſurdi eſt ſpeciem vnam eminenter continere alteram ſibi oppoſitam, imò id vſu euenire ſolet, vt ea ſpecies quæ alias naturæ dignitate antecedit, illarum quoque perfectionem eminenti quadam ratione contineat.

Obiectio. Obijcies hominem non ſecus ac brutum animal, eſſe formaliter

formaliter sensitiuum,& vegetatiuũ:hoc autem non posse intelligi,nisi in ipso formaliter insit anima sensitiua,& vegetatiua. Respondeo gradũ Metaphysicum sentiendi & vegetandi inesse formaliter in homine,non secus ac gradum ratiocinandi, ac proinde hominem esse formaliter vegetatiuum,sensitiuum & rationalem: Ad hoc autem non esse necesse vt rationalis anima alias sibi oppositas species formaliter contineat, licèt non sit negandum (& hoc diligenter nota) in ipsa contineri formaliter gradus ipsi cum aliis communes,quo fit vt homo habeat ab anima rationali,quod si formaliter viuens & sentiens. Vbi obiter aduertè tùm vegetatiuum, cùm sensitiuum dupliciter accipi posse,primo quidem vniuersaliter,quomodo vegetatiuum est commune plantis, belluis & hominibus, sicque gradus vegetandi est communis tribus animarum generibus in quibus formaliter reperitur. Secundo verò specialiter, quomodo vegetatiuum plantarum duntaxat proprium est,sensitiuum verò belluarum duntaxat, quomodo non tam sunt gradus communes & metaphysici, quàm differentiæ speciales communibus seu generalibus vocabulis expressæ, sicque constituunt oppositas animarum species, quarum nulla continetur formaliter in altera. Sed hæc nimis de nimium spinosa quæstione.

Solutio.

Nota.

An sint plures formæ partiales in quolibet viuente præter totalem.

QVAESTIO VIII.

CVm vnica sit in vnoquoque viuente anima, partes verò corporis dissimilares seu heterogeneæ, id est, diuersi generis, alia enim est in animalis corpere natura carnis,alia cutis,alia ossium,&c. Quæritur vtrum præter illam formam totalem,nempe animam, admittendæ sint aliæ substantiales formæ partiales pro varia partium illarum dispositione. Qua de re grauiter inter Scotistas affirmantes,& Thomistas negantes, paribus fermè rationum momentis controuertitur.

Sensus qu. aperitur.

Probabilior autem nobis videtur hac in parte Scotistarũ opinio, videlicet præter formam totalem quæ est in anima,admittendas esse formas alias partiales,vt formam carnis, ossis, nerui, &c. Probatur hac validissima

Assertio tenenda.

Probatur.

ratione: Partes illæ, vt os, nerui, &c. per solam abscisionẽ à corpore nihil de nouo acquirunt, cum ibi nulla sit physica actio per quam aliquid substantiale producatur, & tamen constant materia & forma substantiali, cum sint aliquid substantiale physicum. Cum igitur forma illarũ substantialis non sit denuo producta, necesse est vt antequã partes illæ præscinderentur, eam sibi congenitam habuerint. Confirmatur, quia temperies certissimum est latentis formæ substantialis indicium: atqui manet eadem ossis recens auulsi temperies quæ antea, ergo remanet eadem natura ossis, vt sic: dico ossis vt sic, id est, quatenus est os simpliciter, non quatenus est os viuens, quia os auulsum non est amplius pars viuentis, sicque non remanent in eo vitæ functiones, cum non amplius informetur ab anima:

Confirmatur.

Aristot. dictum explicatur.

Vnde non erit difficile soluere id quod Aristotele obiici posset, nempe os separatum non nisi analogicè os dici posse: ibi enim Aristoteles accipit os quatenus est pars quædam viuentis animata, vbi enim auulsum est, non est nisi analogicé id quod fuerat anteà. Animatum enim & inanimatũ in specifica ratione nonnisi analogicè conueniunt. Eam tamen formam partialem quam toti corpori coniunctam habebat retinet, ratione cuius dicitur retinere naturam ossis. Quod autem de osse, idem de carne & cæteris partibus dici potest.

Obiectio.

Verùm obiicitur, istud in primis quod absurdũ videatur eandem materiam simul à pluribus formis actuari, sic enim eidem materiæ multiplex esse tribueretur, sicque vnũ & idẽ esset multiplicis naturæ, verbi gratia, os simul à duabus formis actuaretur, nempe à partiali forma ossis, &

Solutio.

præterea ab anima. Sed respondetur nihil absurdi esse partes totius corporis heterogenei præter formam totius sibi vendicare proprias & peculiares formas, sicque duas substantiales formas in eodem subiecto reperiri, modò sint subalternæ, & vna earum sit totalis, altera partialis: Neque sequitur propterea rem eandem habere duplex esse, sed vnum & idem quod habet à forma partiali tanquam ab inferiori, ab anima verò seu forma totali tanquam à superiori principio. Vbi verò à toto auellitur, tunc totum suum esse habet ab illo suo peculiari principio.

Obiectio.

Obiicies, si dantur illæ partiales formæ substãtiales in embrione antequam animetur, cùm accedet anima, non

faciet

faciet subſtantiam eſſe actu; erat enim actu ex hypotheſi quod à formis illis partialibus actuaretur: Quod tamen Ariſtotelicæ doctrinæ repugnat, iuxta cuius decreta ſubiectum cuiuſuis formæ ſubſtantialis eſt ens in potentia. Reſpõdetur, licet partes illæ omnes ſint actu ratione ſuarum formarũ peculiarium, non tamen conſtituere totum aliquod ens actu, ſed potius exiis cõſtitui aliquod ens in potentia, in ordine ad eſſe totale, ad quod ex inſtituto naturæ ordinantur, quodque illis ab anima communicatur. *Solutio.*

An intereunte animali remaneat forma corporeitatis, aut ſuccedat forma cadaueris.

QVAESTIO IX.

PRobabilius arbitramur, vbi animal interiit, abeunte vel pereunte anima, manere eandem numero materiam, non tamen vllam totalem formam remanere, aut denuò ſuccedere, ſed partiales formas quę præextiterunt, vt conſtat ex præcedenti quæſtione, remanere in diuerſis partibus materiæ: ſicque corpus illud mortuum dici vnum quid ratione materiæ, non tamen ratione formæ: niſi eo modo quo dicitur exercitus vnus, quamuis tamen iſtud magis propriè dicatur vnum quam exercitus, aut ædificium, quia vna eſt omnium partium continuata materia. *Probabilior aſſertio.*

Non eſt autem probabile remanere totalem formam corporeitatis, quia non præextitit: vt quid enim præextitiſſet, cùm anima ſufficiens eſſet ad communicandum gradum non tantùm vitæ & ſenſus, ſed etiam ſubſtantiæ & corporis? Deinde forma illa corporeitatis, aut eſt ſpecies, aut genus aut indiuiduum: at nihil horum dici poteſt: Adde quod partiales formæ quas admittimus, poſſunt per ſe conferre ſingulis partibus gradum illum corporeitatis. *Forma corporeitatis exploditur.*

Non etiam veriſimile eſt nouam formam totalem produci, nempe formam cadaueris, tùm quia nulla aſſignari poteſt actio per quam aut agens, à quo talis forma producatur: tum quia ſi admittenda eſſet aliqua totalis forma, maximè admittenda eſſet vt partes diſſimilares in vnum contineret: Atqui hoc non eſt neceſſe, cùm tunc ſint *Forma cadaueris reiicitur.*

in via ad dissolutionem : Et tamen non potest dici quòd remaneat sola materia cum solis accidentibus: hoc enim naturaliter non potest contingere : Quare dicendum est remanere materiam cum formis partialibus,nempe,cùm forma carnis, ossis, &c. quæ diuersæ in diuersis partibus pro varia dispositione reperiuntur:Sicque vbi interit animal,non statim aliud quippiam generatur, sed mediante partium totius dissolutione,ex animali corrupto tandem variæ rerum species nascuntur,vt aer,terra, vermes , &c. quod satis est vt etiam in animantibus locum habeat istud Aristotelis axioma,

Corruptio vnius est generatio alterius.

Vtrùm omnis anima sit indiuisibilis.

QVAESTIO .X

Animæ plantarum diuisibiles.

EXperientia satis compertum est , quorundam viuentium animas vt plantarum & imperfectorum animalium sectiles,seu diuisibiles esse, sic enim videmus rarum ab arbore præcisum vegetari & frondescere, & vtramque partem lacertæ diuisæ motu quodam animali cieri,atque adeò viuere;quod non aliunde prouenit nisi quia horum viuentium anima diuisione quantitatis diuiditur , peractáque diuisione in partibus dissectis residet.

Anima rationalis indiuisibilis.

Animam verò rationalem indiuisibilem esse seu inextensam non ratio modò,sed etiam fides ipsa videtur satis comprobare.Cùm enim fide tenendum sit , quòd etiam ipsa ratio suadet , animam hominis esse immortalem ac spiritualem,non possit autem esse spiritualis seu independens à materia,proindéque nec immortalis,nisi sit inextensa seu indiuisibilis;sequitur, alienum esse à fide & ratione,animam intellectiuam esse extensam.

Nodus difficultatis.

Tota igitur difficultas est de aliis omnibus animabus, perfectorum animalium , an sint extensæ seu diuisibiles, sicut sunt animæ plantarum & imperfectorum animaliũ;

Probabilior sententia.

an verò inextensæ seu indiuisibiles,vt sunt animæ rationales : vtraque enim pars graues habet authores & pari

Confirmatur.

fermè probabilitate nititur. Priorem tamen lubentius amplectimur , videlicet animas perfectorum animalium esse extensas ac diuisibiles. Probatur primò,quia id quod

est ad-

Digitized by Google

est addictum materiæ,eique penitus immersum, sortitur conditiones materiæ, si non omnes,saltem eam quæ materiam primò consequitur, quæ est extensio : Atqui omnes formæ physicæ , excepta intellectiua , sunt immersæ materiæ,eique omninò affixæ,cùm extra illam cohærere nequeant:Ergo omnes præter intellectiuam sunt extensæ ac diuisibiles. Secundo,formæ quæ de potestate materiæ excitantur,ita sunt affectæ,vt pars de parte,totum de toto educatur: Cùm igitur omnes formæ præter intellectiuam eliciantur de potentia materiæ, omnes extensionem habebunt , ac partes quibus & toti materiæ & eius partibus respondeant. 2. Denique difficile est intelligere, quomodo formæ illæ substantiales sint indiuisibiles seu inextensæ,nec tamen sint spirituales. Sicut etiam difficile est intelligere easdem è potentia materiæ extensæ physica actione educi,& tamen esse inextensas. 3.

Quod verò in parte à toto sejuncta remaneat forma imperfecti animalis , non verò perfecti, non prouenit ex eo quod forma illius sit diuisibilis,huius verò nequaquã: sed ex eo quod illius forma imperfectior sit , huius verò perfectior, cùm tamen vtraque sit diuidua. Et quia quò forma perfectior est,eò maiori accidentium apparatu ac pluribus eget organis,vt in corpore seruetur, quæ organa certis corporis sedib. affixa sunt:hinc fit vt facta diuisione à reliquo corpore in quo resident illa vitæ subsidia, confestim pereat forma perfecti animalis in parte abscissa. Nec officit,quod peracta diuisione, membrum perfecti animalis auulsum palpitet ; id enim non tam ad animæ præsentiam, quàm ad spiritus vitales , quorum in huius membro maiora copia viget , referendum est ; quamuis nihil sit absurdi iuxta hanc nostram sententiam,asserere, quòd in partibus etiam perfectorum animalium abscissis paululum aliquid animæ resideat. Quod autem Aristoteles docet lib. 1. De ortu & inter. 5. in accretione manere idem secundùm formam,non secundum materiam, intelligendum est de ratione naturæ , nempe id quod accrescit manere idem secundum rationem sub speciei , licèt ratione materiæ subinde mutetur,non verò quod forma permaneat semper indiuisibilis , licèt materia incrementum accipiat, hoc enim penitus alienum est à mente Aristotelis. Dici etiam posset manere idem in accretione secundùm formam,id est,figuram seu speciem externam;

Tacita obiectionis occurritur.

Scrupulus quidam mouetur.

Arist. locus explicatur.

non verò secundum materiam, id est molem quæ subinde per accretionem mutatur.

POSTERIOR DISPVTATIO huius tractatus.

De facultatibus animæ generatim.

An quinque sint generales animæ potentiæ.

QVAESTIO I.

Quinarius prædictarum facultatum numerus cõprobatur.

ARistoteles l.2.de Anima c.3.t.27.quinque generales animæ seu rerum viuẽtium potentias enumerat, nimirum vim vegetandi, sentiendi, loco mouendi, appetẽdi, intelligendi. Cuius legitimę distinctionis ratio petitur ex obiectis circa quæ viuentium operatio versatur. Vel enim obiectum illud est corpus coniunctum animę, vel aliquid separatum. In coniunctum agit potentia vegetandi, quia occupatur in alimenti concoctione & mutatione, ad quã pertinet vis generandi quæ versatur circa obiectum coniunctum, quia perficit semen quod in ipso viuente ex alimenti superfluitate gignitur: Circa separatum occupantur cæteræ vires, vel ita vt eius imaginem intra se habeant, quæ si recipitur in organo corporeo, pertinet ad potentiã sensitiuam, alioqui verò ad intellectiuã: vel ita vt in ipsum tendant tanquam in finem aut tanquam in terminũ motus; si priori modo, est appetitus cuius est ferri in bonum, atque adeò in finẽ: si posteriori, est vis loco motiua. Quare quinque illæ sunt generales potentiæ rerum viuentiũ. Ratio autem cur hîc non distinguatur appetitus sensitiuus & intellectiuus, sicut ibidem distinguuntur sensus & intellectus, est, quòd illi appetitus eodem modo tendant in obiectum, nec distinguantur differentiis ad obiectũ, qua obiectum est pertinentibus, sicuti sensus & intellectus.

Nodus quidã hic soluitur.

Vndenam oriantur facultates animæ.

QVAESTIO II.

Assertio tenenda.

COnstans, eaque communis Philosophorũ sententia est, potentias animæ non aliunde quàm ab ipsamet anima

anima originem ducere. Ratio in promptu est, cùm enim potentiæ seu facultates animæ formæ quædam sint accidentariæ subiecto cui insunt propriæ ac natiuæ, eique cõferant esse secundùm quid, necessarium est vt ab eo quod subiecto primum ac substantiale esse tribuit, hoc est forma substantiali quasi essentiæ comites proficiscantur. *Probatur.*

Vt autẽ plenius & planiùs intelligas qua ratione anima sit fons & origo suarum potentiarum; sciendum est animam triplex genus causæ sortiri posse respectu suarum potentiarũ, videlicet agentis, finalis, & materialis: Agẽtis, inquam, quatenus illas ex se actiuè fundit; finalis, quatenus eiusmodi potentiæ sunt propter ipsam: Materialis denique, quatenus ipsas in se recipit ac sustinet: quod tamen vltimum de solis immaterialibus potentiis humanæ animæ intelligi debet: nisi velis (quod probabilitate nõ caret) accidentia corporea in toto composito ratioue vtriusque partis, materiæ inquam, & formæ subiectiuè recipi; tunc enim anima quæuis erit subiectum partiale suarum potentiarum materialium, anima verò rationalis subiectum totale suarum facultatum immaterialium. *Plenius explicatur præcedens assertio.*

Cum igitur asserimus omnes potentias ab anima oriũdas esse, hoc intelligi debet in genere causæ efficientis, vt anima sit causa efficiens suarum facultatũ, licèt valde probabile sit eam non esse causam præcipuam, sed ipsũ generans seu producens, cui incũbit omnia quæ rei in instanti generationis debentur, ei cõtribuere. Itaque anima est causa quidem efficiens, sed quasi instrumentaria, à qua proximè quidem, licèt minus principaliter facultates efficiuntur: Generans verò seu producens est causa efficiens principalis, licèt remota earundem. Ex quo intelligere est animam non posse sua vi solam amissas semel facultates recuperare, cùm non sit sola sufficiens causa illarum potentiarum, licet sit ipsum essentiale principium à quo veluti fluxerunt, cùm ab ipso generante seu producente primum simul cum ipsa anima comproductæ sint; nisi fortasse dicas (quod adhuc difficultate non caret) reproductis in organo dispositionibus aptis animam in virtute generantis posse facultatem suam amissam, licèt non eandem numero, inibi producere. *Anima principium effectiuum suarum facultatum.*

Si quæras, quodnam genus actionis illud sit, quo anima cum generante seu producente concurrit ad produ- *Dubium.*

Digitized by Google

Responsio. cendas suas facultates: Respondemus vulgò appellari emanationem, eò quòd per ipsam facultates dimanent, siue fluant ab anima: non esse autem eam animæ actionem physicam propriè loquendo, cùm non sit coniuncta cum motu. Si quæras, an ea animæ actio sit transiens, an verò immanens. Respondemus adhibita distinctione, eam quæ potentiæ materiales vt facultas audiendi, videndi, cæteræque huiusmodi corporeo organo inhærentes emanant nõ recipi in ipsa anima à qua oriuntur, sed in materia: sicque non videri immanentem, sed transeuntem; eam verò quæ potentiæ immateriales emanant ab anima rationali in qua residet, in ipsamet anima recipi, sicque procul dubio esse immanentem: nec absurdum est eo genere actionis impropriæ aliquid agere in seipsum. Quod si immanentẽ actionem eam omnem esse velis qua aliquid in ipsomet supposito agente producitur, tunc omnis emanatio facultatum ab anima dici poterit immanens. Ex quibus colligere est hæc quatuor, essentiam, potentiam, operationem, & obiectum inter se habere ordinem, vt ab essentia profluat potentia, ab hac operatio, operatio verò in obiectum tendat.

Aliud dubium.

Responsio.

Quo ordine fluant facultates ab anima.

Cæterùm licèt potentia animæ inter se specie differant, minimè tamen id obstat quominus ordine quodam ab anima, vt à fonte, dimanent; ita vt aliæ alias secundùm quandam naturæ anteceſſionem præcedant; sic enim probabile est eas facultates quæ sunt priores ordine generationis, quæque sequuntur gradum natura priorem, licèt minùs perfectæ, quia tamen sunt magis necessariæ, prius naturali aliquando etiam tempore, vt cùm organa nondum sunt disposita ad recipiendas alias facultates ab anima profluere, verbi gratia, priùs facultates vegetatiuas quàm sensitiuas ab anima sentiente vel rationali profluere. Non tamen existimes, eas facultates quæ posterius natura fluunt, ab anima pendere in fieri vel operari ab iis quæ priùs natura ab eadem emanant.

Quomodo facultates animæ ab ipsa differant.

QVAESTIO III.

QVid in hac quæstione, de qua magna dissidentium Philosophorum contentione certatur, probabilius tenen-

tenendum sit, sequentibus assertionibus determinabimus.

Prima, Facultates animæ non sunt idem formaliter cum ipsâ, vti docet Schola Nominalium. Probatur, quia id quod ex se indifferens est ad diuersos actus, oportet vt per aliquid superadditum, ac proinde ab ipso formaliter saltem distinctum ad eos determinetur: sed essentia animę in se spectata, est indifferens ad quęlibet eorum actuum quos edit (alioqui cùm animæ essentia vna sit, & actus plures ac realiter diuersi, idem secundùm idem esset simul determinatum ad plura, quod fieri nequit) oportet igitur essentiam animæ per aliquid ad hunc & illum actum determinari; id verò nihil aliud est, quàm ipsæ animæ facultates seu potentiæ: Ergo potentiæ seu facultates animæ non sunt formaliter anima, sed aliquid ipsi superadditum. 1. *Assertio.* *Probatur.*

Secunda assertio. Facultates animæ non tantùm formaliter, sed etiam realiter ab ipsa differunt. Probatur, quia nulla substantia creata per se & immediatè potest operari, sed per aliquod principium operandi ab ipsa diuersum, quod non potest concipi nisi realiter ab ea distinctum: Ergo potentia quæ est principium per quod anima operatur, non est ipsamet animæ substantia, sed aliquid ab ipsa realiter distinctum. Confirmatur hæc ratio, quia elementa quæ sunt maximè actiua, vires habent ad operandum reipsa à suis substantialibur formis diuersas; Ergo pari ratione inerunt animæ vires ad operandum diuersæ: Adde quod si facultates essent idem realiter cum anima, nunquam anima superstite deperdi possent realiter, sed tantum eorum vsus deperderetur: Sicque is cui oculi essent confossi, non diceretur vere amisisse visum. Minueretur etiam virtus miraculorum: neque enim Christus facultatem seu potentiam, sed tantùm vsum videndi, restituta sola organis dispositione cæcis restituisset. 2. *Assertio.* *Probatur 1.* *Confirmatur.* 2 *Confirmatur.*

Verùm obiicis, principium operandi esse potentiam, animam autem esse principium operandi, cùm definiatur ab Aristotele, Id quo viuimus, sentimus, &c. Ergo anima est sui ipsius potentia. Respondetur, animam quidem esse principium operandi principale, & esse id quo præcipuè & tanquam à radice viuimus: tale verò principium non esse potentiam, quia potentia si sit vitalis, de qua hîc agitur, est id à quo proximè & à minus principe causa *Obiectio.* *Solutio.*

Digitized by Google

vitalis operatio procedit.

Obiect.o. Obiicies rursus. Si potentiæ distinguerẽtur realiter ab anima, possent illæ seiunctim diuinitus conseruari, quod tamen repugnat: multa enim inde absurda sequerentur.

Confirmatur. Primùm sequeretur dari posse operationes vitales seorsim ab anima: nihil enim obstare videtur intellectum intelligire, & voluntatem velle: si igitur intellectus & voluntas separarentur ab anima, daretur intellectio & volitio seorsim ab anima. Deinde si alicuius animæ in terris adhuc positæ intellectus poneretur in paradiso, & voluntas in inferno, sequeretur eandem animam simul beatissimam & miserrimam esse ratione suarum facultatum, nec tamen secundùm se fœlicem nec miseram, quę absurdissima sunt. Denique si ab anima intellectuali separari posset intellectus, sequeretur eam non forè amplius intellectualem, ac proinde non esse amplius eiusdem naturæ.

Responsio ad obiect. Verùm negamus sequi vllum absurdum, licet facultates realiter separentur ab anima. Et quidem ad primum respondemus actiones vitales non posse à potentia elici, nisi cùm hæc ipsi animæ adhæserit, eique intimè coniuncta fuerit, sicque intellectum separatũ non posse intelligere, nec voluntatem velle. Ex quo patet solutio secundi incõmodi, nempe intellectum separatũ ab anima in cœlo positum non fore beatum, cum nihil intelligeret, nec volũtatem in inferno fore miseram, cũ nullius rei obiecto separata, moueri seu affici possit: animam verò secundùm subiectum, nec beatam, nec miseram esse vltrò concedimus, cùm hoc modo spectata, id est suis facultatibus orbata, nihil boni vel mali operari aut pati possit. Ad vltimũ incommodum dicimus animam separato ab ipsa intellectu dici semper intellectualem & rationalem, non quidem ratione facultatis, sed gradus essentialis, à quo sic essentialiter, seu substantialiter denominatur.

Ad secundum.

Ad tertium.

In quonam subiecto resideant animæ facultates.

QVAESTIO IV.

Sensus propositæ quæst. aperitur. NOn hîc de facultatibus rationalis animæ propriis, intellectu nempe & volũtate dubitatur: cùm enim spiri-

spirituales sint, nec organo corporeo indigeant, non in alio quàm in spiritali subjecto, videlicet in ipsa anima rationali insident. Verùm de facultatibus ijs quæ gradum vegetandi & sentiendi sequuntur, quæque dicuntur organicæ, quia corporeis organis indigent, præsens quæstio instituitur: Num illæ in sola anima, an in solo corpore, an in vtroque insint. Cui dubitationi sequentibus conclusionibus satisfiet.

Prima conclusio. Facultates organicæ non sunt subjectiuæ in anima, sed in solo corpore. Probatur, quia vitalium facultatum, cuiusmodi sunt istæ operationes, sunt immanentes, quare ibi necesse est vt sit facultas vbi sit operatio. Atqui operationes non fiunt in anima, sed in ipso corpore: Exempli gratia, accretio, nutritio, visio, &c. exercentur in ipso corpore: Ergo necesse est, vt facultas crescendi, nutriendi, videndi, & similiter cæteræ tum vegetatiuæ cùm sensitiuæ, non in anima, sed in corpore subjectiuè recipiantur. Deinde ipso corpore seu organo corporeo. licèt anima superstite, perit facultas: ergo signum est illam non animæ, sed corpori inhærere. Deniq; manifesta huius conclusionis veritas in homine, cuius anima cum sit spiritualis, nullo modo potest esse subjectum istarum facultatum, cum sint omnes corporeæ, vt patet ex earum operationibus. Itaque facultates ita ab anima tanquam à principio profluunt, vt ex ipso corpore tanquam è subjecto educantur ab ipsa anima, & in ipso inhæreant. 1. Conclusio. Probatur 1. 2. 3.

Secunda conclusio. Facultatum prædictarum subjectum non est corpus simpliciter, sed corpus animatum. Probatur, quia statim atque corpus deseritur ab anima, pereunt in illo omnes facultates tum vegetatiuæ, cum sensitiuæ; sicut enim facultates illæ ab anima educuntur è corpore, ita ab eadem in ipso conseruantur: quo fit vt statim atque corpus ab anima deseritur, illico omnibus istis facultatibus seu potentijs destituatur. 2. Conclusio. Probatur.

Quomodo potentiæ, seu facultates animæ inter se distinguantur.

QVAESTIO V.

COmmunis Philosophorum sententia est, iuxta Aristotelis doctrinam & rei veritatem, potentias distin- Assertiua.

gui per actus & obiecta, hoc est, actiuas animæ potẽtias suam capere distinctionem in ordine ad actus quos edunt,& ad obiecta in quæ tendunt:ita vt quanta in iis est distinctio,tanta in potentiis reperiatur. Cuius assertionis ratio est,quia cum vnaquæque potentia actiua suapte natura referatur ad actum & obiectum,ita vt non nisi per illa definiatur, necesse est vt in ordine ad illa rationem suam & essentiam habeat, proindéque ab iisdem vnitatem & distinctionem sumat.

Probatur.

Vt autem intelligatur quo pacto hæc distinctio potentiarum sumenda sit ab ipsarum actibus & obiectis, notandum est obiectum cuiusque potentiæ dupliciter spectari posse; videlicet materialiter seu vt res est, vel formaliter seu secundum eam rationem qua cadit sub potentiam: Exempli gratia, candidum spectari potest materialiter secundùm suam naturam, seu vt candidum; vel formaliter, quatenus cadit sub potentiam videndi, verbi causa, seu quatenus visibile. Præterea notandum est actus, qui ab aliqua potentia specie vna proficiscuntur, licèt inter se distinguantur, omnes tamen subordinati vni formali rationi specificæ obiecti adæquati totius potentiæ, sub qua formali ratione actus illi tendunt in obiectum, quæ ratio in obiecto visus est visibile, in obiecto intellectus intelligibile,similitérque cæteris. Itaque actus illi omnes secundum supradictam rationem formalem censentur eiusdem speciei, non quidem in se & secundum se; sic enim essentialiter & specie imò genere fortassis differunt; sed secundùm accidens, quomodo paries albus & nix, quatenus affecta candore,conueniunt in vnam speciem infimam seruatis interim intrinsecis naturarum suarum differentiis. Denique notandum est, quod rei caput est, rationem illam formalem obiecti deprehendi ex modo quo obiectum potentiam immutat, ita vt si modus ille sit vnus specie, tam ratio formalis obiecti quam potentia, sit vna secundum speciem. Vnde quia omne visibile habet eundem modum immutandi aspectum: hinc fit vt omne visibile secundum rationem formalem sit vnum specie, & facultas videndi in omnibus animantibus eiusdem speciei, quamuis diuersa sit à facultate audiendi,quia aliter hæc ab audibili,aliter illa à

Notandum.

2.

3.

illa à visibili immutatur, vt patebit ex progressu cùm de sensuum distinctione disseremus.

Cum igitur asserunt Philosophi potentias distingui per actus & objecta, sumenda sunt objecta formaliter eo modo quo explicauimus & actus prout tendunt in objectam secundum prædictam rationem formalem, quæ ratio semper est vna secundùm speciem, vbi potentia vnius speciei est: hinc fit vt licèt intellectus actiones specie diuersas edat, qui tamen actus illi omnes tendunt in objecta quatenus habent rationem intelligibilis, quæ ratio intelligibilis quoad rationem immutandi potentiam est eiusdem speciei; idcirco omnes illi actus induunt rationem vnius speciei; ac proinde vnam specie facultatem intelligendi arguunt. Sed hæc de anima generatim tùm secundum se, tum secundum suas facultates spectata satis: Deinceps de singulis tribus animarum speciebus disserendum est.

Explicatur supradicta assertio.

SECVNDVS TRACTATVS HVIVS partis.

De anima vegetante.

QVoniam ea quæ ad naturam & rationem animæ vegetantis pertinent, ex ijs quæ de anima generatim hactenus disseruimus facilè possunt intelligi: de illius facultatibus duntaxat hoc loco est agendum, quæ cùm tres sint, nimirum altrix, auctrix, seu facultas alendi, accrescendi, & generandi: déque ijs nonnulla priùs generatim disputari debeant, quatuor huius Tractatus disputationes instituemus, quarum prima erit de facultatibus animæ vegetantis generatim, secunda de facultate altrice, tertia de auctrice, quarta de generatrice.

Huius tractatus disputationes quatuor.

PRIMA DISPVTATIO
huius tractatus.

De facultatibus animæ vegetantis generatim.

Quotnam sint facultates animæ vegetantis.

QVAESTIO I.

TRes vegetatricis animę functiones recensuit Aristoteles lib.2.de anima c.4. nempe nutritionem,accretionem,generationem:quarum prima pertinet ad conseruationem indiuidùi : altera ad eius perfectionem secundùm molem corporis : tertia ad propagationem & conseruationem speciei. Iuxta quarum operationum numerum tres quoque potentiæ constituuntur, nutriens, augens, & procreans : inter quas non mediocre discrimen est, primùm quod obiectum nutritionis sit alimentum prout est substantia ; accretionis verò alimentum prout est quantum : procreationis denique alimentum prout ipsius interuentu aliquid viuenti simile gigni potest. Deinde quod virtus nutriens toto vitæ tempore perseueret: Augens desistat vbi viuens ad ætatem consistentiæ peruenit: Procreans deficiat in ijs quorum ætas effœta iam est. Denique tam altrix quàm auctrix facultas per totum corpus diffusa est : Procreatrix verò certam definitámque sedem obtinet, videlicet vbi superfluam alimenti seminariam vim accipit.

Trium vegetantis animæ facultatum discrimen.

1.
2.
3.

Est autem inter eas ordine originis facultas alendi prima, vtpote quæ sit omnium maximè necessaria ; hanc sequitur facultas accrescendi, quæ duæ facultates naturâ præcedunt facultatem generandi, quia viuens naturâ priùs nititur & augetur quàm possit generare:Ordine tamen perfectionis facultas generandi præcedit, quia nobiliorem habet finem, scilicet perpetuam speciei conseruationem : Iam verò nutritio tantò præstat accretioni, quanto substantia quæ per nutritionem acquiritur præstat accidenti, nempe quantitati, quæ per accretionem comparatur.

Quis ordo inter prædictas facultates.

Porrò licèt hæ tres potentiæ animalibus cum plantis sint communes, nobiliori tamẽ modo in animalibus operantur

rantur quam in plantis, propter ſubjecti, organorum & formæ nobilitatem. Hanc autem vim triplicem quæ gradum vegetandi ſequitur in animalibus, vno vocabulo naturalem appellant Medici, ſicut eam quæ gradum ſentiendi ſequitur, quæ ſenſuum omnium & ſpontanei motus principium eſt, animalem vocant, inter quas mediam aſſignant, quam vitalem nominant: Et naturalem quidem à iecore, vitalem à corde, animalem à cerebro originem ducere non ſine probalitate contendunt Medici. Nos autem vitalem hanc facultatem, quæ animalium propria eſt, & quidem perfectorum, ad ipſorum facultatem altricem ſeu nutritiuam reuocamus. Sunt autem vitalis facultatis hæ operationes præcipuæ motus cordis & pulmonum, confectio ſpirituum vitalium in corde, & pulſus arteriarum in toto corpore. Verùm de iſtis poſtea. Vbi nota nomine vitalium operationum tantùm eas operationes intelligi quæ ſunt ab iſta ſpeciali facultate, ſed omnes quarum principium eſt anima vegetans, ſeu quę gradum vegetandi ſequuntur, vt plurimũ intelligendas eſſe.

In animali facultas triplex.
1. *Naturalis.*
2. *Vitalis.*
3. *Animalis*

De generali inſtrumento facultatum animæ vegetantis, nempe calore naturali.

QVAESTIO II.

DVobus maximè, humore, inquam, & calore natiuis vita omnis animantium & plantarum, eorúmque operatio continetur & fouetur. Verùm quia de humore natiuo ſeu radicali alius erit dicendi locus, hîc de ſolo calore natiuo dicendum eſt. Eſt igitur à natura cuique viuenti inſitus calor, quem propterea natiuum ſeu naturalem vocant, quod non tantum vitæ ipſius fomentum, verumetiam omnis vitalis operationis, nutritionis nempe, accretionis, & procreationis generale inſtrumentum eſt, ita vt ipſo pereunte omnis eiuſmodi operatio intermoriatur. Quare mortem definit Ariſtoteles 5. Polit. cap. 8. Extinctionem caloris natiui in humido. Et licèt eum ab igneo calore natura ſeu ſpecie minimè differre arbitremur, ſunt tamen accidentariæ quædam inter vtrumque differentiæ ſatis inſignes, quæ ex diuerſitate principiorum ſubſtantialium, quorum illi calores ſunt inſtrumenta, naſcuntur. Ille enim, nempe elementaris, ab

Vitæ ſubſidium duplex.

Calor natiuum cur ſic dictus.

Qui differat calor natiuus ab igne.

elementis, & præsertim ab igne vt à caloris fonte deriuatus, acerrima vi pollet, noxius & lethificus cuncta exsiccat, vrit, absumit, & in cineres redigit, hic verò ab anima & cœlesti influxu oriundus temperatus est, salutaris & beneficus, cuius ope viuentia gignuntur, aluntur, crescunt, & operantur: illum siccitas acuit, hunc verò temperat humiditas, quam ipsi in viuentibus natura comitem adjunxit.

Calor asititius.

Porrò calorem qui ab externis causis in viuente potest excitari, ascititium vocant, à quo iuuari, imò etiam interdum suppleri potest naturalis, vt cum medicamenta calida ad fouendum ventriculi calorem, & iuuandam concoctionem adhibetur, vt cum oua supra clibanum igni subjecto disposita pullos edunt. Potest etiam ab eodem igneo calore per accidens naturalis absumi; sic enim febrilis calor non nisi natiui caloris dispendio in dies augescit, quod fit non quòd febrilis calor cum natiuo pugnet, sed quia calor ille in aliena materia inardescens resoluit partes viuentis, & plures poros aperit per quos spiritus vitales qui caloris istius vehicula sunt euolant.

Calor febrilis naturalem dissipat.

SECVNDA DISPVTATIO *huius tractatus.*

De facultate Alendi.

De ipsa facultate nutriendi, eiúsq; obiecto nempe alimento.

QVAESTIO I.

Huius potentiæ descriptio.

DEfiniri potest isthæc animæ potentia ex c. 4. l. 2. de Anima. Naturalis facultas viuentis conuertens alimentum in rei quæ alitur substantiam: cuius potentiæ necessitas ex hoc colligitur, quod calor naturalis in dies humidum radicale extenuat ac depascit, quocirca necesse est vt sumpto alimento, eoque in substantiam aliti conuerso, quod deperditum est continuò reparetur. Vbi

Nota.

nota obiter vim illam caloris natiui retardari nonnunquam maiori pituitæ copia, præsertim si tenuis sit iste calor: quare animalia in quibus est exilis natiuus iste calor, & abundat humor, ad longum tempus, absque vitæ detrimento possunt inediam sustinere

Quod

Digitized by Google

Quod ſpectat ad alimentum, duplex conſtituitur, vnum proximum, quod iam ritè & præparatum & decoctum in ſubſtantiam viuentis immediatè conuertitur: vt eſt ſanguis in ſingulis membrorum partibus: alterum remotum, quod aliqua aut certè multiplici coctione à viuente facta indiget antequam in ipſius ſubſtantiam conuertatur, quod ſolet ore abſumi vt conuenientem alendo corpori præparationem ſubeat: & de hoc præſertim poſteriori alimẽto hic loquimur, de quo loquimur, de quo duo præſertim difficultates explicandę ſunt circa totidem ſcõditiones, quæin prædicto alimento requiruntur: quarum vna eſt, vt ſit rei viuenti quam nutrit partim ſimile, partim diſſimile: altera vt ſit ſubſtantia mixta, ita vt purum elementum non poſſit eſſe alimentum. *Alimentum duplex.* *Quæ conditiones veri alimenti.*

Prior igitur difficultas eſt; an prior illa conditio deſſideretur in alimento. Reſpondetur ita eſſe; ſi enim alimẽtum ante decoctionem eſſet omnibus non ſimile, non oporteret decoqui, quia inter omnino ſimilia non datur actio: ſi autem eſſet omninò diſſimile, ita vt natura viuentis ab eo penitus abhorreret, decoqui ab eo non poſſet. Vbi obiter nota, cùm non ſolùm viuens agat in alimentum, ſed etiam alimentum in ipſum viuens, alimentum magis pati à viuente quàm ipſum alteret ſeu immutet: cuius oppoſitum contingit in medicamento quod plus alterat quàm patiatur. Quod ſi opponas brutas animantes cibis venenoſis abſque noxa veſci, à quibus tamen cibis natura videtur penitus abhorrere: ſic ſturni cicuta, anates bufonibus, gallinę araneis, ciconiæ ſerpentibus nutriuntur. Reſpondeo; ea quæ aliis venena exiſtunt, quibuſdam eſſe alimenta ob temperamentorum varietatem. Si inſtes homines etiam extitiſſe qui veneno nutrirentur: quod de quodam Regis Cambaiæ filio ferunt: & de Mithridate vulgatum eſt eum ſic veneno aſſuetum fuiſſe, vt nullum ei poſtea nocuerit. Reſpondeo id ad conſuetudinem referendum, cuius vt in cæteris rebus, ita in ratione victus & alimenti vis mira eſt: quæ tamen conſuetudo non aliter induci potuit quam ſumpto ad prima initia veneno in parua admodum quantitate, vel etiam præſumtis remediis, quod feciſſe Mitridatem authores prodiderunt, vnde vnum ex illis antidotis Mitridaticum dicitur. *Prior difficultas de priori conditione.* *Nota.* *Obiectio.* *Solutio.* *Inſtantia.* *Reſponſio.*

Posterior difficultas de posteriori conditione.

Posterior difficultas est circa posteriorem cõditionem, vtrùm nullum elementum possit esse alimentum. Cui respondetur nullum elementũ per se, & in suo naturali statu posse esse rei viuentis alimentum. Ratio est, quia cum alimentum in substantiam viuentis conuerti debeat, tale esse oportet vt eius qualitates à viuente ipso infringi, & ad conuenientem mediocritatem reduci possint: at elementa pura & in suo naturali statu non ita se habent, cũ qualitates habeant viuenti repugnantes & longè potentiores, vt ignis summum calorem, & aqua summũ frigus. Quare elementa, vt sic, seu in tali statu nõ possunt esse viuentium alimenta. Nihil tamen prohibet aliqua elementa extra naturalem statum posita, & inuicem confusa nutriendis quibusdã viuentibus sufficere. Constat enim stirpium genus omne ex terra aquis madefacta fibris & radicibus paululum attrahere: sic animalia quædam ex terra, vt talpæ; alia ex aqua, vt pisces; alia ex aëre vt chameleõ, alia ex igne, ut pyraustæ, sustentari videntur, cùm tamen verè non ex illis puris, sed aliorum corpusculorum concretione permistis nutriantur, cũ elementa apud nos nenequaquam pura & syncera existant, vt alias monuimus.

Assertio tenenda probatur.

Nota.

Obiectio.

Obijcies accidẽtia posse nutrire, ergo magis elementa, vt patet in accidentibus Eucharistię, & odore, quo ferũt nonnullos vitam sustentasse. Verum respondemus accidentia Eucharistię per se non nutrire, sed quatenus diuina virtute separata à panis substantia ipsius vices gerunt, & quãtitas ipsa materiæ locum tenet, quanquam probabile sit, cum species illæ panis in substantiam viuentis conuerti videntur, subministrari à Deo materiam quę alteratis speciebus formam viuentis recipiat dum illi adunatur. Quod spectat ad odorem, licèt odor reficiendo spiritum foueat, & ad sanitatem & vires aliquid momenti afferat, non tamen nutrit, quicquid de ea re historici prodiderint: quòd si famem aliquando sedare videatur, id accidit quoniam cum odore exhalant ex corpore odorifero fumi quidam, quibus spiritus vitales nonnihil recreantur.

Solutio.

Quomodo odor sustentare videatur.

Quodnam sit proximum in animalibus sanguine praditis alimentum.

QVAESTIO II.

Sensus qu.

HActenus de remoto, hic verò de proximo alimento quæstio instituitur. Et quidem certum est nõ omnia animalia

animalia verbi gratia, exanguia sanguine nutriri. Quæritur autem num animalia sanguine prædita solo sanguine immediatè nutriantur, cùm alij sint humores, nempe pituita, flaua bilis, & melancholia, ex quibus ali posse videntur. Cui dubitationi duplici assertione satisfacimus.

1. Conclusio. Nota.

Prior assertio. Solus sanguis commune est membrorum alimentum, nec alius è reliquis tribus humoribus per se ac seorsim acceptus nutrit: Quamuis non sit negandum nonnihil tam ex pituita, quàm ex flaua & atra bili pariter cum sanguine in membra immediatè commutari quasi per accidens, ob admistionem & conjunctionem cum sanguine qui ab his incrementis etiam integra valetudine omni ex parte abjungi nequit, vt patet ex ipsa venæ sectione in sano corpore facta.

2. Conclusio.

Posterior assertio. Non omnia membra sanguine proximè nutriuntur, sed ex materia sanguinis immutata & decocta; sic constat neruos humore tabido & glutinoso nutriri, item ossa medullis ali; Probabile etiam est ventriculum aliquam chyli qui nondum in sanguinem versus est portionem sibi ad nutrimentum retinere, licèt emisso postea sanguine, ab hepate vberiorem capiat nutritionem.

De huius facultatis actu, nempe nutritione. Quomodo fiat in animalibus præsertim.

QVAESTIO III.

Quare iugis in viuente nutritio.

QVoniam vi caloris natiui & aliarum causarum substantia viuentis perpetuò dissipatur, ita ne breui intereat perpetuam esse eius instaurationem oportet, ac proinde iugem esse in viuente dum viuit nutritionem: non quòd perpetuò aliquid in substantiam viuentis actu conuertatur, sed quod saltem aliquid quod ad nutritionem aliquo modo spectet, à viuente agatur: vt cùm deficiente alimento calor natiuus qui in eo dirigendo versari solet, circa ipsam animalis substantiam occupatur, eámque assiduo veluti morsu vellicat. Cùm verò suppetit alimentum, tunc vis nutritiua circa illud occupatur, vel illud attrahendo, vel concoquendo, vel membratim distribuendo, vel in propriam substantiam conuertendo. Et licet quædam animantes longo tẽpore ab externo alimẽto abstineant, nõ tamen propterea intermittitur nutritio

Digitized by Google

Facultas nutrix paulatim hebetatur.

quia aluntur per id tẽpus pituita seu concreti & indigesti humoris colluuie iam anteà coaceruata, quam ob inertiã caloris lente decoquunt. Et quoniam opus istud totius vitæ fundamentum est, ideò natura viuens ab eo cessare non patitur. Et quamuis facultas nutritiua in isto opere nequaquam lassetur, nihilominus tamen à contrariis repatiendo debilitatur, progressúque ætatis frangitur & hebescit. Licèt autem nutritio formaliter & præcisè sumpta, sit ipsa transmutatio alimenti præparati & concocti in substantiam viuentis, quæ speciali magis & physico vocabulo dicitur adgeneratio: Vulgò tamen accipitur pro ea omni functione vegetatricis animæ quæ ad nutriendum viuens pertinet, sicque non tantùm postremam illam alimenti transmutationem, sed prærias eiusdem alimenti concoctiones & præparationes continet. Est autem concoctio alimenti triplex, prima in ventriculo, secunda in iecore, tertia in singulis partibus membrorum, quas antecedit ea quæ in ore fit eiusdem alimenti præparatio.

Alimenti concoctio duplex.

Quo modo fiat nutritio.

Itaque primùm cibus ore sumptus dentibus cõteritur, & linguæ saliuæque tùm caloris inibi existentis beneficio præparatur ad concoctionem, & hæc quidem cibi in ore masticatio, non concoctio, sed præparatio ad cõcoctionem dicitur: Secundò, cibus in hunc modum præparatus demittitur per œsophagum in vẽtriculum, qui immisso à vicinis præcordiis calore feruet, exceptũque suo sinu alimentum excoquit, fitque ex eo cibo massa illa cãdida seu cremor, quem Medici Chylum vocãt, à quo prima illa cibi cõcoctio χύλωσις appellatur. Tertio loco chylus per inferius ventriculi orificiũ πυλωρὸν Græci vocant, deorsum truditur ad intestina, dumq; flexuosa intestinorum circuitione deducitur, in ea præterfectione venæ mesenterij quas mesaraicas vocant, puriorem chyli partẽ per exigua quædã foramina combibunt, & ad iecur transmittunt: At quod superuacaneum & excrementitium est, in inferiora & crassiora intestina deiectum exturbatur: Et quoniam humor ille tenuis & copiosus quo chylus è ventriculo per intestina & mesenterij venas quasi vehiculo ad iecur deductus est, nec alendo corpori, nec ad alia deinceps vtilis est, per quasdam venas, quas emulgentes vocant, in renes attrahitur, vnde mox in vesicam profunditur.

1. concoctio.

Chylus.

2. concoctio.

Iam verò quarto loco vbi alimentum illud repurgatum

tum in hepar per venam, quam portam vocant, intromissum est, tum in tenues ramos per vniuersum iecur diffunditur, vbi secundò concoquitur, vertitúrque in cruentum quendam humorem quem Chymum vocant, in quo quatuor humores simul visuntur, sanguis, pituita, flaua bilis, & melancholia, & hæc secunda concoctio vocantur αἱματωσις, quasi sanguificatio à nobiliori & copiosiori ac prædominanti humore, nempe sanguine. Iam verò quod ex ijs humoribus superuacaneum est natura segregat, & flauam bilem in folliculum fellis conjicit, atram bilem ad splenem seu lienem; pituitam simul cum sanguine per venas in totum corpus diffundit. *Chymus.*

Deniq; quinto loco sanguis in minutissimas partes & exiles quas vocant capillares distributus, ibi tertiò ac perfectissimè concoquitur, & pro cuiusq; membri dispositione innati temperamenti modum cæteráſq; dispositiones accipit: sicq; tandem in substantiam rei viuentis conuertitur, cuius concoctionis excrementa sunt pili, vngues, sudores, vapores, qui continuò ex corpore sensim sine sensu transpirant. Cæterum in plantis quæ organorum defectu non possunt hunc nutritionis modum seruare, triplex tamen concoctio alimenti distingui potest, itaut prima perficiatur in radicibus, secunda in trunco, tertia in ramis. *3. Concoctio.*

De quatuor primis humoribus.

QVAESTIO IV.

PRæcedenti quæstione insinuauimus chymum qui in secunda coctione conficitur à iecore, ex quatuor humoribus nempe sanguine, pituita flaua, & atra bili constare, qui ideo primi dicuntur, quòd ab ipsis in primis omnis ratio temperamenti dependeat: Vnde facilè colligi potest quatuor istos humores à solo & in solo iecore confici, nisi dicas, quod valde probabile est, aliquid pituitæ in ipso ventriculo generari. Duæ autem supersunt difficultates de ipsis humoribus explicandæ. *Cur dicantur primi humores.*

Prior est, An rectè assignentur quatuor supradicti humores, itaut nec plures nec pauciores sint. Respondetur ita esse, tùm quia, vt ex ipsa anatomia patet, totidem nec plures nec pauciores in chymo visuntur; tùm quia facta venæ dissectione ijdem quatuor in vasculo discernuntur: Adde præclaras conuenientias quæ à Medicis & Physicis *1. Difficultas. Anſiant 4. humores.*

afferuntur ad quaternarium iſtum numerum comprobãdum, vt quod quatuor illi humores quatuor primis qualitatibus, item quatuor elementis, totidem ætatis & anni tempeſtatibus reſpondeant.

2. Difficultas qui differant inter ſe.

Poſterior difficultas, quo modo inter ſe differant. Reſpondetur probabilius videri quod eſſentialiter differant, nec incommodũ eſſe ex eadem maſſa, licet non ex eiuſdẽ complexionis partibus, effectus ſpecie diuerſos ab eadem cauſę equiuoca procreari. Sunt autẽ pręter eſſentiales differentias, pleræq; accidentariæ quæ ſunt illarum veſtigia. Sic enim conſiſtentia, colore, ſapore, complexione & operatione ſeu effectu differunt. Sanguinis enim conſiſtẽtia tenuis eſt, flauæ bilis ſeu cholerę tenuior, pituitæ crai. & viſcoſa aliquantulum, atræ bilis verò ſeu melãcholiæ ſolidior & longè craſſior. Sanguis colore rubeus eſt, cholera ſubflaua, pituita alba, melancholia verò nigra. Sanguis ſapore dulcis eſt, cholera amara, melancholia acẽda; pituita verò, quia naturam aquæ imitatur, inſipida. Sanguinis cõplexio eſt humida & calida, cholerę calida & ſicca, melãcholiæ ſicca & frigida, pituitæ frigida & humida. Denique ſanguis reddit eos in quibus prædominatur hilares, benè coloratos, & optimi temperamẽti: quòd ſi plus æquo abũdet, reddit ſtupidos hebetes. Pituita verò facit homines, ſomnolentos, pigros, obliuioſos; cholera reddit iracũdos, macilentos, agiles, ingenioſos; melancholia, ſi cũ aliis humoribus rite attemperata ſit, conſtantes facit, ſolertes & ingenioſos: ſi verò debito flauæ bilis & ſanguinis tempemento deſtituta fuerit, ſtupidos & meticuloſos efficit.

Accidentaria illorum differentia.

Notandum circa ſpiritus vitales, & animales.

Notandum autem eſt ex ſanguine qui inter quatuor humores principem locum tenet, tùm vitales cùm animales ſpiritus oriri. Namque vbi confectus à iecore ſanguis per venam cauam emittitur, portio quædam ex ipſo purior per venulam à vena caua ad cor attrahitur, ibique vehementi calore cordis perficitur, atque adeò in vitalem ſpiritum conuertitur. Cæterùm ex iis portio aliqua per arterias ad cerebrum perducta, ibidem in ſpiritus animales conuertitur. Quidam his ſpiritus naturales adnumerant, quos tamen à ſanguine vix diſcerni poſſe arbitrantur: & probabile eſt ſpiritus præſertim vitales nonniſi accidentario differre à ſanguine. Sic igitur sãguis nutritioni, ſpiritus vitales vegetationi & palpitationi, anima-

Digitized by Google

animales denique cùm sensui, tùm motui subseruiunt. Et quoniam hæ operationes per totum corpus erant necessariæ, idcirco natura tria submini-strauit vehicula, quibus tùm sanguis cùm spiritus per totum corpus deferrentur; nempe venas sanguini, arterias spiritibus vitalibus, neruos animalibus deputauit: sicut venæ à iecore, arteriæ à corde, nerui à cerebro congruentissimè originem ducerent. Sed de his plura apud Medicos.

Vena, arteria, nerui.

De facultatibus administris virtutis nutritiuæ.

QVAESTIO V.

DVo occurrunt de istis facultatibus administris hoc loco explicanda. Primùm quotnam sint. Respondetur esse quatuor, scilicet attractricem, retentricem, concoctricem, & expultricem: quarum numerus in hunc modum colligitur; vt fiat nutritio, necesse est sumptum ore alimentum illud attrahi vbi concoqui debet; deinde vbi in ventriculo, & post hæc in iecore concoctum est, & in sanguinem versum, cum partes omnes peruagari debeat, nec per se ac vi sua ferri queat, necesse est vt virtus aliqua membris insit quæ illud ad se inuitet & alliciat, quam attrahentem seu attracticem vocant. Præterea cùm alimentum nequaquam possit in substantiam viuentis conuerti, nisi prius multiplici alteratione fiat ei simile, idcirco ad id requiritur vis concoquens: Quia verò eiusmodi concoctio seu alteratio alimenti non potest momento peragi, necesse est vt ad aliquod tempus detineatur alimentum in receptaculis in quibus concoquatur, ne indigestum effluat, ad quod virtus continens seu retentrix requiratur. Denique quia peracta qualibet concoctione, oportet ab alimento concocto expelli sordes, & excrementa alitioni inepta, propterea requiritur ad id virtus expurgans seu expultrix. Harum quatuor facultatum hæc sunt in corpore instrumenta seu organa: Attractricis quidem villi seu fibræ longitudinales, retentricis obliquæ, expultricis transuersales, denique digestricis sunt vasa, in quibus fit concoctio: Adde attractricem iuuari calore & siccitate, digestricem calore & humore, retentricem frigore & siccitate, denique expultricem frigore & humore.

1. *Difficultas quotuam sint.*

Quatuor ea num colligantur.

Quatuor harum facultatum organa.

Digitized by Google

2. *Difficultas, an alia præter has admittendæ sint.*

Alterum est, an præter has dentur tres aliæ ab ipsis distinctæ, nempe appetens, cui respondeat appetentia alimenti in venis & alijs partibus corporis; distribuens, ad quam spectat alimenti dispensatio per vniuersa corporis membra; secernens ad quam pertinet separatio vtilis ab inutili. Respondeo non distingui à supradictis: nam appetens est ipsa virtus attrahens, sicut secernens est virtus ipsa expellens, distribuens verò nulla videtur esse, cùm sit superflua posita in singulis membris attractrice.

De Vita & Morte.

QVAESTIO VI.

1. *Difficultas. Quid sit vita.*

DE vita sicut & de morte nonnulla breuiter explicanda sunt.

Quod igitur spectat ad vitam, primùm quæritur quid sit. Describitur ab Arist. lib. de respiratione, Permansio animæ vegetantis cum calido, tandiu enim aliquid viuere dicitur, quandiù ipsius anima est, in eiusdem corpore continetur, sicque vita non est anima, sed animæ formalis præsentia in corpore quam semper aliqua, licèt nonnunquam valdè latens, operatio comitatur: quo fit vt vita plurimum accipiatur pro ipsa animæ operatione in corpore. Dicitur autem animæ vegetantis, non quod anima sentiens aut rationalis non sint principium vitæ, sed quia vitæ ratio non sequitur gradum sentiendi, aut ratiocinandi, sed vegetandi. Additur in calido, eo quod natiuus calor sit veluti animæ custos in corpore.

2. *Difficultas, quot sint vitæ ætates.*

Secundò quæritur, quot sint vitæ ætates, seu quot sint humanæ vitæ interualla, in quibus corporis complexio iuxta naturæ decursum notabiliter immutatur. Aristoteles 1. de generatione t. 55. 56. duas facit humanæ vitæ partes, vnam vocat generationis, in qua viuens augmentum capit, vigetque in ipso calor naturalis; alteram corruptionis cùm retractis viribus natiui caloris corpus paulatim marcescit. Idem alias tres ætates hominis constituit, nempe augmenti, consistentiæ, & decrementi, quibus respondent iuuentus, virilitas, & senectus. Ad summum sex constitui posse videntur hominis ætates, nempe pueritia vsque ad annos pubertatis, nempe ad annum vsque circiter duodecimum: adolescentia ab hoc vsque ad annum vigesimũ quintum, iuuentus à vigesimo quinto ad

to ad trigesimum quintum : virilis ætas ab illo, ad quinquagesimum: senectutis à quinquagesimo ad sexagesimũ quintum: decrepita ab hinc ad mortem vsque. Posses etiã ex his quatuor duntaxat admittere ; quas quatuor anni tempestatibus accommodabis, nempe pueritiam, ad quam pertinet infantia , vsque ad annum circiter decimum quintum, Veri: adolescentiam seu iuuentutem ab hinc ad annum circiter trigesimum, Æstati: virilem ætatem à trigesimo ad quinquagesimum, Autumno: denique senectutem quæ decrepitam complectitur, hinc ad mortem vsque Hyemi comparare poteris.

Tertiò quæritur , quænam sint causæ diuturnioris & breuioris vitæ. Multas refert Aristoteles in libello quem de ea re conscripsit , hæ verò sunt præcipuæ : primùm abundantia humidi viscosi, & copia sãguinis; quæ quo maior est, eo magis temperatur naturalis calor , vt non tam citò absumat humidum radicale seu primigenium. Ex quo facilè ratio reddi potest, cur diuturnioris vitæ sint animalia terrestria quàm aquatilia, aut volatilia, & plantæ quàm animalia. Secundò diuturnitatem vitæ conciliat apta præcipuarum partium inter se secundùm temperiem proportio , vt in animalibus cerebri , cordis , & hepatis. Tertia causa est sobrius victus in cibo & potu; Alimenti enim copia vim caloris natiui retundit ita, vt ægrè digeratur, ex quo existunt cruditates & morbi , quibus dum vitæ robur debilitatur , animalis interitus acceleratur. Quarta diuturnioris vitæ causa , est facilis egestio superfluitatum seu excrementorum quæ fit beneficio facultatis expultricis: nisi enim ipsis pateat liber aditus, putredinem inducent. His autem oppositæ sunt causæ vitæ breuioris quas facile est ex istis colligere.

3. Diffi. ultas de diuturnitate vitæ Causa ipsius.

1.

2.

3.

4.

Quartò quæritur de ipso vitæ pabulo, nempe humido radicali seu primigenio. Est igitur humidum illud, quod à primo ritu viuenti inest , conseruaturque in animali, quandiu vita est superstes, est enim illud membratim per totum corpus fusum, iuuatur autem simul & augetur alimentitio , quod continua nutritione seu adgeneratione acquiritur. Et licet vnum fiat ex vtroque , tamen citius absumitur id quod est alimentitium , quia non tam intimè substantiæ viuentis adhæresit , nec adeò vnctuosum est : humida autem quæ minus vnctuosa sunt fa-

4. Difficultas, de humido radicali.

cilius euaporant ac dissipantur, quò fit vt ad vltimum vitæ tempus etiam in extrema senectute maneat semper aliquid humidi radicalis. Denique notandum est, licèt alimentium humidũ, quod per nutritionem quotidie acquiritur, sit eiusdem naturæ & speciei cum primigenio, quod per generationem insitum est, non posse tamen alimentitium esse æquè perfectum ac primigenium.

Nota.

De morte. Quod spectat ad mortẽ, primò quæritur quid sit Mors. Respondetur cùm sit opposita vitæ, posse etiam opposita definitione explicari, vt dicatur recessus animæ à deficiẽte calido, id est, à corpore in quo paulatim calor deficit.

1. Difficultas quod sit.

2. Difficultas quotuplex sit. Secundò quæritur quotuplex sit. Respondetur formaliter vnam eandemque esse: Est enim formaliter instantanea separatio animæ à corpore, Si tamen causas spectes, vario modo diuiditur. In genere alia dici potest naturalis, alia violenta: Et licèt vulgari loquendi modo naturalis dicitur quæ senio vel morbo contingit: violenta verò quę ex alijs causis prouenit. Nihilominus tamen si physicè loquamur, ea sola naturalis dicenda est, quæ extincto præ nimia senectute vitali calore, absumptóque humore radicali obuenit. Violenta verò quæ ex qualibet alia causa prouenit, siue interna, vt quæ morbo contingit; siue externa, eáque vel interius assumpta, vt quæ ex veneno: vel exterius manente quæ suffocatione fit, vel continui diuisione. In omni autem genere mortis acerbitas quædam sensus est, licèt in alijs maior, in alijs minor, certè in ijs qui senio extinguuntur fermè nulla est.

3. Difficultas. An necessitas moriendi naturalis. Tertiò. An necessitas moriendi omni viuenti, & præsertim homini sit naturalis. Respondetur ita esse, eo quòd vnicuique viuenti & præsertim homini suæ sunt, eæque internæ causæ pereundi (vt externas tùm internas penè innumerabiles prætermittam); in quibus est contrariorum quibus viuentia corpora constant, pugna: deinde actio caloris natiui humidum perpetuò depascentis: denique in nonnullis ratio temperamenti minùs diuturni, intemperantia cibi & potus. Neque obest quod per peccatum mors intrauit in mundum, vt loquitur Apostolus, quasi non naturæ hominis debita, sed ipsi propter pœnam inflicta videatur: Respondetur enim primos parentes fuisse conditos cum dono immortalitatis supra ipsorum naturam, ea tamen conditione vt si peccarent, donum

Digitized by Google

num illud amitterent, sicque moriendi naturalē necessitatē incurrerent, cui nunc omnes obnoxij sumus. Vnde illud discrimen valde notandū est, inter beatos post resurrectionem primos parentes in statu innocentię, & homines in statu naturæ lapsæ quod beati nunquā mori poterunt, primi parentes poterant nunquam mori, homines verò in hoc statu naturæ lapsæ, non possunt non mori. *Notandum discrimen.*

De fame, & siti.

QVAESTIO VII.

ARistot. 2. de Anima c. 3. Famem definit appetentiam calidi & ficci: sitim verò, appetentiā humidi & frigidi: vnde nonnulli colligunt, quod tamen minùs probabile est, famem & sitim esse formaliter appetitiones. Vt igitur rem totam aperiamus, sciendum est quod ad famem pertinet, quinque hæc ad ipsam simul concurrere, nempe indigentiam alimenti in membris corporis, diuulsionem partium in ventriculo ob inanitatem, sensum illius lęsionis in tactu & phantasia, dolorem ex percepta læsione in appetitu, denique appetentiam cibi dolore excitatam in eodem appetitu. Probabile autē est famem sicut sitim esse formaliter dolorem, ita vt quę precedunt sint ipsius causę, appetentia verò cibi quæ sequitur sit ipsius effectus. Quia tamen ea omnia sunt simul connexa, hinc fit vt eorū omnium denominationem sibi vindicet fames. Itaque supra allatæ definitiones sunt finales, non formales; quia appetentia cibi & potus sunt finis ad quem ordinantur à natura fames & sitis. Sic autem consurgit cibi appetentia vbi phantasia percepit ventriculi diuulsionem ex alimēti penuria, tum apprehendit alimentum vt sibi conueniens, illúdque proponit appetitui sensitiuo, qui confestim per actum appetendi fertur in ipsum vt vitę consultat. Fuit autem necessaria animantibus ista cibi appetitio, non item plantis: quia istæ radicibus exsugunt præsens alimentum, animalia verò id quærunt aliunde, quare isto appetitu indigebant qui virtutem motiuam ad quęrendum incitaret. Fames igitur ex qua nascitur ista cibi appetitio, cùm sit formaliter dolor, est subiectiuè in appetitu cōcupiscibili. Dicitur etiam esse in ea parte corporis in qua fit diuulsio, *Quid sint fames & sitis.* *Quomodo excitatur fames.*

nempe in ventriculo,& præsertim in ipsius orificio, tanquam in eo in quo est causa & obiectum doloris: Sic igitur potest definiri fames, dolor ex diuulsione ventriculi excitatus appetendi cibi gratia.

Famis descriptio.

Quomodo potus nutritioni inseruiat.

Quod spectat ad sitim, notandum est imprimis potum ad quem ordinatur sitis, per se non nutrire, nutritioni tamen inseruire, primum quidem quatenus vehendo alimento vtilis est, deinde quatenus eam concoctionem iuuat quæ fit in ventriculo: cùm enim ea concoctio elixationi comparetur, humoris copiam desiderat: denique quatenus temperat siccitatem membrorum & feruorem sanguinis, simulque celerem extinctionem humidi pinguis à calido naturali remoratur.

Quomodo excitatur sitis.

Excitatur autem sitis cum eo succo deficiente, quem solet animal potando haurire, nascitur diuulsio quædam ventriculi persimilis ei quæ in fame contingit, quæ quidem ad œsophagum & fauces se extendit: Adde etiam dolorem inibi excitari ex intemperie earundem partium, quæ defectu huius humidi adnetitij vltra modum desiccantur & incalescunt: Adde etiã non deficiente potu sitim nonnunquam excitari ex nimio & intempestiuo calore, vt in febricitantibus, aut salso quodam humore quo membranæ aut venæ ventriculi imbuuntur, vt in hydropicis. Ex quibus hanc sitis definitionem colligimus, vt dicatur, Dolor ex vellicatione facta in ventriculo potissimum in œsophago faucibus appetendi potus gratia.

Oæterùm licèt fames & sitis in animantibus tantum reperiantur, non verò in plantis nisi analogicè: non tamen gradum sentiendi sequuntur, sed gradum vegetandi, non quidem omninò abstractum, sed prout in belluis & hominibus reperitur.

De dentibus & capillis.

QVAESTIO VIII.

QVoniam dentes nutritionis instrumenta, & capilli eiusdem excrementa sunt: Idcirco de his hoc loco nonnihil dicendum est.

Dentes non sunt ossa.

Et quidem quod spectat ad dentes, de iis alias statuimus non esse animatos, & licet ex eadem fermè materia gignantur ex qua ossa, ossiúmque naturam imitentur, non tamen propriè sunt ossa: Incipiunt autem è mandibulis

bulis paulatim emergere ordinariè post septem menses. Sed autem in homine dentes fere triginta duo, rarò plures, pauciores nonnunquam. Vnde ordine in vtraque maxilla sexdecim continentur, è quibus in vnaquaque maxilla quatuor sunt in anteriori parte qui primores & incisorij dicuntur: tùm vtrinque bini canini dicuntur; sequuntur deinde maxillares dicti vtrinque quaterni, appellantur etiã genuini. Sunt autem canini inter primores & maxillares siti, quia mediam inter ipsos naturam sortiuntur, quatenus & acuti sunt vt primores, & lati vt maxillares. Porrò dentes omnibus animãtibus à natura dati sunt communi quidem officio ad conficiendum cibum, priuatim verò quibusdam ad alia munera vt hominibus ad loquelam, & pleriſque belluis ad pugnam.

Sunt ex vtraque parte 16.

Quod spectat ad capillos, fiunt illi ex fuliginosa & terrena veluti exhalatione, quæ cutis spiramentis impacta, nec facile retro commeat, nec omninò foras euolat, sedsibi addensatur, & noua subinde accedente augescit. Abundat capillis humanum caput, quia ibi ipsius materiæ excrementitiæ ex qua generantur capilli, suppetit. Cæterum pauca hìc tùm de caluitio cùm de canitie, quæ sunt capillorum defectus, dicenda sunt.

Quomodo nascuntur capilli.

Est igitur caluitium, carentia capillorum. Vt enim hyeme frondes ex arboribus decidunt, sic ætate senescente capilli defluunt, cuius iacturæ causa est inopia calidi humoris: hoc enim deficiente inarescunt capillorũ radices, sicque dissoluta cõpactione sensim defluunt. Caluescimus autẽ potissimùm priori capitis parte, quia in ea cerebrum prominet, quod innato frigore calidum illum humorem pellit: vnde est quod homini inter cætera animalia maximè caluitium accidit, quia videlicet amplissimum & humidissimum proportione cerebrum habet. Porrò non nisi senibus ordinariè contingit caluitium, quia non nisi ea ætate nobilis ille defectus accidit.

Quomodo contingat caluitium.

Canitiem aiunt gigni ab excremento putrescẽte. Cùm enim calor ob suam imbecillitatem perlatum ad cutem excrementum, vnde capilli aluntur, perfectè decoquere non valet, fit inde vt collectum putrescat. Albet verò capillus, quia humiditas possessa ab externo calore ob innati defectum vertitur in flatum, is flatus inter terreum cõtentus candido imbuitur colore. Quod autem canities,

Vnde gignatur canities.

putredo quædam ac morbus capillorum sit, illud indicio est, quod qui valetudinis vitio calore priuati canescunt, vbi iam conualuerunt calore augescente, atque adeò excrementum exactè decoquente, canitiem exuunt.

De sanitate & morbo.

QVAESTIO IX.

Quid sit Sanitas.

DE sanitate & morbo primum quæritur quid sint. Respondemus sanitatem esse aptam quatuor primarum qualitatum temperiem in animali. Aptam, inquam, ad omnia vitæ, sensus, & rationis, si opus sit, munera rite obeunda. Ex quo intelligis sanitatem non esse vnum aliquem habitum à quatuor primis qualitatibus rectè inter se temperatis distinctum, cum temperies, si materialiter & physicè spectetur, sint ipsæ qualitates temperatæ; si verò formaliter & metaphysicè, nihil aliud quàm mutua habitudo seu relatio earundem primarum qualitatum. Vbi nota eandem qualitatem secundùm diuersas formalitates posse dici naturalem facultatem, quatenus est naturale operandi principium, habitum quatenus bene vel male afficit subjectum, & passibilem quatenus sensu perceptibilis est, vt patet in calore.

Quid sit morbus.

Iam verò quid sit morbus facile intelligitur. Est enim intemperies corporis qua vt plurimum cum sensu doloris ipsius viuentis functiones præpediuntur, sicque haud distinguitur à primis qualitatibus, à naturali & congrua complexione seu temperie, siue per excessum, siue per defectum declinantibus.

An detur medius status inter sanitatem & morbum.

Secundò quæritur, num detur in animali, præsertim in homine, medius quidam status inter sanitatem & morbum, ita vt homo nonnunquam neque sanus, neque æger esse possit. Respondeo morbum dupliciter accipi. Primo pro quauis dispositione per se immediate lædente viuentis operationes. Secundò pro ea duntaxat dispositione quæ sensibiliter lædit: Si priori modo morbum accipias, nihil dabitur medium inter ipsum & sanitatem: Si posteriori, dabitur aliquid medium, nempe status ille in quo animal nonnulla intemperie afficitur: quæ tamen ab ipso animali non sentitur.

De dolore morbi comite.

Tertiò, de dolore qui morbum comitatur, quæritur quid sit, & quas causas habeat. Est igitur dolor ille proprie

prie & formaliter, affectus in appetitu sentiente ex naturę læsione sensu percepta oriundus. Sensus autem ille quo primò percipitur læsio eiusmodi, est tactus præsertim. Quare sensio tactus & apprehensio phantasiæ dici possunt causa doloris proxima, læsio verò remota: quę lęsio in alterutro horum consistit, nempe vel in diuisione, aut saltem distractione continui, vt cùm qui ense feritur, &c. vel in excessu qualitatis tactilis violenter & repentè in tactum irrumpentis.

De Respiratione.

QVAESTIO X.

QVæritur primò quid sit, & quomodo fiat. Respondetur esse attractionem aeris ad cor & emissionem. Quocirca respirationis duæ sunt partes: inspiratio, qua aer attrahitur, expiratio qua emittitur. Attrahitur igitur aer per arteriam vocalem interuentu diaphragmatis ad pulmones, tùm hi sese dilatando aerem excipiunt instar follium, & in ipsum cor effundunt, moxque eundem aerē æstu cordis calefactum sese contrahendo foras eiiciunt. Fuit autem non quidem omnibus, sed quibusdam animalibus indita respiratio, tùm vt cor vberiori spirituum copia, & nimio calore æstuans refrigeraretur, tum vt etiam animales spiritus attractâ spirituali hac substantia nonnihil instauraretur. 1. *Difficultas Quid sit, & quomodo fiat.*

Secundo quæritur, an motus ille respirationis sit naturalis, an voluntarius. Respondemus illum partim esse voluntarium, partim naturalem: voluntarium quidem quatenus pro arbitratu nostro nunc crebrius, nunc rarius, nunc tardius, nunc celerius respirare possumus: Naturalem verò tum quia sine illo vita seruari nequit, tum quia pulmonis motio à qua pendet respiratio non est arbitraria, tum quia vix fieri potest vt quis sponte ad interitum vsque spiritum inhibeat: Est igitur motus ille absolutè naturalis, & secundùm quid voluntarius. 2. *Qualis sit respirationis motus.*

Tertio quæritur, quibusnam animantibus respiratio conueniat: Respondetur iis omnibus & quidem solis, quibus natura pulmones indidit, in iis enim est maior natiui caloris, & spirituum copia, ideoque respirationem ab aere desiderant. Quare Aristoteles meritò negat pisces, exceptis quibusdam in quibus visuntur pulmones, respi- 3. *Difficultas quibusnam ndita.*

rare, tùm quia carent arteria & pulmonibus, cum eorum ventriculus ori proximè adhæreat, tùm quia vix explicari potest quomodo possint ab aquis aerem respirare: loco tamen respirationis aquam admittunt ore & branchiis, sicque viscerum calorem temperant.

Quænam varios in aere respiratione.

Cæterùm quæ pulmonem habent penè exanguem & nimis fungosum, vt belluæ marinæ, & terrestria quædam animalia, quæ temperamento sunt valdè frigido, minus frequenti respiratione egent, quia vbi eorum pulmo aerem semel imbibit, diu ab ipso refrigerari possunt absque noui aeris accessu.

TERTIA DISPVTATIO *huius tractatus.*

De facultate accrescendi.

Quid sit, & quomodo fiat accretio.

QVAESTIO I.

QVoniam quæ de ipsa facultate accrescendi quærii possent, partim ex iis quę de facultatibus animę generatim supra diximus, partim ex iis quæ de ipsius actu proprio, nempe accretione dicturi sumus, facili negotio possunt explicari: ideirco de ipsa duntaxat accretione hic disputationem instituemus.

Accretionis descriptio

Et quidem quod spectat ad ipsius definitionem describitur ab Aristotele 1. de gener. c. 5. motus ad quantitatem: item præexistentis quantitatis additamentum. Explicatius à recentioribus describitur in hunc modum, mutatio secundùm quantitatem, qua idem numero viuens ex minore & imperfecta quantitate perducitur ad maiorem suę naturæ debitam. Est autem huius operationis vitalis efficiens præcipuum ipsum viuens, substantiale agendi principuum anima, instrumentale calor naturalis, obiectū seu materia circa quam est quantitas, finis est perfecta viuētis operatio, cuius gratia molem sibi debitam conatur adipisci. Et licèt res inanimatæ nonnunquam augmentum capiāt, vt fossilia seu mineralia in terræ visceribus, attamē

Causa eius dem ac principia.

ab isto

ab isto genere augmenti differt viuentium accretio in tribus præsertim: primùm quòd hęc fiat per intus susceptionem, deinde ab extrinseco, denique secũdùm omnes partes etiam ad penitissimas vsque: at illa impropriè dicta accretio fiat per iuxta positionem materiæ, ab extrinseco, & secundùm illam tantùm partem cui apponitur materia.

Fit autem in hunc modum accretio. Vbi sanguis per venas capillares in singulas partes deuectus est, tùm à vicinis partibus per exiles meatus, quos vocant poros, excipitur, ibique in substãtiam carnis sanguineus ille humor conuertitur, sicut & quæuis alimentitia substantia in eius naturam transmutatur, intra cuius exiles poros continetur: sicque alimentitia illa parte aliisq; nouis subinde mutatione continua additis, si plus ex alimento substantiæ cõparetur quàm effluat è corpore, simul & nutriri & crescere dicetur viuens; sin verò tantundem accedat quantũ quotidie deperditur, sola adgeneratio fiet, non verò accretio totius viuentis, & viuens ipsũ nutriri, nõ verò crescere dicetur: Vbi nota non quamlibet quantitatis acquisitionem dici propriè accretionem, sed eam tantùm per quam maiorem totius corporis molem acquirit viuens: alioqui viuens dici posset toto vitę tempore crescere. Nam si quis attentè rem examinet, videbit vbicunque fit adgeneratio, fieri simul acquisitionem quantitatis, cùm omnis alimenti portio, quæ per adgenerationem comparatur, sit quanta: quia tamen quantitas non tantùm specie, aut genere, sed etiam re ipsa differt à substantia: hinc fit, vt accretio omnis non tantùm formaliter, sed etiam realiter differat ab adgeneratione quam comitatur. *Nota.*

Vtrùm accretio fiat secundum omnes partes viuentis.

QVAESTIO II.

CVm in corpore viuentis aliæ sint partes porosæ, aliæ solidæ, aliæ heterogeneæ, alię homogeneę, alię mole notabiles, aliæ exiguæ, dubitatur vtrùm omnes illæ partes vere incrementum capiant: qua de re quid verosimilius nobis videtur triplici assertione declaramus. *1. Assertio.*

Prima assertio. Omnes partes viuentis notabilis magnitudinis siue homogeneæ, siue heterogeneæ incremen-

tum capiunt, licèt non æqualiter: cùm aliæ tardiùs, aliæ celeriùs, aliæ priùs, aliæ posteriùs augeantur: nec adhuc æqualiter secundùm omnes dimensiones; sed maximè secundùm longitudinem.

1. Assertio. Secunda assertio. Omnes partes viuētis etiam minimę & solidæ, quæ poris carent, verè possunt dici augescere, in quantum ex ipsarum quantitate & portione substantiæ adgenitæ per continuationem fit vna maior quantitas.

3 Assertio. Tertia assertio. Non omnes partes viuentis crescūt per intus susceptionem, sed eæ tantùm quæ sunt porosæ & notabilis quantitatis. Illæ enim partes per poros succum alimentitium intùs suscipiunt seu attrahunt: at verò partes exiguæ, quæ circunstant poros, quæque poris carent per iuxtapositionem seu adiunctionem nouæ materiæ augescunt: id autem minimè obest quo minus totum viuens dicatur crescere per intus susceptionem. Cæterùm nota nullas esse partes notabilis quantitatis quantumuis solidas in viuente, quæ poris careant: cuius rei fidem faciunt extremitates ossium in quibus apparent foramina humore pingui oppleta.

Vtrùm accretio sit motus continuus.

QVAESTIO III.

Difficultatis modus explicatur. SEnsus propositæ quæstionis est: An accretio quæ fit in vno quoque poro partium viuentis per se sumpta sit continua & successiua, non verò instantanea, vt quidam arbitrantur.

Cuius quæstionis difficultas nascitur ex alia difficultate, an videlicet adgeneratio, cuius comes est accretio, successiuè fiat, an verò in instanti. Qui enim existimant adgenerationem illam non continuè seu successiuè, sed discretè per momenta fieri, consequenter arbitrantur accretionem non esse continuam: Qui verò contra censent adgenerationem fieri successiuè & continuè, eodem modo accretionem fieri arbitrārur. Quare quid tùm de adgeneratione cùm de accretione probabilius tenendum sit, duplici conclusione statuemus.

2. Conclusio. Probatur. Prior conclusio. Adgeneratio fit continuè & successiuè. Probatur, quia nulla datur prima pars materiæ alimentitiæ in quam simul tota introducatur forma rei quæ nutritur:

tritur: non enim forma substantialis intromittitur in materiam nisi adhibitis præuiis dispositionibus: atqui nulla est portio alimenti quantūuis exigua, quæ non successiuè ratione partium alteretur seu disponatur, ita vt particula vicinior semper prius disponatur quàm remotior. Ergo transmutatio illa substantialis substantiæ alimentitiæ in substantiam aliti non fit, nisi successiuè. Neque obstat quod generatio ex se sit instantanea, eo quod formæ substantiales in instanti sint producibiles: hoc enim non impedit quo minus adgeneratio sit successiua, cùm pendeat à successiua dispositione partium subiectæ materiæ. *Tacita Obiectioni occurritur.*

Posterior conclusio. Accretio fit continuè & successiuè, probatur. Nam vt præcedenti conclusione probatum est, adgeneratio siue mutatio fit continuè & successiuè: atqui accretio adgenerationē comitatur, ex eo enim quod aliquid substantiæ viuenti deinuò accidit per adgenerationē, fit etiam vt aliquid quantitatis simul eidē accidat per accretionem. Quare cùm substātia successiuè acquiratur, necesse est quoque quantitatē successiuè & continuè acquiri. Confirmatur adhuc ista conclusio, quia accretio est vna ex tribus speciebus motus propriè dicti, vt ex Aristotele docuimus in prima parte Physicæ, & expressè docet Philosophus l. 5. Phys. ca. 2. Atqui motus eiusmodi est natura sua successiuus & continuus, vt ibidem iuxta Aristotelis doctrinam diximus. Est igitur accretio continua & successiua. *2. Conclusio. Probatur. Confirmatur.*

Vtrùm aliquis possit toto vitæ tempore crescere.

QVAESTIO IV.

RESpondetur id fieri non posse: quod tùm ex ipso vitæ nostræ decursu, tùm ex ea, quæ per ætates incidit natiui caloris immutatione satis perspicuum fit. Pendet enim vis omnis nutritionis ac proinde accretionis à calore natiuo tāquam ab instrumentali sui causa, quare lāguescente isto calore, necesse est vim illam infringi ac debilitari. Cur autem tùm calor naturalis, cùm facultates & potentiæ vitales, & organicæ, declinante ætate deficiant, ea est, quod eiusmodi vires & potentiæ quoad sua effecta versus maximum ab authore naturæ determinatæ sint (licet non omnes in singulis viuentibus eundem terminū, *Assertio tenenda.*

Digitized by Google

sibi vendicent,) quò fit, vt vbi harum potentiarum quælibet summum quem potest effectum sortita est, non vlterius promoueat, sed potiùs declinet & occidat.

Pinguescentes non crescunt propriè.

Licet autem post annum quadragesimum quosdam videas è macilentis pingues fieri, & in molem ampliorem dilatari; negandum tamen illos crescere, eo quòd non in longitudinem augeantur, non enim propriè crescere quisquam dicitur, nisi eius quoque ossa incrementum sumant, hæc autem nonnisi ad consistendi ætatem augumentum capiunt, eo quod eorum nutritio, ac proinde accretio morosior & difficilior sit: constant enim sicco & frigido temperamento quod nutritioni & accretioni non mediocriter aduersatur.

Vtrùm idem numero viuens toto vitæ tempore perseueret.

QVAESTIO V.

Sensus qu. aperitur.

VT propositæ quæstionis sensus intelligatur, animaduertendum est inprimis cùm primùm animal concipitur & efformatur in sinu matris, esse in exigua admodum quantitate, vt notum est: deinde tùm caloris natiui actiuitate, cùm iugi licèt imperceptibili effluxu partium non mediocrem illius primigeniæ substantiæ portionem deperire; quo fit vt successu temporis, nihil aut parum admodum de primigenia illa substantia superstit, sed in aliam quæ continua nutritione acquisita est, substantiam totum animal immutatum esse videatur. Quod autem de animalibus, idem de plantis debet accipi.

Nodus difficultatis.

Quæstio igitur est, cum viuens siue animal, siue Planta progressu temporis substantiam mutet, an idem numero perseuerare dicendum sit, & quomodo.

2. Concl.

Sit igitur prima conclusio. Iugi illo effluxu quarundam partium & accessu nouarum in viuente (excepto solo homine) fit mutatio quædam substantiæ, non tantùm secundum materiam, sed etiam secundùm formam, hoc est, nõ tantùm pars aliqua materiæ deperit, & noua succedit, sed etiam aliqua animæ portio deperditur. Cuius conclusionis veritas satis liquet, ex eo quòd alias docuimus, nempe animas viuentium quorumcunque) excepta sola anima rationali) esse diuisibiles, materiæ affixas, eidémque

Probatur:

co exten-

Digitized by Google

coextensas : Ex quo necessariò sequitur partem animæ parti materiæ respondere : & cùm noua materiæ portio per nutritionem corpori viuentis adiungatur, simul in ipsa,imò ex ipsa vi facultatis altricis nouam animæ portionem educi.

Secunda conclusio. Viuens per omne vitę tempus idem numero perseuerat: Probatur,quia illud est idem toto temporis spatio quod in singulis eiusdem temporis partibus & momentis idem numero perseuerat: atqui nulla pars, nullum temporis momentum assignari potest in quo desinat viuens esse idem numero quod fuerat ante:ergo elapso quouis temporis spatio viuens idem numero perseuerat. Deinde,si canis,exempli gratia,elapsis aliquot annis non esset idem numero qui fuerat à primo ortu,sequeretur eum canem à nullo esse genitum,imò nullo tempore esse cœpisse : neque enim assignari potest tempus in quo fieri aut esse cœperit. Adde quod non minus absurdum est dicere,eum canem qui olim editus fuit periisse , cùm nusquam mortuus fuerit. 2. Conclusio. Probatur 1.

Tertia conclusio. Verè dici potest viuens idem numero toto vitæ tempore perstare secundùm formam , vt loquitur Aristoteles ca.5.l.1.de generatione: Si per formam ipsam viuentis essentiam intelligas,quæ est forma Metaphysica,non verò partem illam physicam actualem , quæ alteri parti physicæ potentiali,nempe materiæ respondet. Probatur. Nam quantumuis partes illæ Physicæ subinde mutentur, semper tamen manet eadem numero viuentis essentia, eo quod cùm per nutritionem nouæ partes tùm materię,cùm formæ accedunt , non aliquid diuersum faciunt ab eo quod præexistebat,sed potiùs cum ipso viuente numero identificentur, præsertim cùm alimentum non immutet ipsum viuens, sed potius à viuēte immutetur. Cum igitur noua quælibet tum materiæ cum formæ portio fiat vnum quid numero cum præexistente materia & forma, verè dici potest tum materia cum forma , ex qua constat animal sub finem vitæ eadem numero quo ad essentiam & in ordine ad ipsum viuens,cùm ea ex qua constabat in ipsis vitæ primordiis , licèt si secundùm entitatem physicam & seorsim extra ipsum viuens spectentur,sint res numero diuersæ. 3. Conclusio.

Vtrùm noua quantitas acquiratur per rarefactionem, & per condensationem deperdatur.

QVAESTIO VI.

QVoniam accretionem rarefactio, & decretionem imitatur condensatio, idcirco meritò quæri potest, an sicut accretione & decretione, ita rarefactione, & condensatione verè quantitas acquiratur & deperdatur.

Notanda quædam de raritate & densitate.

Ad eius quæstionis faciliorem explicationem sciendũ est, primùm quid sit raritas, & densitas. Aristoteles quidẽ 4. li. Phys. c. 9. describit rarum, quod sub magna dimẽsione parũ continet materię: Densum verò, quod sub exigua extensione multùm materiæ complectitur. Ex quibus colligere est, quod certissimum est raritatem & densitatem nõ distingui realiter à quantitate. Quod si formaliter spectẽtur, partim ad categoriam situs, partim ad categoriã qualitatis sub diuersa consideratione pertinent. Nã quatenus arguunt variam partiũ positionem in continuo, ad categoriam situs pertinent, sũntque modi ipsius quantitatis: quatenus verò sunt affectiones quædam rerum naturalium, sensu, præsertim tactu perceptibiles, ad categoriam qualitatis pertinent.

Assertio tenenda.

Hoc posito, ad quæstionem propositam respondemus, neque per rarefactionem nouam quãtitatẽm acquiri, neque per condensationem deperdi, sed per vtramlibet varium quantitatis modum acquiri. Et quoniam potissima difficultas est de rarefactione (nam eodem modo philosophandum est de condensatione ac de ipsa rarefactione)

Probatur prior pars assertionis.

probamus imprimis per ipsam non acquiri nouam quantitatem, quia vel illa noua quantitas reciperetur adæquatè in tota materia, vel in aliqua eius parte quorum vtrũque à vero abest: prius quidem, quia sic duæ quantitates se inuicem penetrarent in eodem subiecto: Posterius etiam non minus absurdũ est, quia vel pars illa materiæ dicetur quanta; vel non: Si iam sit quanta, ergo si noua quantitas ei adueniret, daretur similiter penetratio dimensionum in eodem subiecto: nisi dicas præexistentem quantitatem aboleri, vt noua recipiatur, quod tamen dici nõ potest: cùm enim sit materiæ coæua, illíque perpetuo adhærens, non potest hoc modo aboleri. Quòd si pars illa materiæ non esset quanta, aliud non minus leue incommodum sequere-

Digitized by Google

retur, nempe dari posse totum aliquod extensum cuius partes omnes non essent extensæ. Adde quod naturaliter loquendo, nulla potest esse materia, quæ non sit actu quãta. Ex quibus concludimus, per rarefactionem nullam de nouo quantitatem acquiri. Quod etiam ipse Aristoteles videtur satis apertè docuisse 4. Phys. c. 9. t. 84. vbi ait raritatem fieri nulla re de nouo accedente.

Quod autem verus & realis modus quantitatis per supradictam rarefactionem acquiratur, probamus: Quia per ipsam, partes quantitatis vere aliter se habent quàm ante ipsam quia verè mutant situm: quò enim corpus aliquod sit rarius, eò partes quibus constat fiunt laxiores & magis solutæ, hoc est, magis à se distantes: similiter quo aliquod corpus fit densius, eo partes quibus constat fiunt magis compactæ seu minùs inter se distantes: At verò maior vel minor distantia partium à se inuicem in continuo verum & realem situm arguit. Cùm igitur aliquid secundùm se totum rarescit, omnes eius particulæ quantumuis exiguæ, fiunt extensiores, non quidem accessu nouarum partium quantitatis, sed quia quantitas præexistẽs materiam magis actuat & perficit dum sese magis explicat & euoluit, quod quantitati accidit, non additione noui gradus à priori quantitate realiter distincti, sed accessu nouæ perfectionis ac noui cuiusdam modi quo aliter se habet eadem quantitas quam antea: qui modus est terminus formalis ipsius rarefactionis.

Posterior pars pradictæ assertionis probatur.

Nota.

QVARTA DISPVTATIO huius tractatus.

De facultate generandi.

De ipsa facultate.

QVAESTIO I.

TRia occurrunt in hac disputatione considerandi, nempe ipsa facultas, seu potentia generãdi: deinde id quod intermedio operatur ista facultas, nempe semẽ: de-

De ipsa facultate generatrice quæstio proponitur.

nique ipsius facultatis operatio, nempe generatio. De ipsa igitur facultate quæritur quomodo differat à duabus præcedentibus facultatibus animæ vegetantis, nempe altrice & auctrice. Et quidem constat hasce duas inter se

Quis differat hæc facultas ab aliis præcedentibus.

coniunctissimas esse, vtpotè quæ sint per totum corpus fusę, & quarum operationes naturali quadam necessitate cõnexæ sint: At verò ab iisdem magis videtur discrepare facultas procreatrix, tum quia præsertim in animalibus perfectis peculiarem sibi sedem videtur vendicare, nempe vbi superfluum alimenti seminariam vim accipit: tùm quia non adeò arcta est ipsius cum aliarum potentiarum operationibus necessitudo, imò hac sublata reliquæ possunt esse superstites, vt constat experientia: tum quia potentię generanti competit formatio membrorum, & præparatio ad introducendam formam: quæ tamen operatio nõ conuenit facultati nutrienti, quandoquidem si alicui abscindatur membrum, non potest restitui à facultate nutriente, cum illud alias à facultate generante primò formatum fuerit. Obiicies generationem non nisi accidentariò ab

Obiectio.

aggeneratione, proindeque facultatem generandi nonnisi accidentariò differre à facultate aggenerandi seu nutriendi. Respondetur antecedens minus videri probabile: quis

Solutio.

enim non videat ista toto cœlo differre: nempe quippiam sibi simile seminis interuentu extra se procreare, quod ad facultatem generandi, & assumptum intus alimentum, in suam ipsius substantiam immediatè conuertere quod ad

Conclusio.

facultatẽ nutriendi pertinet. Ex his concludimus, Etsi facultas nutrix non differret ab auctrice realiter, vt quidam sibi persuadent, probabilissimum tamen esse procreatricem ab vtraque distingui realiter.

Ex semine.

QVAESTIO II.

QVoniam viuentia non nisi medio semine generant, idcirco necesse est nonnihil de ipso breuiter & transcursim explicare.

1. Difficultas, quid sit, & vnde procreetur.

Primùm quæritur quid sit, & vnde procreetur. Respondetur illud in animali esse substantiam spirituosam simul & humidam, spumeam & albicantem: Fit autem ex parte quadam

quadam sanguinis ad tertiam exactissimamque decoctionem perducti, quæ quidem relinquitur vt superflua nutritioni, sed etiam vt necessaria generationi, quæ quidem sanguinis portio vbi in loco ad id destinato immutata, vim generandi perficiendique aliud indiuiduum simile in specie accepit, semen appellatur.

Secundò quæritur, quænam sit eius vis, & an sit animatum. Respondetur semen non esse animatum, cùm sit quippiam ab ipso viuente separatum, ac proinde non actu viuere, sed potentia, quatenus est in proxima potentia vt animetur, vbi primum ex ipso & sanguine fœmineo fœtus coaluerit. Est autem in semine virtus formatrix & generatiua, quæ fœtum efformat ac delineat, imprimiturque virtus ipsa semini ab ipso generante, in quo tanquam in principali causa inest alia virtus formatrix & generatiua, quæ est vitalis potentia, cùm ea quæ est in semine non sit talis, tantùm ipsius vicaria. Huius munus est non tantùm ex ipsa seminali materia cui inest, membra fœtus efformare, partes corpusculi secernere, sed etiam animam tùm vegetantem cùm sentientem ex ipsa educere. Est autem tanta illa vis, quia per illam viuens sese quodammodo repræsentat in semine, quod ad id præstandum viuificò spiritu & calore perfundit.

2. *Difficultas, quænam sit eius vis.*

Formatrix virtus.

3. *Difficultas, quis differant ea animalia quæ ex semine procreantur ab alijs.*

Tertiò quæritur, vtrùm ea animalia, quæ ex semine procreantur, diuersa sint specie ab ijs quæ à putri materia efformantur. Vbi nota, licèt animal non nisi medio semine generet, pleraque tamen posse sine semine generari, vt ea quæ non est necesse gigni ab alio sibi simili animali, sed ab alia æquiuoca causa: vt à Sole, generari possunt ex putri aliqua materia, vt sunt ranæ, mures, &c. imò nonnulla esse quæ non nisi ex putri materia generãtur, vt exigua quędã animalcula. Difficultas igitur proposita intelligitur de ijs quę & ex semine & sine semine generari possunt. Cui difficultati respondemus ea esse eiusdē speciei, tùm quia easdē habēt naturę proprietates, eundē motum, eandē figuram, eundem colorem: tum quia id quod fit ex nihilo, origine magis differt ab eo quod fit ex aliqua materia, quàm id quod fit ex diuersa, nec tamen propterea specie ab ipso differt. Si enim homo ex nihilo fieret à Deo, eiusdem esset rationis cum cæteris. Et certè Adamus, licèt non ex semine, sed ex terra formatus fuerit, non fuit diuersæ rationis aut naturæ à suis posteris.

Assertio tenenda.

Digitized by Google

De Generatione viuentium.

QVAESTIO III.

QVoniam de generatione in communi quatenus significat productionem quamlibet substantialē corruptioni oppositam, dictum est in secunda parte Physicę: superest hoc loco vt de generatione propria viuentium nonnulla explicemus.

1. Difficultas quid sit. Primùm quęritur quid sit. Respondetur huiusmodi generationem dupliciter accipi: vno modo latè pro qualibet productione viuentis à quocunque; quomodo complectitur productionem animalium imperfectorum à causis æquiuocis ex putri materia: Altero modo magis propriè pro viuentis productione ab alio viuente, seruatis quibusdam conditionibus. Priori igitur modo sumpta generatio definitur, Productio seu processio rei viuentis ab aliquo.

Generationis viuentium descriptio. Posteriori verò modo accepta definitur: Processio viuentis à principio vitæ coniuncto secundùm rationem similitudinis, saltem in specie infimâ: Dicitur à principio vitę coniuncto, vt intelligas viuens, cuius generatio hîc describitur, debere esse initio productionis coniūctum producenti saltem ratione sui principij. Sic leo genitus fuit in leone generante ratione seminis, quia generans ex parte quadam alimenti defæcatiori fœtum intra se efformauit: Defectu cuius conditionis processio angelorum, & quarumlibet creaturarū à Deo non dicitur generatio. Additur, secundùm rationē similitudinis, &c. vt intelligas id quod hac generatione producitur, debere esse generanti simile, si non in sexu aut effigie, saltem in natura seu specie infima. Est autem hæc viuentis operatio tum nutritione tùm accretione longè mobilior censenda, cum sit totius viuentis productio, & ad bonum totius speciei, & non tantùm indiuidui per se referatur, ac multo maior apparet in illa quam in aliis naturæ solertia.

Huius operationis dignitas.

2. Difficultas, an generatio propria sit semper secundum similitudinē speciei. Secundo quæritur, Num generatio propriè dicta sit semper secundum similitudinem speciei infimæ, vt ponitur in supradicta definitione, ita vt quod gignitur debeat esse eiusdem speciei infimæ cum generante. Causa dubitandi est, quod pleraque animalia ab aliis animantibus diuersæ speciei propriè generari posse videantur: sic generatio

Digitized by Google

neratio muli ex equa & asino, item leopardi ex leæna & pardo, lynci ex cerua & lupo, est propriè generatio viuentis, & tamen in ijs proles differt specie à parentibus. Adde quòd congressu dæmonis & fœminæ videtur posse per veram generationem humana soboles oriri: quod etiam contigisse olim ex istis verbis cap. 6. Genes. colligunt plerique è sanctis patribus, *ingressi sunt filij Dei ad filias hominum.* Verùm tenendum est generationem propriam fieri secundùm similitudinem speciei infimæ. Ad priorem autem objectionem respondetur, cum dictum est generationem viuentis requirere conuenientiam in specie infima, intelligendum est de generatione ordinaria & secundùm naturam, quæ fit ex congressu animalium eiusdem naturæ & speciei: impediunt enim se duorum animantiũ natura differentiũ semina, quorum mistio in causa est, vt proles in tertiam speciem degeneret. Ad posteriorem objectionem respondemus, dæmones non posse virtute sua concubitu fœminarũ generare, licèt probabile sit eos corpore extrinsecus assumpto posse fœminarũ congressu virtute seminis virilis aliunde accepti humanam sobolem procreare: Sic enim dæmon succubus potest semen à viro accipere: deinde factus incubus in vterum fœminæ transfundere. Ex quo non sequitur dæmonem propriè loquendo posse generare, neque dici parentẽ sobolis procreatæ, sed potius eum à quo semen accepit. Ad locum ex cap. 6. Geneseos allatum, dicimus nomine filiorum Dei non significari inibi angelos aut dæmones, sed eos homines qui ex sancta stirpe Seth erant oriundi: nomine autem filiorum hominum eas quæ erant de familia Cain, iuxta probabiliorem sanctorum Patrum interpretationem.

Assertio tuenda.

De incubis & succubis.

Plura hic ad generationem viuentium, præsertim animalium pertinentia, quæri potuissent, vt an vterque parens actiue concurrat ad generationem, quod nobis videtur valde probabile. Deinde ex qua materia coagmentetur fœtus in vtero, an ex solo semine vtriusque parentis, an præterea simul etiam ex fœmineo sanguine, quod posterius nobis probabilius videtur. Quodnam membrum in perfectis animalibus primum efformetur, an cor, iuxta Aristotelem, an hpar, iuxta Hipocratis sententiam: quorum alterutrum videtur probabile, probabilius verò vtrumque membrum cum cerebro efformari simul.

Nonnulla dubia hic breuiter soluuntur.

Denique cur filij parentibus in effigie præsertim similes procreentur, & quanta sit ad id vis imaginationis: Quæ omnia & similia relinquemus medicis curiosis discutienda: nobis verò sufficiat hæc de ijs quæ pertinent ad animam vegetantem pro nostro modulo ad majorem Dei viuentis, ac totius vitæ fontis gloriam diseruisse.

TERTIVS TRACTATVS HVIVS partis.

De anima sentiente.

3. Sentientis anima potentia.

QVoniam animæ sentientis natura, perpectis omnibus ipsius facultatibus satis supérque dignoscitur: idcirco nobis propositum est toto hoc tractatu de naturalibus sentientis animæ potentijs disserere. Quæ cùm in genere sint tres, vt colligere est ex ijs quæ de potentijs animæ generatim scribit Aristoteles 2. de anima, sensus nempe, appetitus, & motus: déque appetitu disputatum sit in Moralibus, superest vt de sensu & motu disputemus.

4. huius tractatus disputationes.

Quatuor igitur hujus tractatus disputationes instituemus, tres quidem de sensu, & vnam de motu: quarum prima erit de sensu in communi, secunda de sensibus externis, tertia de sensibus internis, quarta de motu animalium proprio seu spontaneo. Ex quibus secundam & tertiam, si opus fuerit, in aliquot sectiones subdiuidemus.

PRIMA DISPVTATIO huius tractatus.

De sensu in communi.

An sensus sit facultas actiua, an passiua.

QVAESTIO I.

Quæst. proposita sensus.

SEnsus propositæ quæstionis est, An cum elicitur actus sentiendi siue externus, siue internus, facultas quæ ad ejusmodi

ejusmodi actum ordinatur, quæque dicitur sensus, se habeat actiuè an passiuè, siue ad illum actum, siue ad objectum talis actus: qua de re Philosophi magna opinionum varietate disputant. Nos omissis controuersiis, quid probabilius tenendum sit sequentibus conclusionibus determinabimus.

Prima conclusio. Sensus non est potentia putè actiua; hoc est, cum exercetur actus sentiendi quæ dicitur sensatio, non tantùm ipsum operatur, sed verò aliquid patitur; tùm quia tunc ab objecto speciem recipit: tùm quia sui ipsius actum in seipsa suscipit; quod aliquam in sensu passionem manifestè arguit. Adde quod non posset explicari quomodo posset fieri sensatio circa objectum quod nonnunquam remotissimum est, nisi aliquid ab ipso objecto ad potentiam immittatur, vt probabitur proxima quæstione, ac proinde nisi facultas ipsa ab objecto nonnihil patiatur. 1. Conclusio. Probatur. 1. 2.

Secunda conclusio. Sensus non est potentia merè passiua. Probatur, primum, quia si sensus passiuè tantùm concurrerent ad actum sentiendi, sequeretur potentias animæ vegetantis, cum citra controuersiam sint actiuæ, sensitiuis nobiliores esse, quod absurdum videtur. Deinde si sensus nullum ex se actum eliceret, sed tantùm speciem ab objecto reciperet, vt volunt aduersarij, frustra inditus esset à natura: nam ad receptionem speciei sufficit organum ritè dispositum, id est, anima præditum, suisque instructum partibus. Denique sequeretur falsum esse, quod tamen verè dicitur, nempe visum videre, auditum audire, &c. Nihil enim aliud significatur his loquendi formulis quàm visum elicere actum videndi, & ita de cæteris. 2. Conclusio. Probatur. 1. 2.

Tertia conclusio. Sensus non est facultas actiua simul & passiua, eo sensu quo nonnulli intelligunt; nempe quod sensus in vnoquoque organo duplici constet potentia, altera passiua ad recipiendam speciem ab objecto, altera actiua ad eliciendũ actum sentiendi, itaut sensus nõ sit vna simplex facultas, sed duplex; quod tamen inauditum est apud Aristot. & Peripatheticos, nempe dari sensum agentem à patiente distinctum: Adde quod sequeretur admittendos esse decem sensus externos, quinque passiuos & totidem actiuos, quod à recepta doctrina penitus alienum est. Denique nihil videtur repugnare 3. Conclusio. Probatur. 1. 2. 3.

vnam eandemque potentiam simul emissas ab objecto
species recipere, ac eis vti, similiter actum sentiendi ede-
Obiectio. dere, eundémque in seipso recipere. Si objicias dari in-
tellectum agentem distinctum à patiente. Respondemus
Solutio. intellectum agentem dici ab Aristot. in alio planè sensu
quam dicatur sensus agens, vt patebit ex ijs quæ de illo
dicemus in postremo tractatu.

4. Conclusio. Quarta conclusio. Sensus est vna simplex facultas seu
potentia, actiua simul & passiua diuersa consideratione:
Potentia enim sensitiua tripliciter spectari potest: primò
quatenus recipit speciem ab objecto, secundò quatenus
per illam speciem informata actum sentiendi profert,
tertiò quatenus ejusmodi actum, vt pote immanentem in
se recipit. Si igitur primo vel tertio modo spectetur,
haud dubiè potentia passiua est, cùm sic non operetur,
sed patiatur; si secundò modo, est potentia actiua, cum sic
Probatur praedicta conclusio. non patiatur, sed operetur. Confirmatur hæc eadem asser-
tio ex præcedentibus conclusionibus, præsertim ex prima
& secunda. Nam in prima ostensum est sensum non esse
potentiam purè actiuam, sed esse etiam passiuam, & in se-
cunda non esse merè passiuam, sed simul esse actiuam. Et
quoniam sensus in eo distinguuntur à plerisque alijs po-
tentijs, quod ipsi à suis objectis patiantur, cum aliæ agunt
in sua objecta, idcirco hos Aristoteles appellat potentias
passiuas absolutè, non actiuas.

Vtrùm ad sensuum operationem admittenda sunt species, quas vocant intentionales.

QVAESTIO II.

Notandum. Quid sit species intentionalis. AD quæstionis propositæ, simúlque aliarum quæ de
speciebus intentionalibus fieri possent dubitationũ
explicationem, prænotandum est, quid nomine speciei
intentionalis intelligatur; nempe speciem intentiona-
lem hic appellari signum aliquod formale rei sensibus
objectæ, siue qualitatem quandam quæ ab objecto im-
missa, & in sensu recepta vim habeat ipsum objectum
repræsentandi, licet ipsa sensu minimè sit perceptibilis.
Appellatur autem intentionalis, quia per ipsam sensus
tendit in objectum: Exempli gratia cum oculus percipit
colorem distantem, aiunt philosophi in oculo esse seu
recipi similitudinem quandam ipsius coloris, hoc est,
qualitatem

qualitatem quandam quæ ab ipso colore per intermediũ aërẽ propagata & in ipso sensu visus recepta vim habeat ipsum colorem repræsentandi. Quæstio igitur est, an eiusmodi species seu imagines rerum objectarum necessariò admittendæ sint vt possit fieri sensatio, ita vt absque illis nihil vsquam sensus perciperet. Respondemus necessariò admittendas esse. Probatur, primò, quia omnis actio fit per contactum, quo fit vt nihil agat in distans nisi per aliquid medium, vti docuimus in 2. part. Phys. vbi de actione & passione: atqui objectum sensibile distat à sensu (sensibile enim supra sensum positum non sentitur) & agit in sensum, vt ex præcedenti quæstione colligitur: Ergo necesse est vt per aliquid medium agat: illud autem non potest aptius assignari quàm species, quæ ab objecto ad sensum vsque pertingit: quò fit vt in tenebris res non videantur: quia nempe colores egent luce vt sui speciem emittant: Item res nimium distantes non intuemur, quia species ab eis trajectæ in medio deficiunt, ita vt ad nos nequaquam possint peruenire. Secundò omne cognitum debet esse in cognoscente, ac proinde omne sensibile debet esse aliquo modo in sensu: Cum autem sensibile non possit esse in sensu secundum se ipsum, cum ab ipso distet, necesse est vt in illo sit secundum sui similitudinem, quæ nihil aliud est quàm species intentionalis. Tertiò probatur multis experientijs, quæ non nisi admissis supradictis speciebus explicari possunt, vt quod oculus videntis, & res ab ipsius tergo positæ in speculo videantur; quod baculus in aqua fractus, & arbores in fluminum ripis immersæ conspiciantur; quod res in aqua majores appareant quam in aëre; quod calculus injectus in aliquod vas cum in aliqua distantia minimè videatur labijs scilicet vasis visum intercipientibus, infusa tamen aqua illud idem vas incipiat apparere. Accedit manifestissima experientia sensuum internorum, nam eatenus res externis sensibus perceptas etiam absentes postea cogitatione recolimus, quatenus earum imagines, quas aspectu, auditu, aut quouis alio externo sensu hausimus interno sensu retinemus.

Assertio tenenda de quæ proposita probatur.

2.

3. multis experientijs.

1.

2.

3.

4.

Nonnulla dubitationes.

1. Quomodo ad sensum transmittantur.

Supersunt autem hic nonnullæ difficultates circa supradictas species breuiter explicandæ.

Prima, quomodo species illæ ab objecto ad sensum transmittantur. Respondetur id non fieri per transitio-

nem, quomodo sagitta à iaculatore versus scopum emittitur; sed per continuam propagationem, quomodo calor ab igne ad rem calefactam peruenit. Et licet instantanea sit ipsa specierum intentionalium propagatio, nihilominus tamen prius natura concipitur obiectum sui speciem in parte sibi viciniori diffundere, quàm in remotiori.

2. qui differant ab obiectis.

Secunda, quomodo species illæ differant ab obiectis quorum dicuntur imagines. Respondetur differre tum realiter cùm formaliter: realiter quidem, quia recipiuntur in subiectis realiter diuersis, exempli gratia, color est in pariete, at species coloris tum in aëre cum in oculo videntis: formaliter verò, quia sunt diuersæ naturæ & speciei; res enim obiectæ sunt sensu perceptibiles: species verò intentionales non item, vt alias minutiores differentias prætermittam.

3. quomodo repræsentent obiecta.

Tertia, quomodo species illæ repræsentent obiecta. Respondetur eam esse & quidem stupendam penitus illarum specierum conditionem, quod cùm sint materiales vtpotè in subiecto corporeo inhærentes, modum tamen spiritualem in repræsentando seruent: Sic enim species coloris alicuius ita ipsum in toto spatio per quod diffunditur, repræsentat, vt eundem totum in qualibet parte spatij referat. Cuius rei ratio est, quod quælibet pars speciei apta sit totum illud repræsentare à quo producitur: atqui pars quælibet speciei, vel species in qualibet parte medij seu spatij à toto obiecto producitur. Quo fit vt si contingat mediam partem rei visibilis velari, non nisi media ipsius pars videatur, quæ sola media pars concurrit effectiuè ad propagandam illam speciem.

4. an sensu percipi possint.

Quarta, Num contingat aliquando species ipsas sensu percipi, vt quibusdam experientijs videtur colligi, sic enim quæ conspiciuntur in speculo, item colores qui dicuntur apparentes, non tam res veræ quàm rerum imagines esse videntur: Nihilominus tamen arbitramur species ipsas non esse sensu perceptibiles, quia nihil aliud sunt formaliter quàm rationes sentiendi, & quia subiectiue in ipsis sensibus recipiuntur, nihil autem in ipso sensu positum percipitur. Nec contrarium euincunt experientiæ, nam ea quæ videntur in speculo, non sunt imagines, sed res ipsæ, licet in alio loco, vel situ sint, quàm vt repræsententur. Colores verè apparentes non sunt spe-

cies intentionales, cùm nihil planè sint, aut certè à luce minimè distinguantur. Est autem ea vis specierum intentionalium, vt nonnunquam res absentes aut præteritas sensibus repræsentent quasi præsentes: vt cùm quis tenebrosum locum ingressus, putat se videre colorem quem paulo ante in luce positus conspiciebat, vel cùm finito sono eundem tamen se audire existimat.

Quinta, in quonam subjectiuè recipiatur species, vtrùm in organo sensus, an verò in ipso sensu seu potentia quæ in organo residet. Respondetur in vtroque recipi, nempe in organo simul & sensu: in organo quidem, quia non videtur posse species pertingere ad potentiam nisi per intermedium organum. In sensu verò, quia non videtur potentia posse per illam speciem formaliter determinari ad percipiendum suum objectum, nisi ab eadem specie actuetur & veluti informetur. 5. *In quonam subiecto insint.*

Sexta, in quibusnam facultatibus admittendæ sint illæ species. Respondetur admittendas esse in solis & quidem omnibus facultatib. sensitiuis tàm internis scilicet quàm externis. Et quidem quod necessariæ sint in sensibus internis experientia satis notum est, cùm plerunque res absentes imaginemur, quod sine illarum imaginibus nequaquam fieri potest, & clariùs patebit ex ijs quæ de singulis suo loco dicemus. Quod verò admittendæ sint in omnibus sensibus externis non tantùm in visu & auditu, sed etiam in odoratu, gustu, tactu, ex progressu patebit, vbi de singulis agetur. 6. *In quibusnam animæ facultatibus admittendæ sint.*

Quodnam sit obiectum sensus, & quotuplex.

QVAESTIO III.

OBjectum sensus in genere duplex assignatur, alterum per se, alterum per accidens. Illud est, quod verè & per se immutat sensum, siue producendo in eo speciem, siue ipsum modificando, ita vt verè terminet sensum, quomodo color, magnitudo, motus dicuntur sensibilia per se. Hoc verò quòd per se non immutat sensum, nec ipsum terminat, quia per se non producit speciem, nec ipsam immutat, sed tantùm cum eo quod per se sensum afficit coniunctum est, quomodo substantia est quid sensibile per accidens. *Obiectum sensus in genere duplex. Per se. Per accidẽs.*

Sensibile per se duplex.

Iam verò sensibile per se duplex est, vnũ propriũ, quod proprie ab vnico duntaxat eiusdem ordinis per se primò percipitur, vt color à visu quem terminat; alterum commune, quod per se pluribus sensibus eiusdem ordinis percipi potest, vt quantitas à visu & tactu. Est autem inter vtrumq; discrimen istud, quod sensibile proprium immutet producendo speciem: commune verò ipsam duntaxat modificando: Deinde illud per se primò, hoc vero per se, sed non primo sensum afficiat. Vbi obiter nota diuisionem hanc objecti sensibilis spectari maximè respectu sensuum externorum: Vnde fit vt sensibile proprium pro quinario numero sensuum externorum sit quintuplex, nempe visibile, audibile, olfactile, gustatile, tactile. Sensibile verò commune quintuplex quoque ab Aristotele assignatur, nempe magnitudo, figura, numerus, motus, & quies.

Commune

An quinque sint sensibilia communia? Obiectiones, quod plura sint.

Verùm dubitatur, an rectè numerentur ab Aristotele quinque hæc communia sensibilia, ita vt non sint plura nec pauciora. Sunt enim causæ dubitandi non leues. Et quidem quod plura adnumerari debuerint apertè satis ex eo conuincitur, quod multa sint præter supradicta quæ à pluribus sensibus percipi possunt, vt asperum, læue; acutum, obtusum; æquale, inæquale, simile, dissimile, maius, minus: proprium, distans: præterea tempus, situs, diuisio.

Quod pauciora.

Quod vero pauciora admitti debeant, ex eo colligitur, quod motus cùm sit in continuo fluxu non videtur per se cadere sub sensum, qui non percipit nisi quod præsens est. Deinde numerus, cùm sit opus rationis, non videtur esse quid per se sensibile. Denique quies, cùm sit priuatio motus, non cadit per se sub sensum.

Assertio tenenda. Aliae obiectiones occurruntur.

Non est tamen propter hoc discedendum à communi sententia. Vt verò istis, aut similibus objectionibus satisfacias, notandum est, cùm Aristoteles quinque sensibilia communia enumerauit, non omnia speciatim enumerasse, sed tantùm generalia veluti capita ad quæ cætera reuocari debeant; sic enim asperum, læue, acutum, & obtusum ad figuram reuocantur, distans & propinquum ad magnitudinem, situs partim ad figuram, partim ad magnitudinem; diuisio seu discretio ad numerum, tempus ad modum. Relata verò, vt majus, minus, æquale, inæquale, simile & dissimile spectata formaliter vt talia sunt non videntur sensu perceptibilia: Si verò materialiter consi-

derentur,

derentur, tunc reuocanda erunt ad sensibilia partim communia, partim propria, quæ sunt ipsarum relationum fundamenta, vt maius & minus: item æquale & inæquale ad magnitudinem; simile & dissimile ad qualitatem: Atque in hunc modum soluitur prior pars dubitationis. Quod spectat ad posteriorem partem prædictę dubitationis, Respõdetur motum esse præsentem toti tempori quo durat, ac proinde sensui qui eidem tempori coexistit: Numerus verò non accipitur hîc adeo præcisè & subtiliter, sed accommodatè ad res physicas pro ipsa rerũ multitudine. Quies deniq; nõ hic merè priuatiue accipitur pro sola cessatione motus, sed positiuè pro ipsa rei immobilis consistẽtia.

Motum.

Numerum.

An sensus erret circa proprium obiectum.

QVAESTIO IV.

CVm error, propriè loquendo, sit iudicij quod in sensu nullum esse potest, eatenus tantùm errare dicitur sensus quatenus ex ipso potentia superior ad quam pertinet iudicium in errorem inducitur. Notandum autem est sensibile proprium cuiusque sensus dupliciter considerari posse, vel sub ratione communi, vt album quatenus coloratum, sonum acutum quatenus sonum, saporem dulcem quatenus saporem, &c. Vel sub ratione speciali, vt colorem album quatenus album, & sic de cæteris. Quo posito,

Sensibile proprium dupliciter consideratũ potest.

Sit prima conclusio. Sensus nunquam errat circa sensibile proprium priori modo spectatum. Ratio in promptu est, quia nequit facultas extra proprij obiecti metas excurrere, sicque visus non potest percipere nisi visibile, auditus nonnisi sonum percipere, & ita sentiendum de cæteris.

1. Conclusio.

Secunda conclusio. Sensus nonnunquam errat circa sensibile proprium posteriori modo spectatum, qui quidem error plerumque oritur ex defectu alicujus harum trium conditionum, quæ requiruntur vt obiectum tale percipiatur quale est: Sunt autem hæ tres conditiones præcipuæ, nempe debita obiecti distantia, idonea organi dispositio, denique medium rectè dispositum. Sic ratione distantiæ indebitæ quæ fusca sunt, apparent nigra. Ratione læsi organi ijs qui suffusione oculorum laborant,

2. Conclusio. Tres conditiones ne sensus errẽt circa sensibile proprium.

Digitized by Google

omnia cruenta apparent. Ratione medij qui per vitrum coloratum intuentur, omnia velut eodem colore affecta conſpiciunt.

3. Concluſio. Tertia concluſio. Senſus errat circa ſenſibile commune non tantùm in ſpeciali, ſed etiam in communi ſpectatum. Et quidem quod circa ſenſibile commune in ſpeciali decipiatur; conſtat multis experientijs, vt cùm ſolem magnitudine velut pedalem conſpicit, cùm iudicat arcum ingentis cujuſpiam circuli eſſe rectum. Quod verò circa idem ſenſibile in communi decipiatur, patet item experientia, vt cùm Solem quaſi quieſcentem intuetur, cùm tamen rapidiſſimo motu feratur, item cum nauigantibus ſtantes in littore videntur moueri cùm quieſcant.

Probatur experientijs.

An vehemens ſenſibile lædat ſenſum.

QVAESTIO V.

PRæter cauſas pleraſque aduentitias, quæ imbecilliorem ſentiendi facultatem reddunt, vt ſunt morbus, fames, deſuetudo, nimia attentio, & diſtractio, &c. non mediocre nocumentum eidem affert ipſum ſenſibile ſi nimium vehemens fuerit, vt ſcribit Ariſtoteles l. 2. de anima c. 12. quod ex manifeſtiſſimis experientijs conſtat.

Senſibile vehemens lædit ſenſum duobus modis. Id autem fieri contingit duobus modis: primo ratione alicujus qualitatis adjunctæ, quæ propter ſui exceſſum lædit organum ſenſus, ſecundò ratione ipſius ſpeciei, quæ quia excedit interdum vim paſſiuam potentiæ ſenſitiuæ, idcirco illi non mediocriter nocet. Prior modus patet in lumine Solis præſertim, quòd quia ſui reflectione calorem concitat vehementiorem oculos grauiter lædit. Poſterior etiam modus ex eo patet: quòd cùm ſpecies intentionales ſint accidentia realia, poſſint realem immutationem in ſenſu efficere: tum quia experimur quoſdam colores moleſtos eſſe, alios verò blandiri ſenſibus, quod non fit niſi interuentu ſpeciei, quæ cùm ſit inſtrumentum coloris ejuſmodi quem refert, benè vel malè afficit ſenſum.

Quot

Quot sint sensus, & an sint eiusdem speciei in quibusvis animantibus.

QVæstio proposita duas difficultates complectitur. Quod spectat ad priorem. Respondemus sensus alios esse internos, alios verò externos. Hi dicuntur qui extrinsecus apparent seu quorum organa sunt in propatulo: Illi verò qui abstrusi in cerebri cellulis delitescunt: & quatuor ad summum numerantur, nempe sensus communis, phantasia, æstimatiua, memoria: vel ad minimum duo, nempe sensus communis, & phantasia: hi verò communi consensu quinque assignantur, nempe visus, auditus, olfactus, gustus, & tactus. Quæ diuisio omnes sensus complectitur, qui in perfectis animantibus esse possunt, & ad quos omnia fermè organa, quæ in capite animalis solerter efformata sunt, pertinent.

Prior difficultas.

Quot sint sensus.

Quod spectat ad posteriorem difficultatem, respondemus sensum ejusdem appellationis, siue externum, siue internum esse eiusdem rationis seu speciei in quocumque animali, ita vt visus verbi gratia, seu facultas videndi sit ejusdem speciei in homine, equo, leone, &c. Neque obstat quòd à diuersis specie principiis oriantur; non enim principiorum efficientium varietas specifica in effectibus varietatem semper arguit, vt patet in calore ab altero sibi simili calore & à Solis lumine producto: præsertim cùm eiusmodi effectus gradum sequuntur genericum, in quo res alioqui diuersæ consentiunt: At verò sensus sequuntur gradum sentiendi communem omnibus animalibus, & penes quem animalia ipsa inter se non differunt. Licèt autem sensus diuersis animantibus specie seu natura non differant, accidentariis tamen conditionibus multùm discrepant, quæ accidentariæ conditiones specificam animalis cuiusque rationem consequuntur.

Posterior difficultas. An sint eiusdem rationis in quouis animali.

SECVNDA DISPVTATIO
huius tractatus.

De sensibus externis.

PRIMA SECTIO,
de illis generatim.

Quot sint sensus externi, & quisnam illorum inter se ordo.

QVAESTIO I.

Quinque sunt sensus externi.

QVinque esse vulgatos sensus externos, nempe visum, auditum, olfactum, gustum, & tactum, colligitur tum ex quinque generibus rerum sensibilium, tùm ex quintuplici sensus organo, quod in animali cernitur. Et quidem priorum quatuor sensuum organa sua, peculiares in capite sedes habent, postremi verò sensus, nempe tactus organum propter ipsius necessitatem toto corpore fusum est. Sed de his fusius vbi de singulis.

Inter illos sensus duplex ordo cernitur.

Quod spectat ad ipsorum inter se ordinem, duplex præsertim ordo inter illos cernitur, alter necessitatis, alter dignitatis: Ordine necessitatis præcedit tactus, deinde gustus, olfactus, auditus, visus: E contra verò ordine dignitatis præcedit visus, deinde auditus, tum olfactus, gustus, & tactus: cæteros omnes longè antecellit visus: tum ob admirabilem organi fabricam, tum ob nobilitatem objecti, subtilitatem medij & præstantissimum operandi modum, vt patebit ex progressu.

Quædam dubitatio solvitur.

Quæri solet hoc loco quodnam animal vno quoque ex supradictis sensibus polleat: Cui respondetur prætermissa omni contentione probabilissimum videri hominem tactu excellere, gustu verò quoddam animal, quod protogustum vocant, liquidius audire talpas, apros item & anseres; sagacius odorari vultures, & clarius videre lynces & aquilas, licèt paulo aliter hoc vulgari disticho determinetur.

Nos aper auditu, linx visu, simia gustu,
Vultur odoratu, præcellit aranea tactu.

An om-

An omnes sensus externi indigeant medio.

QVAESTIO II.

DVplex est sensus propositæ quæstionis. Prior, an vt possit fieri sensatio, debeat necessario aliquid medium intercipi inter sensum & sensibile, itaut sensibile, vt percipiatur saltem aliquantulum distare debeat à sensu. Posterior, an sensibile per se immediatè, hoc est, absque interuentu speciei possit sensum afficere. *Propositio quæstionis.*

Si igitur priori sensu quæstio intelligatur. Respondemus, cùm medium illud de quo quæritur possit esse internum seu adhærens ipsi viuenti, vt cutis in aquam frigidam infusam, & carnem seu musculos; vel externum seu disiunctum, vt aër inter colorem & oculum. Respondemus, inquam, alterutrum medium in quouis sensu (excepto fortè solo tactu, desiderari, hoc est vel internum, vel externum, ad hoc vt sensibile percipiatur. Vbi per sensibile non est intelligenda qualitas sensibilis à corpore ad sensum propagata, nihil enim repugnat ejusmodi qualitatem ad organum vsque sensus deferri, & in eo recipi, & tamen ab eodem percipi, vt patet in lumine, sono, odore, sapore, & qualitatibus tactilibus; sed accipiendum est corpus ipsum à quo dimanat ejusmodi qualitas; sic enim corpus luminosum organo visus appositum non percipitur. Et sanè probabile est si ipsa corpora sonora, odorifera, aut sapida ipsis sensuum organis immediatè applicentur; non sentiri. Tactum tamen excepimus, quia corpus calidum aut frigidum, aut alia qualitate tactili affectum etiam sensiterio seu organo tactus applicatum percipitur cum sensu doloris aut voluptatis, vt patet experientia. Et sic, vt opinamur, istud Aristotelis dictum ex ipsius mente debet intelligi, nempe sensibile supra sensum positum non sentiri. Posset tamen istud axioma etiam de ipsis qualitatibus patibilibus intelligi secundum illud sui quod in ipso organo sensus receptum est. Nam licet lumen ad oculos vsque diffusum, & sonus ad auris tympanum pertingens percipiatur, non tamen secundùm eam sui portionem quæ percipitur in organo, id est, portio illa diffusi luminis quæ est in oculo non videtur, nec ea soni portio quæ est in tympano auris auditur, sed pars vicina. *Iuxta priorem sensum respons.*

Digitized by Google

SECVNDA SECTIO
de Visu.

Quodnam sit objectum adaquatum visus.

QVAESTIO IV.

Assertio tenenda.

RESpondetur illud esse visibile, id est, quicquid primo per se videri potest, cujusmodi sunt lumen, & color; quicquid enim videtur, aut quatenus coloratum, aut quatenus luminosum videtur; vnde ea quæ in tenebris cernuntur, vt squamæ piscium, ligna cariosa, oculi quorundam animalium, vt felium, luporum, item cicindelæ, lapilli pretiosi, &c. ad lumen referuntur: hæc enim omnia ratione congeniti luminis in tenebris visuntur.

De vtroque igitur isto visus objecto, luce, inquam & colore deinceps dicendum est; & quidem priùs de lumine, est enim lumen natura prius colore, cùm lumen sine colore, color verò non sine lumine videri queat.

De Lumine.

QVAESTIO V.

Nonnullæ difficultates de lumine.

NOnnihil de lumine, quatenus est cœlestium corporum proprietas, dictum est in secunda parte Physiologiæ, vbi de cœlo, supersunt adhuc nonnullæ satis magni momenti difficultates de ipso explicandæ.

1. quid sit.

Prima est, quid sit. Respondetur non esse formam substantialem, cùm visu percipiatur, nulla autem substantia per se cadat sub sensum: & multò minus esse corpus, quia cùm lumen corpus perspicuum transmeet, duo corpora simul essent: & cum trajecto luminis momento fiat corpus, in instanti moueretur: neque etiam esse effluxum è corpore luminoso, alioquin iam Sol perenni fluxu esset luce sua exhaustus, sed esse formam accidentalem, nempe qualitatem patibilem, ac proinde materialem, subtilissimam tamen ac omnium corporearum qualitatum nobilissimam. Vbi nota lucem & lumen esse ejusdem plane speciei & naturæ, sed appellari lucem, quatenus est in ipso corpore lucido, lumen verò quatenus in medio diffusum est. Quare meritò Aristoteles lumen quatenus à luce di-

Nota quid lux à lumine differat. Lumina descripta. Perspicuum quid sit.

stinguitur physice definiuit, Actum perspicui quatenus perspicuum est. Quæ definitio ex ipsa perspicui explicatione satis intelligitur. Est igitur perspicuum hoc loco siue pellucidum ac transparens, Græce διάφανες, id est, illud quod se toto recipit lumen, hoc est, non tantùm in extima superficie, sed etiam in intimis quibusque partibus, ita vt aspectu penetrari possit: Et quidem istud est perspicuum proprie dictum, quod dicitur interminatum, ad distinctionem perspicui impropriè dicti seu terminati, quod non est translucidum, seu quod non se toto recipit lumen, vt sunt astra, & omnia colorata. Notandum autem est cũ perspicuum propriè dictum duplex sit, vnum quod proprio lumine collucet, vt ignis in sua sphæra, alterum quod alieno, vt aër, aqua, vitrum &c. quorum illud est semper illustratum, hoc verò non item, Aristotelem in supradicta definitione perspicuum hoc posteriori modo vsurpasse; quare illud idem perspicuum definiuit eodem capite, quod non per se, sed alieno lumine visibile est. Iure igitur optimo lumen definitur, Actus perspicui: quia est forma seu perfectio & veluti complementum accidentarium corporis eiusmodi, quod natura sua potest illustrari.

Perspicuum dup. ex.

2. Difficultas, qua sint eius proprietates. 1.

Secunda difficultas est, quale sit lumen, seu quænam sint luminis proprietates. Permultæ quidem illæ sunt, verum hæ præcipuæ. Primo, quod sit qualitas cœlestis, ideoque citissimè agat, à nullo patiatur, in momento producatur & elementares qualitates eminenter complectatur.

2. Secundo inter qualitates materiales videtur maximè immaterialis.

3. Tertiũ habet id proprium sicut & species intentionales, quod interdum refrangatur interdum reflectatur: reflectitur quidem oppositu corporis opaci, refrangitur verò interpositu corporis pellucidi quidem, sed paulò densioris, & quod nonnihil opacitatis habet.

4. Quarto vim calefaciendi insigniter continet.

5. Quinto, purissima

6. qualitas est, quare penetrat simul & purgat omnia.

Sexto, lumen mirificè gratum est, & feris duntaxat inuisum.

7. Septimo, omnia detegit, eoque subtracto latent omnia.

8. Octauo non nisi in extima superficie corporis opaci visionem terminat.

3. Difficultas, quomodo propagetur.

Tertia difficultas est, quomodo producatur seu quomodo per medium propagetur à corpore lucido. Respondetur productionem luminis seu lucis propagationem fieri

fieri in instanti, tum quia lux non inuenit in subiecto cõtrarium, à quo retardetur, tum quia id ipsi congenita naturæ dignitas ac præstantia postulat. Non est tamen negandum interdum per accidens fieri, vt lux per totum aliquod medium seu spatium successiuè producatur; vt si corpus opacum quod illius diffusionem impediebat, pedetentim & successiuè remoueatur, vel si corpus lucidum circa illud corpus opacum successiuè moueatur, sicut in Sole quotidie contingit, qui quia circa terram successiuè circumuoluitur, non nisi successiuè varias terræ plagas potest illustrare. Quòd si virtute diuina Sol poneretur in medio puncto nostri hemisphærij, confestim in eodem instanti per totum hoc hemisphærium lumen suum quoquo versus diffunderet.

4 *Difficultas, quomodo videatur.*

Quarta difficultas est, quomodo lumen videatur. Cui vt satisfiat, notandum est lumen tribus modis spectari posse: primo quatenus est in corpore lucido à quo diffunditur; secundo quatenus est in corpore solido & opaco in quo recipitur ac terminatur; tertio quatenus est in medio per quod diffunditur ac propagatur: Et quidem non est dubium lumen duobus prioribus modis spectatum per se videri ac terminare visum, sicque per medium illustratum videatur, vt cum interdiu Solem ipsum conspicimus: siue per medium obscurum, per quod res lucida solam sui speciem, non verò lucem diffundit, vt cùm oculus ex tenebroso loco lucernam accensam eminus conspicit. Verùm tota difficultas est de lumine quatenus est in medio: Et quidem si medium illud occurrente corpore opaco terminatur, consentiunt fermè omnes lumen in isto medio videri quidem, sed non terminare visum, eo quòd visus terminetur ab illo corpore opaco, colorato & illustrato. Quòd si supponamus medium illud à nullo corpore terminari, maior erit difficultas. Respondemus tamen probabile esse in isto casu lumen videri terminatiue, licet minùs perfectè, modò tamen ipsum lumen pertingat ad oculum; si enim lumen interminatum non pertingat ad oculum, non videbitur, eo quod propter sui debilitatem non possit sui speciem ad oculum vsque transmittere.

Nodus difficultatis.

De Colore.

QVAESTIO VI.

SIcuti de lumine, ita de colore occurrunt satis graues difficultates explicandæ.

1. Difficultas. Quid sit. Prima difficultas est, quid sit. Definitur ab Aristotele 2. de anima c. 17. id quod mouet perspicuum actu: & 1. de sẽsu & sensili c. 4. terminus perspicui in corpore terminato. In priori definitione indicat Aristoteles colorem alio modo immutare perspicuum seu medium quàm lucem: hæc enim facit vt perspicuum sit actu perspicuum; ille verò supponit quod perspicuum sit actu tale vt possit illud mouere, hoc est, immissione specierum immutare. In posteriori significat Philosophus aliud discrimen inter lucem & colorem, quòd lux non in superficie modò, sed in intimis partibus præsertim medij sit aspectabilis; color autem in superficie duntaxat videatur, quamuis non in sola superficie insit. Ex quibus colligere est ex mente Aristotelis colorem non esse lucem, vt plerique arbitrati sunt, lumen enim per se solum visibile est: at color non nisi per lumen videtur, quia non potest sui speciem propagare per medium quod non sit actu perspicuum: fit autem medium actu perspicuum beneficio luminis. Deinde lumen in corpore perspicuo, at color in solo corpore opaco recipitur. Præterea colores sunt inter se contrarij, at verò lumini propriè contrarium nihil: Denique remisso lumine colores non remittuntur, sed tantùm fiunt obscuriores. Non est tamen diffitendum pro varia luminis reflexione & obiecti dispositione varios colores apparentes oriri, qui nihil sunt quàm ipsa lux reflexa: At non idem sentiendum de veris & natiuis coloribus qui subtracta luce remanent, licèt nunquam sine luce videantur, quæ necessaria est, non tantum ratione medij, sed etiam obiecti, id est, non tantùm aer medius verbi gratia, sed etiam color ipse debet illustrari vt videri possit. Cæterum ex his omnibus hæc paulo accuratior coloris definitio potest elici, vt dicatur, Qualitas patibilis in corpore terminato vim habens immutandi perspicuum actu.

Colorem non esse lucem ex Aristotele.

Accurata colorum descriptio.

2. Difficultas quotuplex. Secunda difficultas, quotuplex sit color. Respondetur colorum alios dici extremos, alios medios. Extremi

duo

duo sunt duntaxat, candor & nigror: quorum ille nobilior est, quia magis accidit ad lucem à qua colores degenerant, hic verò deterioris conditionis, videtur esse alterius priuatio, licèt sit verum ens cùm per se moueat visũ. Medij verò penè sunt innumeri, licèt non omnes inter se specie distincti, hæ verò sex præcipuæ colorum species numerantur, nempe flauus, ruber, purpureus, viridis, ceruleus, fuscus: ex quibus flauus ad albedinem, fuscus ad nigredinem propiùs accedit, reliqui verò vtrumque extremum media ratione participant. Quomodo verò ad hos reliqui omnes referantur; vide apud Iul. Scalig. exer. 312. diff. 11. vbi nota medios colores non tam participatione quam negatione extremorum appellari, sicque specie differre ab extremis. Quod vero spectat ad mixtos colores qui fiunt à pictoribus, probabile est interdum specie, interdum verò accidentario & secundum magis & minus tantùm ab iis differre ex quibus componuntur.

Medij colores sic dicuntur.

Tertia difficultas est vndenã oriantur colores. Sanè hęc de origine colorũ quęstio dubia semper fuit, nec hactenus satis explicata. In genere quidem dici possunt principia colorũ efficientia esse in duplici differentia, quædam remota, nempe lumen, perspicuitas, opacitas; alia proxima scilicet quatuor primæ qualitates certo modo temperatæ, vbi per lumen intelligitur congenita vnicuique corpori quędam luciditas; per opacitatem verò & perspicuitatem quędam qualitates quę in corporibus mixtis ex temperie secundarum vt plurimum oriuntur. Ex quibus colligere est neque cœlos, neque elementa secundum se, sed sola eaque omnia mixta debere esse colorata. Quod verò spectat ad speciales causas variorum colorum; nullæ certæ ac determinatæ possunt assignari, cùm & iidem specie colores ex contrariis causis, & contrarij ex eadem specie causa sæpenumero nasci videantur. Quo fit vt in corporib. eiusdem speciei, imò in vno eodemque corpore partes reperiantur non modò diuersis, sed omninò contrariis coloribus affectæ, vt patet in marmore diuersi coloris, cuius tamen idem apparet in omnibus partibus temperamentum. E contra sæpenumero in corporibus diuersæ naturæ idem planè color cernitur, vt in osse, niue, lapide, &c. in coruo, hebeno, pice, nigredo: in quibus tamen diuersa sunt omninò temperamenta.

Difficultas vndenam oriantur.

Speciales causæ colorũ incertæ.

De Diuisione, quomodo fiat.

QVAESTIO VII.

probabilior assertio tenenda.

FVit olim agitata diu à Philosophis celebris quæstio, vtrum visio fieret emissis ab oculo radiis, an potiùs receptis ab obiecto imaginibus seu speciebus intentionalibus. Primam partem asserebant Stoici & Platonici, quos postea secuti sunt quidam Optici. Posteriorem verò Aristoteles adeoque Peripatetici omnes sunt amplexi, quam & nos vtpote longè probabiliorem sequimur.

Quod igitur aspectus non fiat emissione radiorum probatur, quia incredibile omninò est tantum luminis aut spirituum ab oculis exilire posse, vt ad res tam varias tamque à se inuicem dissitas quas simul contuemur possit pertingere. Deinde fieri non potest vt tam exiles ac tenues radij à rebus admodum distantibus, verbi gratia, à firmamento in quo stellas conspicimus, ad oculos vsque videntis reflectantur, cum ipsi radij solares non possint reflecti à terra ad mediam vsque aeris regionem. Quod verò admittendæ sint imagines seu species intentionales quibus non tantùm visus, sed etiam cæteri sensus obsignentur ad percipienda sua obiecta tum præcedenti disputatione de sensu in communi, tum & in hac disputatione sectione præcedenti q. 2. sub finem docuimus.

Soluuntur quædam obiectiones.

Supersunt nonnullæ obiectiones quæ fiunt ab aduersariis hoc loco dissoluendæ. Prima, non videtur alia ratio reddi posse cur res pupillæ apposita non videatur, quam quia radius visorius impeditur quo minus sese effundat.

1. Obiectio. Solutio.

Respondetur aliam eamque veram causam esse, nempe quod oporteat illustrari medium, vt species rei obiectæ ad oculum deferatur: non potest autem illustrari cùm res visibilis ipsi oculo opponitur.

2. Obiectio.

Secunda obiectio. Si visio fieret per emissionem specierum ab obiectis, sequeretur varias easque penè innumerabiles rerum quas vno ictu videmus imagines simul in oculum illabi; atqui videtur impossibile in exigua oculi pupilla tãtam occursantium imaginum turbam simul recipi, quin saltem se mutuò turbent, & impediant.

Solutio.

Respondetur nihil mirum si in eodem oculo tot rerum imagines recipiantur, cùm in qualibet parte diaphani seu medij

perspi-

perſpicui reperiantur, neque timendum eſt ne ſibi inuicem impedimento ſint, cùm non ſint corpora nec contrarium habeant, licet ſint qualitates corporeæ, & à contrariis nonnunquam proficiſcantur, aut ne ſe perturbent cùm vbicunque exiſtant ſuam propriam repræſentandi obiecti vim ab alia diuerſam retineant.

Tertia obiectio. Qui ſe intuetur, in ſpeculo aduerſam ſui imaginem intuetur, ſignum igitur eſt eam à nobis nõ proficiſci: ſi enim ab aliquo imago proficiſceretur, profectò à tergo videretur. Reſpondetur in ſpeculo non videri imaginem, ſed rem obiectam per imaginem, quæ quidem imago ad oculum repercuſſa ita nobis rem repræſentat vt ab ea prodiit, cumque illa ſit imago faciei, ideo faciem non verò tergum repræſentat, quia tamen illam nobis aduerſam ſeu oppoſitam repræſentat, idcirco dextra pars in ſpeculo apparet læua, & è contra. *3. Obiectio.* *Solutio.*

Quarta obiectio. Conſtat nonnullos ſolo oculorum intuitu aliis nocuiſſe, & alios noctu lucem interdum prope oculos conſpicere, quæ & ſimilia non poſſunt explicari niſi per emiſſionem radiorum, aut ſpirituum animalium ex oculis. Reſpondetur non eſſe diffitendum ex oculis nonnunquam aliquid luminis exilire ad partes aeris viciniores, quod fit vberiore ſpiritu per meatus neruorum opticorum ad oculos confluente, indeque exterius emicante: Tranſmitti etiam ab oculis interdum noxias qualitates alibi docuimus, quas tamen ad viſionem quicquã conferre negamus, ſicut & illos exiles radios ſeu ſpiritus exiliter admodum emicantes viſionem parum promouere aſſerimus. *4. Obiectio.* *Solutio.*

De ipſa facultate videndi, deque ipſius organo.

QVAESTIO VIII.

HActenus de obiecto, deque actu huius facultatis dictum eſt, ſupereſt vt de ipſa facultate, deque eius organo, nempe oculo aliquid dicatur. *Difficultas proponitur.*

Vnum de facultate occurrit explicandum, in quonam ſubiecto ſit, cùm enim duo ſint præcipua viſionis inſtrumenta, nempe neruus opticus quo ſpiritus animales ad eliciendum viſionem neceſſarij à cerebro deferuntur, &

humor cryſtallinus, quæ eſt pars oculi media & velut cẽtrum: quorum in altero eſt vis ſubtilis & ignea, in altero pelluciditas nitida & aquea; dubitatur an in eorum altero, an in vtroque reſideat: & ſi in eorum altero, in quonam inſit. *Reſpondetur.* Reſpondemus primò non reſidere in vtroque, quia vt ſcribit Ariſt. 5. de hiſt. animalium c. 9. & alibi, viſus reſidet in parte homogenea, quia operationem habet ſui ſemper ſimilem. Secundò dicimus reſidere in humore cryſtallino: quia cùm ſit perſpicuus, terminetúrque à poſteriori parte humore vitreo, cenſeri debet aptiſſimus ad lumen recipiendum, ſimúlque ad recipiendas rerum obiectarum ſpecies: neque tamen propterea negandum eſt neruum opticum imprimis eſſe neceſſarium ad viſionem eliciendam. *Nota.* Et licet cùm duo ſint oculi duplex quoque ſit in vnoquoque animali videndi facultas, duplexque circa rem eandem fiat viſio: res tamen obiecta non apparet duplex, *Oculi.* quia ſpecies intentionalis in vtroque oculo recepta, eſt tantum apta idem numero obiectum repræſentare.

Quod ſpectat ad ipſius facultatis organum, nempe oculum, vnum quoque de illo præſertim explicandum occurrit, nempe quę ſit eius fructura ſeu fabrica, quibus inquam, conſtet partibus. Conſtat igitur oculus ſeptem muſculis, quinque tunicis, tribus humoribus, & neruo optico. Ex *Muſculi 7.* ſeptem muſculis vnus ſurſum, alter deorſum, duo dextrorſum & ſiniſtrorſum mouent, alij duo circunferunt, *Tunica 5.* ſeptimus ſuſtinet & illigat. Ex tunicis intima dicitur ſpecularis, quod vt ſpeculum niteat, & etiam ob ſubtilitatem tunicæ araneæ: ſecunda huic proxima reticularis dicitur, quia venulis & arteriis intexta retis effigiem exhibet: tertia dicitur vuea, quia ſimilis eſt vuæ folliculo: quarta dicitur cornea, quia tenuiſſimæ cornu laminæ perſimilis eſt: quinta dicitur adnata ſeu adhæreſcens; quia eius beneficio oculus proximis oſſibus adhæreſcit.

3. humores. Ex humoribus intimus dicitur cryſtallinus ſeu glacialis, quòd cryſtallum ſua pelluciditate imitetur, etſi aliquantulum mollis ſit: huic proximus à parte poſteriori humor vitreus ſeu albugineus oui albo perſimilis, à parte verò anteriori tertius, qui dicitur aqueus ab aquæ ſimilitudine.

Neruus opticus. Denique neruus opticus à cerebro proficiſcens deſinit in tunicam retiformem, duplicíque membrana induitur; interna

interna tenui,ex qua ortum habet tunica vuea:& externa dura,ex qua oritur tunica cornea.

Cum igitur oculus in globi figuram sit cõformatus, in eius medio seu centro relidet humor crystallinus, quem inuoluit tunica araneæ : hic humor ex parte posteriori immergitur humori vitreo , ex parte anteriori aqueo. Deinde humorem vitreum ex posteriori parte ambit tunica reticularis. Iam verò sequitur tertiùs humor,nempe aqueus , qui stat à parte anteriori humoris crystallini, quem propriè ambit vndequaque tunica vuea , in cuius tunicæ anteriori parte est rotundum foramen per quod humor crystallinus seu pupilla cernitur,& ab huius tunicæ colore qui varius in variis cernitur , oculi varij coloris esse dicuntur,vt nigri,cæsij,glauci,&c. fit autem huius tunicæ processus quidam ad latera humoris crystallini, quo velut interstitio secernitur humor aqueus à vitreo. Hanc tunicam proximè sequitur alia tunica durior,quæ totum oculum ambit, dicitúrque cornea,& pellucida est. Denique vltimum locum tenet tunica adnata seu adhærens colore alba , substantia pingui satis & crassa , quare ne visum impediret non obuoluit totum oculum,sed relinquit foramen rotundum , per quod cernitur non tantùm pupilla, sed etiam pars vueæ tunicæ diuersicolor pupillam in modum iridis circumuoluens,quæ omnia patent in sequenti paradigmate.

Qui finxit oculum non considerat? *Psal.93.*

OCVLI DESCRIPTIO iuxta opticos.



Tunicæ 5.
1. ἀραχνοειδὴς, *Tunica aranea.*
2. ἀμφιβληστροειδὴς, *Retiformis.*
3. ῥαγοειδὴς, *uvea.*
4. κερατοειδὴς, *cornea.*
5. ὑπερφυὴς, *adnata.*

humores 3.
1. κρυσταλλώδης, *Crystall.*
2. ὑαλοειδὴς, *vitreus.*
3. ὑδατώδης, *aqueus.*

Nonnulli recentiores sextam tunicam tenuem admodum & subtilem retiformi proximam qua vitreus humor undequaq; primò ambiatur, admittunt, quam propterea vitreum appellat. Nos verò hic Oculi fabricam ex communi sententia descripsimus.

TER-

TERTIA SECTIO,
De Auditu.

De eius obiecto, nempe sono.

QVAESTIO IX.

NOnnullæ difficultates de sono sigillatim explicandæ sunt.

Prima est quid sit Sonus. Respondetur sic optimè definiri posse, vt dicatur, Qualitas patibilis auditum afficiēs. Neque obest quod Aristoteles 2. de anima ca. 8. dixerit sonum esse motionem, loquitur enim in sensu causali, non formali quasi dicens sonum ex motu resultare. 1. *Diffi. altas, quid sit.*

Secunda est, quomodo fiat sonus. Respondetur ex Aristotele loco citato fieri per motum localē adiunctis quibusdam conditionibus, non quod motus localis ea sit alteratio qua immediatè & velut formaliter sonus producitur, sicut calefactione calor: talis enim alteratio quæ est formalis soni productio, dici debet sonatio: sed quod ex motu locali corporum quæ ad se inuicem alliduntur sequatur sonus. Vbi nota cùm inter ea quæ alliduntur sit sēper aliquid medium quod illorum allisione exploditur, sonum ex hac interiecti corporis expulsione & elisione immediatè sequi. Sic enim aer inter duo corpora attritus primùm frangitur, deinde fractus sonat: Et ratio quare corpora duriora, quæ minus vehementer colliduntur, maiorem & prolixiorem sonum edant, est, quia sua duritie & læuitate aerem magis frangunt. Conditiones autem quæ ab Aristotele loco citato requiruntur, non tam necessariè sunt vt absolutè sonus edatur, quam vt promptior, aut maior, aut prolixior fiat. Vt quod plura sint corpora quæ alliduntur à quibus id quod eliditur seu frangitur sit diuersum: hoc enim non est absolutè necessarium, vt patet, cùm ex collisione partium aeris, aut facta aeris percussione editur sonus: deinde quòd corpora sint dura, præterea quòd sint læuia, quòd eorum alterum saltem sit canum: denique quòd sint friabilia. Appellatur autem corpus friabile propriè id quòd in minutissimas partes infringi potest, vt vitrum: hoc loco verò friabile dicitur, cuius partes omnes statim atque percutitur contremiscunt, quod manifestum 2. *Diffi. altas. Quomodo fiat.* *Nota.* *Soni conditiones.*

est in tintinabulis: vbi nota, licèt sonus vt sit, absolutè pendeat ab illa corporum allisione & elisione, non tamen semper vt sit maior vel minor, sed sæpissimè id prouenit ex ipsa corporum qualitate ac dispositione.

3. difficultas. Quodnam sit soni subiectum. Tertia difficultas, quodnam sit soni subiectum in quo recipitur, an corpus sonans quod alliditur, an verò illud quod inter allisa corpora intercipitur. Respondetur recipi subiectiuè in isto corpore intermedio, verbi gratia, cũ duo corpora solida intercepta aere vel aqua sonum edũt, eiusmodi sonus non in solidis corporibus, sed in interiecto recipitur. Confirmatur hæc assertio, tum quia sonus immediatè fit ex fractione & cõpressione medij corporis, proindeque in eo potiùs quàm in solidis corporibus recipi debet, tum quia si in ipsis corporibus solidis posset recipi sonus, nihil obstare videretur quominus in vacuo posset fieri sonus, & cælestia corpora concentum facerent. Corpora autem quæ sonum edunt appellantur sonantia, non vt sono affecta, sed vt sonum efficientia.

Assertio nostra probatur.

4. Difficultas. Quodnam sit soni medium. Quarta difficultas est, quodnam sit medium per quod sonus defertur ad auditum. Respondetur sonũ per aerem & aquam non tantum intentionaliter, id est, quoad sui speciem: verum etiam realiter, hoc est, verè & secundùm se propagari. Et quidem de aere certum est: de aqua verò quod per ipsam sonus intentionaliter saltem propagetur constat experientia: nam sonum in aere vicino editũ pisces sub aquis percipiunt, quod non posset fieri nisi ad ipsos per intermediam aquam editi soni species peruenirent. Quod verò etiam realiter in aqua sonus fieri possit, probatur, tum quia pertica ferrea impetu in fundũ aquæ iniecta allisione facta ad filicem sonum edit, tum quia ranæ coaxantes intra aquam audiuntur à nobis in aere existẽtibus: debuit ergo sonus ille realiter in aqua existere vt eius species per aerem ad nos vsque perueniret. Id autem de igne elementari quod de aere sentiendum est. Quod ad terram spectat, probabile est ad aliquas vsque partes posse speciem soni in illa propagari, non tamen sonum ipsũ: quia obstat nimia illius soliditas: idémque dicendum de aliis corporibus solidis, ac præsertim de cœlis, nempe per ipsos sonum posse intentionaliter propagari, non verò realiter.

De aere. De aqua. De terra.

5. Difficultas. Quinta difficultas est, quonam pacto sonus per mediũ ad au-

Digitized by Google

ad auditum vsque traiiciatur. Respondetur inprimis ab ea parte in qua primo sonus recipitur, continuò speciem emitti, alioqui non possemus dignoscere vndenam sonus veniret. *Quomodo propagetur sonus.*

Quò fit vt licèt sonus in aliqua distantia à nobis editus ad nos vsque interdum realiter multiplicetur, tanquam distans tamen percipiatur, quia nempe præualet species quę ab ea parte emittitur in quâ primò sonus editur, quia est à fortiori principio, cùm sonus ibi vehementior sit quàm propè nos: quamuis non sit negandum nonnihil soni in viciniorib. partibus propagati percipi: quo fit vt non tam exactè possimus distãtiam soni primò editi dignoscere. Respondetur secundò, licèt sonus ad aliquam partem medij secundùm esse reale multiplicetur, non est tamen probabile eo pacto diffundi ad omnem distantiam, ad quam eius species deueniunt: nam sonus breuissimo temporis spatio procul auditur. Non videtur autem probabile sonum posse ad tantam distantiam realiter propagari, quare necesse est vt per solam speciem illuc vsque perueniat. Respondetur tertiò, licèt sonus tandiù solum duret, quam diu durat motus ex quo nascitur, cum ab ipso pendeat in fieri & conseruari, ad maius tamen spatiũ sese circunquaque extendit quàm ipse motus, quod tantum probabiliter asserimus, neque enim illud vlla necessaria ratione aut experientia probari potest. *Assertio.* 1. 2. 3.

Porrò, quia sonus à continuo seu successiuo motu dependet: hinc fit vt nonnisi successiuè producatur, ac proinde eius species ex accidenti successiuè ad aures nostras pertingant: quo fit vt interdum multò prius ictum visus percipiat, quàm auditus sonum, qui tamen ictum absque vlla interruptione subsequitur. *Nota.*

De quibusdam speciebus soni, nempe Voce & Echo.

QVAESTIO X.

QVod spectat ad vocem, ea animalium propria est, non quidem omnium, sed eorum in quibus organa ad eam efformandam necessaria reperiuntur. Definiri potest in hũc modum: Sonus ore animalis prolatus in aere à *Vocis definitio.* *Causa.*

est in tintinabulis: vbi nota, licèt sonus vt sit, absolutè pendeat ab illa corporum allisione & elisione, non tamen semper vt sit maior vel minor, sed sæpissimè id prouenit ex ipsa corporum qualitate ac dispositione.

3. difficultas. Quodnam sit sonis subiectum.

Tertia difficultas, quodnam sit soni subiectum in quo recipitur, an corpus sonans quod alliditur, an verò illud quod inter allisa corpora intercipitur. Respondetur recipi subiectiuè in isto corpore intermedio, verbi gratia, cũ duo corpora solida intercepta aere vel aqua sonum edũt, eiusmodi sonus non in solidis corporibus, sed in interiecto recipitur. Confirmatur hæc assertio, tum quia sonus immediatè fit ex fractione & cõpressione medij corporis, proindéque in eo potiùs quàm in solidis corporibus recipi debet, tum quia si in ipsis corporibus solidis posset recipi sonus, nihil obstare videretur quominus in vacuo possent fieri sonus, & cælestia corpora concentum facerent. Corpora autem quæ sonum edunt appellantur sonantia, non vt sono affecta, sed vt sonum efficientia.

Assertio nostra probatur.

4. Difficultas. Quodnam sit soni medium.

Quarta difficultas est, quodnam sit medium per quod sonus defertur ad auditum. Respondetur sonũ per aerem & aquam non tantum intentionaliter, id est, quoad sui speciem: verum etiam realiter, hoc est, verè & secundùm se propagari. Et quidem de aere certum est: de aqua verò quod per ipsam sonus intentionaliter saltem propagetur constat experientia: nam sonum in aere vicino editũ pisces sub aquis percipiunt, quod non posset fieri nisi ad ipsos per intermediam aquam editi soni species peruenirent. Quod verò etiam realiter in aqua sonus fieri possit, probatur, tum quia pertica ferrea, impetu in fundũ aquæ iniecta allisione facta ad filicem sonum edit, tum quia ranæ coaxantes intra aquam audiuntur à nobis in aere existẽtibus: debuit ergo sonus ille realiter in aqua existere vt eius species per aerem ad nos vsque peruenirent. Id autem de igne elementari quod de aere sentiendum est. Quod ad terram spectat, probabile est ad aliquas vsque partes posse speciem soni in illa propagari, non tamen sonum ipsũ: quia obstat nimia illius soliditas: idémque dicendum de aliis corporibus solidis, ac præsertim de cœlis, nempe per ipsos sonum posse intentionaliter propagari, non verò realiter.

De aere. De aqua. De terra.

5. Difficultas.

Quinta difficultas est, quonam pacto sonus per mediũ ad au-

ad auditum vsque traiiciatur. Respondetur inprimis ab ea parte in qua primo sonus recipitur, continuò speciem emitti, alioqui non possemus dignoscere vndenam sonus veniret. *Quomodo propagetur sonus.*

Quò fit vt licèt sonus in aliqua distantia à nobis editus ad nos vsque interdum realiter multiplicetur, tanquam distans tamen percipiatur, quia nempe prævalet species quę ab ea parte emittitur in quâ primò sonus editur, quia est à fortiori principio, cùm sonus ibi vehementior sit quàm propè nos: quamuis non sit negandum nonnihil soni in viciniorib. partibus propagati percipi: quo fit vt non tam exactè possimus distãtiam soni primò editi dignoscere. *Assertio. 1.*

Respondetur secundò, licèt sonus ad aliquam partem medij secundùm esse reale multiplicetur, non est tamen probabile eo pacto diffundi ad omnem distantiam, ad quam eius species deueniunt: nam sonus breuissimo temporis spatio procul auditur. Non videtur autem probabile sonum posse ad tantam distantiam realiter propagari, quare necesse est vt per solam speciem illuc vsque perueniat. *2.*

Respondetur tertiò, licèt sonus tandiù solum duret, quam diu durat motus ex quo nascitur, cum ab ipso pendeat in fieri & conseruari, ad maius tamen spatiũ sese circunquaque extendit quàm ipse motus, quod tantum probabiliter asserimus, neque enim illud vlla necessaria ratione aut experientia probari potest. *3.*

Porrò, quia sonus à continuo seu successiuo motu dependet: hinc fit vt nonnisi successiuè producatur, ac proinde eius species ex accidenti successiuè ad aures nostras pertingant: quo fit vt interdum multò prius ictum visus percipiat, quàm auditus sonum, qui tamen ictum absque vlla interruptione subsequitur. *Nota.*

De quibusdam speciebus soni, nempe Voce & Echo.

QVAESTIO X.

QVod spectat ad vocem, ea animalium propria est, non quidem omnium, sed eorum in quibus organa ad eam efformandam necessaria reperiuntur. Definiri potest in hũc modum: Sonus ore animalis prolatus in aere à *Vocis definitio.* *Causa.*

est in tintinabulis: vbi nota, licèt sonus vt sit, absolutè pendeat ab illa corporum allisione & elisione, non tamen semper vt sit maior vel minor, sed sæpissimè id prouenit ex ipsa corporum qualitate ac dispositione.

3. difficultas. Quodnam sit soni subiectum.

Tertia difficultas, quodnam sit soni subiectum in quo recipitur, an corpus sonans quod alliditur, an verò illud quod inter allisa corpora intercipitur. Respondetur recipi subiectiuè in isto corpore intermedio, verbi gratia, cũ duo corpora solida intercepta aere vel aqua sonum edũt, eiusmodi sonus non in solidis corporibus, sed in interiecto recipitur. Confirmatur hæc assertio, tum quia sonus immediatè fit ex fractione & cõpressione medij corporis, proindeque in eo potiùs quàm in solidis corporibus recipi debet, tum quia si in ipsis corporibus solidis posset recipi sonus, nihil obstare videretur quominus in vacuo posset fieri sonus, & cælestia corpora concentum facerent. Corpora autem quæ sonum edunt appellantur sonantia, non vt sono affecta, sed vt sonum efficientia.

Assertio nostra probatur.

4. Difficultas Quodnam sit soni medium.

Quarta difficultas est, quodnam sit medium per quod sonus defertur ad auditum. Respondetur sonũ per aerem & aquam non tantum intentionaliter, id est, quoad sui speciem: verum etiam realiter, hoc est, verè & secundùm se propagari. Et quidem de aere certum est: de aqua verò quod per ipsam sonus intentionaliter saltem propagetur constat experientia: nam sonum in aere vicino editũ pisces sub aquis percipiunt, quod non posset fieri nisi ad ipsos per intermediam aquam editi soni species peruenirent. Quod verò etiam realiter in aqua sonus fieri possit, probatur, tum quia pertica ferrea impetu in fundũ aquæ iniecta allisione facta ad filicem sonum edit, tum quia ranæ coaxantes intra aquam audiuntur à nobis in aere existẽtibus: debuit ergo sonus ille realiter in aqua existere vt eius species per aerem ad nos vsque peruenire. Id autem de igne elementari quod de aere sentiendum est. Quod ad terram spectat, probabile est ad aliquas vsque partes posse speciem soni in illa propagari, non tamen sonum ipsũ: quia obstat nimia illius soliditas: idémque dicendum de aliis corporibus solidis, ac præsertim de cœlis, nempe per ipsos sonum posse intentionaliter propagari, non verò realiter.

De aere. De aqua.

De terra.

5. Difficultas. Quinta difficultas est, quonam pacto sonus per mediũ ad au-

Digitized by Google

ad auditum vsque traiiciatur. Respondetur inprimis ab ea parte in qua primo sonus recipitur, continuò speciem emitti, alioqui non possemus dignoscere vndenam sonus veniret. *Quomodo propagetur sonus.*

Quò fit vt licèt sonus in aliqua distantia à nobis editus ad nos vsque interdum realiter multiplicetur, tanquam distans tamen percipiatur, quia nempe prævalet species quę ab ea parte emittitur in quâ primò sonus editur, quia est à fortiori principio, cùm sonus ibi vehementior sit quàm propè nos: quamuis non sit negandum nonnihil soni in viciniorib. partibus propagati percipi: quo fit vt non tam exactè possimus distãtiam soni primò editi dignoscere. Respondetur secundò, licèt sonus ad aliquam partem medij secundùm esse reale multiplicetur, non est tamen probabile eo pacto diffundi ad omnem distantiam, ad quam eius species deueniunt: nam sonus breuissimo temporis spatio procul auditur. Non videtur autem probabile sonum posse ad tantam distantiam realiter propagari, quare necesse est vt per solam speciem illuc vsque perueniat. Respondetur tertiò, licèt sonus tandiù solum duret, quam diu durat motus ex quo nascitur, cum ab ipso pendeat in fieri & conseruari, ad maius tamen spatiũ sese circunquaque extendit quàm ipse motus, quod tantum probabiliter asserimus, neque enim illud vlla necessaria ratione aut experientia probari potest. *Assertio. 1. 2. 3.*

Porrò, quia sonus à continuo seu successiuo motu dependet: hinc fit vt nonnisi successiuè producatur, ac proinde eius species ex accidenti successiuè ad aures nostras pertingant: quo fit vt interdum multò prius ictum visus percipiat, quàm auditus sonum, qui tamen ictum absque vlla interruptione subsequitur. *Nota.*

De quibusdam speciebus soni, nempe Voce & Echo.

QVAESTIO X.

QVod spectat ad vocem, ea animalium propria est, non quidem omnium, sed eorum in quibus organa ad eam efformandam necessaria reperiuntur. Definiri potest in hũc modum: Sonus ore animalis prolatus in aere à *Vocis definitio. Causa.*

est in tintinabulis: vbi nota, licèt sonus vt sit, absolutè pendeat ab illa corporum allisione & elisione, non tamen semper vt sit maior vel minor, sed sæpissimè id prouenit ex ipsa corporum qualitate ac dispositione.

3. difficultas. Quodnam sit soni subiectum.

Tertia difficultas, quodnam sit soni subiectum in quo recipitur, an corpus sonans quod alliditur, an verò illud quod inter allisa corpora intercipitur. Respondetur recipi subiectiuè in isto corpore intermedio, verbi gratia, cũ duo corpora solida intercepta aere vel aqua sonum edũt, eiusmodi sonus non in solidis corporibus, sed in interiecto recipitur. Confirmatur hæc assertio, tum quia sonus immediatè fit ex fractione & cõpressione medij corporis, proindeque in eo potiùs quàm in solidis corporibus recipi debet, tum quia si in ipsis corporibus solidis posset recipi sonus, nihil obstare videretur quominus in vacuo posset fieri sonus, & cælestia corpora concentum facerent. Corpora autem quæ sonum edunt appellantur sonantia, non vt sono affecta, sed vt sonum efficientia.

Assertio nostra probatur.

4. Difficultas. Quodnam sit soni medium.

Quarta difficultas est, quodnam sit medium per quod sonus defertur ad auditum. Respondetur sonũ per aerem & aquam non tantum intentionaliter, id est, quoad sui speciem: verum etiam realiter, hoc est, verè & secundùm se propagari. Et quidem de aere certum est: de aqua verò quod per ipsam sonus intentionaliter saltem propagetur constat experientia: nam sonum in aere vicino editũ pisces sub aquis percipiunt, quod non posset fieri nisi ad ipsos per intermediam aquam editi soni species peruenirent. Quod verò etiam realiter in aqua sonus fieri possit, probatur, tum quia pertica ferrea impetu in fundũ aquæ iniecta allisione facta ad filicem sonum edit, tum quia ranæ coaxantes intra aquam audiuntur à nobis in aere existẽtibus: debuit ergo sonus ille realiter in aqua existere vt eius species per aerem ad nos vsque peruenirent. Id autem de igne elementari quod de aere sentiendum est. Quod ad terram spectat, probabile est ad aliquas vsque partes posse speciem soni in illa propagari, non tamen sonum ipsũ: quia obstat nimia illius soliditas: idémque dicendum de aliis corporibus solidis, ac præsertim de cœlis, nempe per ipsos sonum posse intentionaliter propagari, non verò realiter.

De aere.

De aqua.

De terra.

5. Difficultas. Quinta difficultas est, quonam pacto sonus per mediũ ad au-

Digitized by Google

ad auditum vsque traiiciatur. Respondetur inprimis ab ea parte in qua primo sonus recipitur, continuò speciem emitti, alioqui non possemus dignoscere vndenam sonus veniret. *Quomodo propagetur sonus.*

Quò fit vt licèt sonus in aliqua distantia à nobis editus ad nos vsque interdum realiter multiplicetur, tanquam distans tamen percipiatur, quia nempe prævalet species quę ab ea parte emittitur in quâ primò sonus editur, quia est à fortiori principio, cùm sonus ibi vehementior sit quàm propè nos: quamuis non sit negandum nonnihil soni in viciniorib. partibus propagati percipi: quo fit vt non tam exactè possimus distãtiam soni primò editi dignoscere. Respondetur secundò, licèt sonus ad aliquam partem medij secundùm esse reale multiplicetur, non est tamen probabile eo pacto diffundi ad omnem distantiam, ad quam eius species deueniunt: nam sonus breuissimo temporis spatio procul auditur. Non videtur autem probabile sonum posse ad tantam distantiam realiter propagari, quare necesse est vt per solam speciem illuc vsque perueniat. Respondetur tertiò, licèt sonus tandiù solum duret, quam diu durat motus ex quo nascitur, cum ab ipso pendeat in fieri & conseruari, ad maius tamen spatiũ sese circunquaque extendit quàm ipse motus, quod tantum probabiliter asserimus, neque enim illud vlla necessaria ratione aut experientia probari potest. *Assertio.* 1. 2. 3.

Porrò, quia sonus à continuo seu successiuo motu dependet: hinc fit vt nonnisi successiuè producatur, ac proinde eius species ex accidenti successiuè ad aures nostras pertingant: quo fit vt interdum multò prius ictum visus percipiat, quàm auditus sonum, qui tamen ictum absque vlla interruptione subsequitur. *Nota.*

De quibusdam speciebus soni, nempe Voce & Echo.

QVAESTIO X.

QVod spectat ad vocem, ea animalium propria est, non quidem omnium, sed eorum in quibus organa ad eam efformandam necessaria reperiuntur. Definiri potest in hũc modum: Sonus ore animalis prolatus in aere à *Vocis descriptio.* *Causa.*

Digitized by Google

Qui finxit oculum non considerat? *Psal.93.*

OCVLI DESCRIPTIO iuxta opticos.



Tunicæ 5.
1. ἀραχνοειδὴς,
Tunica aranea.
2. ἀμφιβληστροειδὴς,
Reti formis.
3. ῥαγοειδὴς, *uuea.*
4. κερατοειδὴς, *cornea.*
5. ὀπτεφυικὼς, *adnata.*

humores 3.
1. κρυσταλλώδης, *Crystall.*
2. ὑαλοειδὴς, *vitreus.*
3. ὑδατώδης, *aqueus.*

Nonnulli recentiores sextam tunicam tenuem admodum & subtilem retiformi proximam qua vitreus humor undequaq; primò ambiatur, admittunt, quam propterea vitreum appellat. Nos verò hic Oculi fabricam ex communi sententia descripsimus.

TER-

TERTIA SECTIO,
De Auditu.

De eius obiecto, nempe sono.

QVAESTIO IX.

NOnnullæ difficultates de sono sigillatim explicandæ sunt.

Prima est quid sit Sonus. Respondetur sic optimè definiri posse, vt dicatur, Qualitas patibilis auditum afficiēs. Neque obest quod Aristoteles 2. de anima ca. 8. dixerit sonum esse motionem, loquitur enim in sensu causali, non formali quasi dicens sonum ex motu resultare. 1. *Diffi. altas. quid sit.*

Secunda est, quomodo fiat sonus. Respondetur ex Aristotele loco citato fieri per motum localē adiunctis quibusdam conditionibus, non quod motus localis ea sit alteratio qua immediatè & velut formaliter sonus producitur, sicut calefactione calor: talis enim alteratio quæ est formalis soni productio, dici debet sonatio: sed quod ex motu locali corporum quæ ad se inuicem alliduntur sequatur sonus. Vbi nota cùm inter ea quæ alliduntur sit sēper aliquid medium quod illorum allisione exploditur, sonum ex hac interiecti corporis expulsione & elisione immediatè sequi. Sic enim aer inter duo corpora attritus primùm frangitur, deinde fractus sonat: Et ratio quare corpora duriora, quæ minus vehementer colliduntur, maiorem & prolixiorem sonum edant, est, quia sua duritie & læuitate aerem magis frangunt. Conditiones autem quæ ab Aristotele loco citato requiruntur, non tam necessariè sunt vt absolutè sonus edatur, quam vt promptior, aut maior, aut prolixior fiat. Vt quod plura sint corpora quæ alliduntur à quibus id quod eliditur seu frangitur sit diuersum: hoc enim non est absolutè necessarium, vt patet, cùm ex collisione partium aeris, aut facta aeris percussione editur sonus: deinde quòd corpora sint dura, præterea quòd sint læuia, quòd eorum alterum saltem sit cauum: denique quòd sint friabilia. Appellatur autem corpus friabile propriè id quòd in minutissimas partes infringi potest, vt vitrum: hoc loco verò friabile dicitur, cuius partes omnes statim atque percutitur contremiscunt, quod manifestum

2. *Diffi. altas. Quomodo fiat.*

Nota.

Soni conditiones.

ad auditum vsque traiiciatur. Respondetur inprimis ab ea parte in qua primo sonus recipitur, continuò speciem emitti, alioqui non possemus dignoscere vndenam sonus veniret. *Quomodo propagetur sonus.*

Quò fit vt licèt sonus in aliqua distantia à nobis editus ad nos vsque interdum realiter multiplicetur, tanquam distans tamen percipiatur, quia nempe prævalet species quę ab ea parte emittitur in quâ primò sonus editur, quia est à fortiori principio, cùm sonus ibi vehementior sit quàm propè nos: quamuis non sit negandum nonnihil soni in viciniorib. partibus propagati percipi: quo fit vt non tam exactè possimus distãtiam soni primò editi dignoscere. *Assertio.* 1.

Respondetur secundò, licèt sonus ad aliquam partem medij secundùm esse reale multiplicetur, non est tamen probabile eo pacto diffundi ad omnem distantiam, ad quam eius species deueniunt: nam sonus breuissimo temporis spatio procul auditur. Non videtur autem probabile sonum posse ad tantam distantiam realiter propagari, quare necesse est vt per solam speciem illuc vsque perueniat. 2.

Respondetur tertiò, licèt sonus tandiù solum duret, quam diu durat motus ex quo nascitur, cum ab ipso pendeat in fieri & conseruari, ad maius tamen spatiũ sese circunquaque extendit quàm ipse motus, quod tantum probabiliter asserimus, neque enim illud vlla necessaria ratione aut experientia probari potest. 3.

Porrò, quia sonus à continuo seu successiuo motu dependet: hinc fit vt nonnisi successiuè producatur, ac proinde eius species ex accidenti successiuè ad aures nostras pertingant: quo fit vt interdum multò prius ictum visus percipiat, quàm auditus sonum, qui tamen ictum absque vlla interruptione subsequitur. *Nota.*

De quibusdam speciebus soni, nempe Voce & Echo.

QVAESTIO X.

QVod spectat ad vocem, ea animalium propria est, non quidem omnium, sed eorum in quibus organa ad eam efformandam necessaria reperiuntur. Definiri potest in hũc modum: Sonus ore animalis prolatus in aere à *Vocis descriptio.* *Causa.*

Digitized by Google

pulmonibus attracto cum quadam significandi intentione, præsertim in hominibus. In qua definitione quatuor causarum genera comprehenduntur, aer enim materia vocis est, animal efficiens, sonus forma & significatio finis. Quod autem Aristoteles 2. de anima ca. 8. dixit esse ictum aeris, id accipiendum est in sensu causali: quia nempe sonus ex ictu aeris prouenit. *Instrumenta.* Instrumenta autem ad vocem edēdam necessaria, sunt pulmones, aspera arteria, epiglottis seu lingula quæ asperæ arteriæ aditum versus os, cùm opus est, occludit & reserat: denique musculi intercostales, & diaphragma seu septum transuersū conducunt ad vocem efformandam, quatenus illorum opera thorax dilatatur, & etiam cùm necessarium est cōprimitur, vt inde aer validiùs expellatur. Vt autē vox fiat perfectior & articulata seu apta ad animi sensus exprimendos, præter supradicta requiruntur ista quatuor præsertim: nempe lingua, palatum, labia, & dentes.

Quid sit Echo. Quomodo excitetur. Quod spectat ad Echo, dicitur esse sonus reflexus, siue reflectatur per realem propagationem, siue, quod sæpius contingit, per intentionalem duntaxat: fit autem quando occurrit corpus à quo reflectitur sonus aut eius species, proinde atque occurrente corpore polito reflectitur species rei visibilis: sicque vt aliquid videri, ita quoque aliquid audiri potest, aut directè, aut per reflexionem. Tunc autem sonus aut eius species sæpius reflectitur (quo fit vt ipse sonus multoties audiatur) cùm occurrunt plura corpora concaua reuerberantia sonum vel speciem soni, quorum vnum celerius, alterum tardius impedit, ne species vlterius effundatur, ita vt cogatur in eam partem redire vnde profluxit. Ex quo intelligis ad percipiendum talem sonum requiri concauitatem loci alicuius dissiti: ibi enim species quasi conglobata fortior resilit in auditum. Porro non audiuntur in Echo nisi vltima ferè verba, quia licèt fiat reflexio totius vocis, tamen priores eius partes à subsequentibus continuò prolatis turbantur: quare solæ postremæ partes quarum regressus non impeditur, à nobis percipi consueuerunt.

De

De actione auditus seu auditione.

QVAESTIO XI.

NOnnulli arbitrati sunt tum sonũ percipi cum recepta eius specie moueretur ossiculus quidam in aure malleo similis, percuteretque alterum incudi similẽ, quasi vero percussio illa esset auditio. Verum fictitia est hæc opinio: nam interna illa ossiculorum contusio soni externi perceptionem impediret: neque eiusmodi ossicula ei officio à natura deputantur. Quare probabilius alij sentiunt auditionem fieri, cum species soni per medium aerem externum diffusa peruenit vsque ad aerem innatum in penitissima aurium parte residentem in quo fit soni perceptio eo modo quo in oculi pupilla fit visio. Itaque exigua illa ossa potiùs inseruiunt ad formandum & conseruandum spatium illud concauum in quo aer insitus continetur, & vt species intra organum melius recipiantur.

Quomodo fiat auditio.

Probabilior opinio tenenda.

De ipsa facultate & eius organo.

QVAESTIO XII.

DE ipsa facultate quæritur in quonam subiecto sit. Constat quidem in organo aurium tanquam in subiecto residere. Verùm cum multæ sint partes huius organi, quæstio est, in quanam potissimum resideat. Cui vt satisfiat notandum est, quod spectat ad fabricam huius organi, in flexuosa concauitate aurium esse membranam quandam protensam & per transuersum obiectam foramini aurium, quæ quia leuis est, tenuis, sicca, & tensa sicut membrana tympani, idcirco vocatur tympanum auditus: hanc stabiliunt tria ossicula, quorum vnum incudis, alterum malleoli, tertium stapedæ figurã refert. Intra ipsam congenitus quidam aer seruatur, qui non est eiusdem naturæ cum elementari, sed pars mixta corporis animati, proindeque animata. Vt autem oculis in neruum visoriũ desinit, sic tympanum auditus neruo cuidam affixus est è cerebro descendenti, per quem tum spiritus animales ad tympanũ deferũtur, tum soni species ad sensum communem transeunt. His præsuppositis: Respondemus facultatem audiendi residere in aere congenito seu insito, qui

Nodus difficultatis. De auris fabrica.

Proposita difficultatis resolutio.

Digitized by Google

intra tympanum auris continetur: ibi enim resident facultas audiendi, vbi fit auditio: atqui auditio fit in illo aere congenito, vt constat ex præcedenti quæstione. Ergo in eodem subiectiuè residet facultas: Licèt vltrò concedamus, cæteras organi partes auditiuæ facultati inseruire, & ad eliciendum actum eidem planè esse necessarias.

QVARTA SECTIO, de Olfactu.

De obiecto odoratus nempe odore.

QVAESTIO XIII.

1. difficultas, quid sit.

PRimùm de Odore quæritur quid sit. Posset in hunc modum breuiter definiri, nempe qualitas odoratu sẽsibilis. Ex qua definitione intelligere est odorem nõ esse fumidam substantiam, vt nonnulli arbitrati sunt: neque enim substantia est per se sensibilis, sed esse verum accidens de genere patibilium qualitatum.

2. difficultas, vndenam gignatur.

Secundò quæritur, vndenam gignatur odor. Respondetur oriri ex ea temperie primarum qualitatũ, in qua prędominatur siccitas calore humidum decoquente & exsiccante. Nasci odorem ex siccitate liquet ex eo, quod aridi & feruidi terrarum tractus, vt Arabiæ & Syriæ optimorũ odorum sunt feracissimi, & pleraque corpora odorifera nisi crementur, & in siccam exhalationem soluantur, odorem nullum emittunt: non quòd in corporibus odoriferis non debeat esse aliquid humidi, sed debet illud à sicco superari, & præterea à calore decoqui & attenuari, quo fit vt odorata omnia calore abundent: Ex his hanc prolixiorem odoris descriptionem colligere potes, vt dicatur, qualitas ex primarum commistione resultans dominante sicco & calido, atque olfactum mouens.

Accuratior odoris descriptio.

3. difficultas, quotuplex sit.

Tertio quæritur quotuplex sit odor. Respondetur odorum quidem species varias esse, nobis tamen propter huius sensus hebetudinem magna ex parte ignotas: quo fit, vt horum differentias non nisi translatitiis saporũ vocabulis exprimamus. Vt enim sapores, ita & odores acutos, acerbos, graues, & suaues dicimus. Notandũ autem istud est, quosdam odores esse gratos in ordine ad saporem & gustum

Nota.

Digitized by Google

gustum duntaxat, quo fit vt cum esurientibus placeant, satiatis nauseam afferant: quosdam verò per se & sine saporum respectu gratos esse, vt qui afflantur ex odoribus: neque enim cibi cupiditatem excitant, sed minuunt potiùs. Rursus odorum alij dicuntur simplices qui à natura rebus obueniunt, alij verò compositi, quos ex illorum varia commistione ars pigmentariorum conficit.

4. diffi ult. tus, quomodo diffundatur odor.

Quarto quæritur quomodo diffundatur odor per medium: cui vt satisfiat prænotandum est medium aptum odori propagando esse tùm aerem cùm aquàm: De aere quidem constat, de aqua verò probatur, quia pisces etiam noctu sub aquis positi ad pastum occurrunt, quod nonnisi odore allecti faciunt. Quo posito, ad propositam quæstionem respondemus, primò, odorem vt plurimùm simul cum tenuiorib. siue subtilioribus partibus, quæ p.. modum exhalationis è corpore odorifero effluunt, de.. rri, quod manifestissimis experientiis satis innotescit. Resp.. demus secundo odorem etiam absque humida substanti: diffundi secundùm esse intentionale, posse etiam interdum diffundi secundùm esse reale. Cuius assertionis prior pars patet ex eo quod cùm fumeus vapor nequeat ad loca remotissima propagari, alioqui oporteret rem odoriferam in fumum penitus absumi, & tamen odor à quibusdam animalibus vt à coruis, canibus, &c. in locis valde dissitis percipitur, necesse est vt illic odor communicetur saltem secundùm esse intentionale, seu quod odoris species illuc pertingat. Posterior pars licèt sit magis dubia, nobis tamen valde probabilis videtur: nihil enim obstat quominus odor corporis odoriferi simílem sibi odorem in medio aere procreet, & ab isto alius in vicina & continua parte aeris ad aliquam distantiam realiter producatur, licet vltrò concedamus odorem non ad tantam distantiam diffundi secundùm esse reale, ad quantam diffunditur secundùm esse intentionale.

1. Assertio.

2. Assertio.

Probatur prior eius pars.

Probatur po stremi pars.

De actione, facultate, & organo odoratus.

QVAESTIO XIV.

DE ipso actu odorandi nihil aliud dicēdum occurrit quàm ipsū fieri recepta specie odoris siue intētiona-

Digitized by Google

liter siue etiam realiter propagetur in ipsa facultate odorandi: de qua quæritur in quonam sit subiecto, seu quodnam sit eius proprium organum. Notandum igitur est in superiori extremitate narium extare duas carnosæ substantiæ portiunculas, quæ à mammillarum similitudine caruncvlæ mammillares seu papillares vocantur, quibus subest os multis foraminibus patens, quod propter spongiæ similitudinem spongiosum vocari cõsueuit, quod sicut bipartitum est, ita duos habet insignes meatus qui duobus nasi foraminibus respondent, Horum meatuum simul & caruncularum vsus est triplex, nempe respirandi, olfaciendi, & purgandi cerebrum. Obseruandum etiam est per hos meatus deriuari à cerebro neruos quosdam per ipsum nasum diffusos. His positis dubitatur in quanam parte resideat facultas odorandi, eiusque actus eliciatur, an in neruis narium, an in osse spongioso, an verò in illis duobus tuberculis seu caruncvlis mammillaribus. Respondemus residere in caruncvlis mammillaribus. Probatur, quia vt scribit Aristoteles, idcirco perfecta animalia egent respiratione ad olfaciendum, vt attollatur operculum superpositum organo olfactus. Operculum autem istud nihil aliud est quàm extremitas caruncularum mammillarium, ergo ipsæ mammillares caruncvlæ sunt organum peculiare olfactus. Deinde læsa anteriori parte cerebri cui appendent illę caruncvlę, non lęsis naribus, læditur facultas odorandi. Denique non apparet ad quod aliud munus natura, quæ nihil frustra molitur, eiusmodi tubercula instituerit.

Narium fabrica.

Nodus difficultatis.

Assertio tenenda probatur 1.

2.

QVINTA SECTIO,
De Gustu.

De eius obiecto, nempe Sapore.

QVAESTIO XV.

DVæ præcipuæ difficultates de sapore occurrunt explicandæ, nempe quid sit, & quotuplex.

1. Difficultas, quid sit sapor.

Quod ad priorem difficultatem attinet, breuiter definiri potest, Qualitas gustus sensibilis. Explicatiùs verò describitur ex Aristotele de sẽsu & sensi. c. 4. qualitas secũda patibilis in humido aqueo à sicco terrestri & calore oriũda gu-

Digitized by Google

dà gustum afficiens: in qua definitione quatuor saporum causæ exprimuntur: formalis est ipsum genus, nempe qualitas secunda patibilis: materialis est humidum, aqueum, & siccum terrestre: efficiens calor: finalis gustum afficere. Vbi nota ad procreandum saporem, humidum debere sicco dominari, quia vt odor magis in sicco quàm in humido: ita sapor magis in humido quàm in sicco consistit. Et quoniam nisi humidum & siccum præuia concoctione aptè misceantur, non solet sapor oriri, idcirco ad saporem procreandum calore opus est, siue innato, siue influxo, per quem aptè humidi & sicci concoctio peragatur. Porrò notandum illud non videri probabile, quod nonnulli existimant eundem saporem respectu diuersorum esse diuersæ speciei, verbi gratia, eandem herbam boui dulcem esse, homini verò amaram. Neque enim id contingit vnquam, vt quod vni dulce est, alteri sit amarum, modò sublata sint omnia impedimenta, quibus facultas decipi posset circa proprium sensibile, licèt possit fieri vt illud dulce quod vni gratum est, alteri sit iniucundum & insalubre, neque enim omnia dulcia omnibus grata sunt.

Notá.

Quod ad posteriorem difficultatem spectat, octo sunt præcipuæ saporum species quas Aristoteles enumerat 2. de anima c. 10. nempe dulcis, vt in melle; amarus vt in absynthio, pinguis vt in buthyro, salsus vt in mari, acer vt in allio, acerbus vt in pomis immaturis, acutus vt in oleis, acidus vt in aceto: Possent autem plures assignari, si magis specialiter diuidantur, vel pauciores, si ad prima sua genera reducantur, vt si saporem dicas in genere alium esse medium, alium verè extremum. Circa quàm diuisionem quæritur, quinam sint extremi sapores: Respondetur eos esse quos Aristoteles assignauit, nempe dulcem & amarum, quia isti in ratione saporum sunt maximè oppositi, cùm maximè contrario modo sensum afficiant, vt constat experientia, quemadmodum inter colores ij censentur extremi qui maximè contrario modo visum afficiũt, nempe candor disgregando, & nigredo congregando. Quod si considerentur sapores ratione primarum qualitatum ex quibus oriuntur, acerbus seu ponticus, qui ex intenso frigore, & acutus qui ex summo calore oritur, erunt extremi: sed ista consideratio non est saporum vt sapores sunt, sed prout ad corporis temperamentum spe-

2. Difficultas, quæ plex sit.

Quinam sint extremi sapores.

ciant: licèt autem quidam ex mediis inter se aut cum altero extremorum affinitatem quandam habeant, specie tamen omnes distinguunt. Porrò cùm plura corpora sapida permiscentur, probabile est non vnum saporem percipi, sed multiplicem, sicque & eiusmodi permistione nullum saporem diuersum à saporibus permistis resultare: quamuis nihil repugnet, adhibita præsertim concoctione fieri realiter permistionem, vt sapor essentialiter diuersus à permistis oriatur.

Sapor mixtus.

De actione gustus, eiusque facultate & organo.

QVAESTIO XVI.

Quomodo fiat gustatio.

QVoniam spectat ad actionem gustus hoc dunt axat monendum occurrit, etiam fieri recepta specie in organo gustus, idque absque externo medio, in quo differt à præcedentibus sensibus, & cum tactu conuenit, non tamen absque interno, nempe cuti, & forte carne spongiosa per quam intermediam sapor intentionaliter immutat facultatem gustandi.

Gustandi in lingua.

Quod attinet ad facultatem & eius organum seu obiectum, probabile est quod Aristoteles insinuat 2. de partibus animalium ca. 17. gustum esse in lingua, & quidem acriorē vim gustus esse in fastigio seu culpide linguæ, quā ad eius radices: quia nempe ea linguæ pars mollior existit, eiusque nerui licèt minores, sunt tamen molliores, ad sapores percipiendos magis idonei: vero simile etiam est eandem facultatem nonnihil extendi ad palatum in quod gustatorij nerui aliquantulum effundūtur. Est autem linguæ, quæ est præcipuum huius sensus organum, hæc fabrica. Ipsa ad radicem quæ faucibus cohæret, osse valido nititur, tunica cingitur pertenui, quæ toti ori communis est, nouem constat musculis quos media linea ad dextram leuamque diuidit, venis duabus maiusculis, totidémque arteriis, duobus item neruorum coniugiis: altero molliore dignoscendis saporibus destinato, altero duriore motui subseruiente intexitur.

Lingua fabrica.

Gustus qui differat à tactu.

Ex iis intelligere est gustum non esse tactum, sed ab ipso differre specie, quod discrimen patet, tum ex parte obiecti, cùm ex parte organi. Obiecti quidem, quia licet omne gustabile sit tactile, non tamen è contra omne id quod tangitur, gustari potest: ex quo intelligere est aliam esse

esse rationem formalem gustabilis, aliam verò tactilis: Organi verò, quia licet in ea parte in qua inest vis gustandi, tangendi quoque facultas resideat, non tamen è conuerso, vbicunque facultas tangendi reperitur, gustandi potentia cernitur.

SEXTA SECTIO,

De Tactu.

De illius obiecto, quodnam sit.

QVAESTIO XVII.

OBjectum tactus in genere dici potest, qualitas quæuis tactu sensibilis. Sunt autem qualitates ejusmodi primæ vel secundæ: illæ sunt quatuor vulgares, calor, frigus, humiditas, siccitas: hæ verò decem numerantur ab Aristotele 1. de ortu c. 2. quæ ex primis oriuntur: graue & leue, durum & molle, lubricum & aridum, asperum & lene, crassum & tenue: è quibus quatuor posteriores ad sensum communem videntur pertinere, cum non solùm tactu, sed etiam vsu percipiantur. Obseruandum etiam est primas qualitates peculiari quadã ratione & magis propriè afficere sensum quàm secundas, nempe immutando realiter temperiem seu complexionem insitam quatuor primarum qualitatum. Quare non immeritò arbitramur secundas qualitates non nisi secundaria ratione ad sensum tactus pertinere. *Qualitates sensibiles sunt primæ vel secundæ.*

Est autem hîc peculiaris difficultas de voluptate & dolore, titillatione, fame, & siti, num tactu percipiantur. Et quidem quod spectat ad voluptatem & dolorem; Respondetur, licèt vulgò dicatur sentiri voluptas & dolor, id tamen potiùs intelligendum esse de objecto voluptatis & doloris, quàm de ipsa voluptate aut dolore: Sunt enim voluptas & dolor propriè actus appetitus sensitiui, vt alibi docuimus: At verò istorum actuum objecta, sunt etiam tactu perceptibilia. Nam objectum voluptatis eius quæ ex tactu nascitur, est qualitas patibilis naturæ maximè conueniens sensui applicata: objectum verò oppositi doloris, qualitas naturæ disconueniens sensui applicata. Pertinent autem hæc ad tactum quatenus tangibi- *Nonnulla difficultas de voluptate & dolore.*

lia sunt, sicque eius actum terminant, qui neque dolor est, neque voluptas: Ad appetitum verò sensitiuum spectant sub ratione boni & mali præsentis secundùm actum proprium doloris & voluptatis.

2. de titillatione. Quod spectat ad titillationem, si sumatur pro ipsa attrectatione corporis, tunc erit sensibile commune, cùm sit motus localis, ad tactum tamen magis propriè pertinens: si verò pro horrore seu fuga attrectationis, & quadam voluptate: erit actus appetitus sensitiui.

3. De fame & siti. Deniq; quod spectat ad famē & sitim, tria in vnaquaq; illarum considerantur, in fame quidem primò diuulsio in ventriculo: secundo dolor ex ea ortus, tertio appetitio calidi & sicci. In siti verò primo intemperies ex nimia ariditate, secundo dolor ex ea ortus, tertio appetitio humidi & frigidi. Ex quibus dolor & appetitio pertinent ad appetitum sentientem, diuulsio ad tactum vt sensibile commune, deniq; intemperies ad eundem, vt sensibile proprium.

De actione tactus, an indigeat medio.

QVAESTIO XVIII.

Tactus nullo medio indiget. ID sibi peculiare vendicat iste sensus, vt nullo indigeat medio, siue externo, siue interno, quo suum obiectum percipiat. Et quidem quod nullo medio externo indigeat sicut nec gustus, experientia satis patet; cum videamus externa corpora vt aquam, & aërem immediatè per suas qualitates agere in sensorium tactus, seu immutare ac sensibiliter afficere corpus animalis: licet inter illa & corpus animalis nihil sit interjectum. Quod verò non opus sit interno medio probatur, quia organum tactus est tam caro quæ cutem complectitur, quàm neruus, licet caro aliquo modo dici possit medium internum respectu nerui. Cùm itaque sensatio tactus fiat in carne, & præsertim in ipsa cute, qua nihil extimius est in animali, sequitur non requiri medium internum ad actionem tactus. Quod autem nonnulli Aristotelis interpretes arbitrant duo corpora solida non posse immediatè se tangere, sed aliquid aëris inter illa semper intercipi, excedit omnem speciem probabilitatis. Quis enim sibi persuadeat globum æneum bellica machina explosum parietem non tangere quem perforat, aut clauum non tangere ligneum

Opinio ridicula exploditur.

cui

cui ſumma vi infigitur, & à quo tam ægrè euellitur?

Si objicias inde ſequi, ſenſibile ſupra ſenſum poſitum ſentiri, quod repugnat communi Peripateticæ ſcholæ, & ab Ariſtotele accepto 2. de anima cap. 11. axiomati, ſenſibile ſupra ſenſum poſitum non ſentiri. Reſpondetur tactum ab iſto Ariſtotelis pronunciato excipi, quod etiam de guſtu poteſt probabiliter aſſeri. Et certè abſurdum ſatis videtur quod ajunt oppoſitæ partis aſſertores, partem corporis calidam non ſuum, ſed vicinæ partis calorem percipere: ſequeretur enim in extremis partibus nihil ſentiri, & perpetuo nos decipi, cum plus caloris in qualibet parte corporis calida eſſe arbitraremur, quam verè ſit, non enim ſuum, ſed intenſiorem vicinæ partis calorem percipieret. Adde quod inter vicinam illam partem, & eam quæ ſentit ipſum calorem, deberet eſſe aliqua pars media, cuius calor non ſentiretur, quod valdè abſurdum eſt.

Obiectio.

Solutio.

De facultate tactus.

QVAESTIO XIX.

ISTud præſertim de facultate tactus occurrit explicandum, an ſit vna ſpecie facultas reſpectu cuiuſlibet objecti: Plerique enim multiplicem in eodem animali tactum, eumque ſpecie diſtinctum admittunt, eo præſertim ducti argumento quo Ariſtot. 2. de anima c. 11. t. 107. ad id comprobandum vſus eſt: Videlicet quod vnus ſpecie ſenſus circa vnam duntaxat contrarietatem verſetur, tactus autem verſetur circa plures contrarietates, quandoquidem percipit calidum & frigidum, ſiccum & humidum, &c. Probabilior tamen aliorum ſententia eſt, vnicum ſpecie ac numero tactum ineſſe in vnoquoque animali. Ratio huius ſententiæ eſt, quia huius facultatis objectum in ratione formali ſenſibilis vnum eſt ſpecie infima, ſeu habet vnam ſpecie rationem formalem: Quia qualitates omnes primo & per ſe tangibiles, habẽt vnum cũdémq; modum immutandi organum, non tantùm quia nullum exigunt medium vt ipſum immutent: ſed etiam quia congenitam ipſius temperiem realiter immutant. Ad argumentum oppoſitum reſpondetur, licèt objectum tactus materialiter ſpectatum ſit multiplex, & ſic multas contrarietates complectatur: formaliter tamen &

Vnicus ſpecie & numero tactus in vnoquoque animali.

esse sensus communis, obiecta præsentia percipere dū sē-sibus externis apprehenduntur: at nulla est ratio cur non possit idipsum phantasia præstare: si enim potest eas res percipere ac dignoscere vbi sensibus externis iam sūt perceptæ, cur non poterit easdem dignoscere dū sensibus externis apprehenduntur? Id etiam quod aiunt sensū communem percipere actiones cæterorum sensuū, non videtur phantasiæ denegandū. Adde quod non videtur probabile, quod aiunt phantasiam residere in portione cerebri cōtinua cum ea in qua residet sensus communis, cū nihil sit quod anteriores illas cerebri portiones discriminet.

4. Assertio. Quarta assertio. Est vnica facultas interna apprehensiua seu vnicus realiter sensus internus, qui nomine phantasię generatim sumpto significari potest. Cuius quartæ assertionis veritas ex præcedentium assertionum probatione satis constat. Neque obstat varia & multiplex operatio quæ inde promanat: hoc enim non arguit distinctionem facultatum: siquidem ab vno eodémve intellectu diuersæ admodum operationes profluunt; nam simplex apprehēsio multùm differt à iudicio, iudicium item à ratiocinatione, & tamen non admittitur propterea multiplex facultas intellectiua. Cellularum autem discrimen in cerebro, non ad sensuum distinctionem, sed ad alias vitæ functiones à natura positum est.

Cellulæ cerebri ad quem finem destinatæ.

Notandum. Notandum autem illud est, illam vnam reipsa facultatem apprehēsiuam virtute esse veluti quatruplicem, propter quatuor illa munia insigniter inter se distincta, quæ per sensum communem, phantasiam, æstimatiuam, & memoriam significantur. Quare de illis deinceps, quasi de quatuor distinctis facultatibus disseremus, licet verè non sint quatuor sensus realiter distincti.

De speciebus intentionalibus sensuum internorum.

QVAESTIO II.

VT externus, ita internus quoque sensus obiecti specie indiget vt ipsum percipiat, & quidem eo magis quod vt plurimum obiecti præsentia non iuuetur, cum sæpe numero circa res absentes versetur.

Species internorum sensuum duplicis est.

Sunt autem species eiusmodi duplicis generis, quędam dicuntur

dicuntur ſenſatæ, id eſt, repræſentatiuæ eorum quæ ſenſu aliquo percepta ſunt: aliæ non ſenſatæ, id eſt, repræſentatiuæ alicuius rei ſenſibilis ſub aliqua ratione quæ ſenſu non percipitur, vt cum oui repreſentatur lupus ſub ratione inimici. Rurſus ſenſatarum ſpecierum aliæ ſunt ſimplices, aliæ compoſitæ: illæ dicuntur quæ repræſentãt obiecta eodem modo quo percepta ſunt, vt cum ſpecies hominis viſi eundem repræſentat: hæ verò ex ſenſatis compoſitæ res quidem perceptas ſenſu repræſentant, ſed non eo modo quo ſunt perceptæ, verùm inter ſe coniunctas & compoſitas, vt cùm ex monte & auro viſis imaginatio ſibi repræſentat montem aureum nuſquam viſum.

Vndenam oriantur prædicta ſpecies.

Quæritur autem vndenam oriantur, & quomodo in interno ſenſu ſeu phantaſia producantur illæ ſpecies. Reſpõdetur primo ſpecies ſenſatas ſimplices à ſolis obiectis oriri, & effectiuè produci, ita vt ſpecies rerum ſenſibilium in ſenſibus externis receptæ beneficio ſpirituum animalium per neruos ſenſorios deferantur ad cerebrum quod eſt organum interni ſenſus ſeu phantaſiæ, & tunc appellantur phantaſmata. *2. Aſſertio.* Reſpondetur ſecundo ſpecies ſenſatas compoſitas ab eiſdẽ obiectis oriri à quibus ſimplices ex quibus componuntur, ita tamen vt interueniat operatio ipſius phantaſiæ ſpecies illas inter ſe componentis. Ex quo intelligis ſpecies compoſitas non eſſe diſtinctas à ſimplicibus ſimul iunctis. *3. Aſſertio.* Reſpondetur tertio ſpecies non ſenſatas eſſe omnibus animantibus naturaliter ingenitas, non verò ab ipſis rebus acceptas. Probatur, quoniam in animalibus naturalis quædam ſympathia & antipathia cernitur, ratione cuius quædam animalia facillimè inter ſe ſociantur: quædam verò etiamſi nihil vnquam detrimenti ſibi inuicem intulerint, naturaliter ſe fugiunt. Non poteſt autem eiuſmodi motio appetitus excitari abſque prima aliqua apprehenſione ſenſus interni, quæ fit adminiculo præſertim iſtarum ſpecierum non ſenſatarum.

De ſenſu communi.

QVAESTIO III.

ETſi vnicum internum ſenſum, nempe phantaſiam latè ſumpto nomine phantaſiæ eſſe dixerimus: is ta-

men sub diuersa consideratione, nempe in ordine ad varias functiones, varias quoque sortitur appellationes: quo fit vt modò sensus cõmunis, modo speciali ratione phantasia, modò æstimatiua, modò memoria denominetur. De isto igitur interno sensu sub quadruplici illa consideratione deinceps dicemus, & quidem hoc loco quatenus dicitur sensus communis.

Sensus communis munus triplex.

Est igitur proprium phantasiæ, quatenus dicitur sensus communis, tria potissimum præstare: primum est, non tãtùm omnia sensibilia, sed etiam omnes sensuum externorũ actus circa ipsa percipere: cùm enim animalia se sentire, videre, &c. percipiant, hæc autem cognitio non pertineat ad vllum ex quinque sensibus externis, cùm nulla potentia materialis possit super suam ipsius actionem reflecti, necesse est vt pertineat ad aliam altiorem communioremque potentiam, ad quam non tantum obiectorum, sed etiam functionum externarum imagines deferantur, quæ nihil aliud est quàm phantasia sub ratione sensus communis. Secundum munus est diuersorum sensuum obiecta discernere & diiudicare, quod nullus externorum sensuum præstare potest, cum vnusquisque circa proprij duntaxat obiecti differentias occupetur, vt aspectus circa atrum & candidum; similitérque reliqui sensus, hinc sensum communem aiunt esse cæterorum velut arbitrum & iudicem. Tertium munus est impertiri sensib. externis vim ad functiones suas obeundas per communicationem spirituum animalium, quos à se veluti fonte ac primario sentiendi instrumento effundit: vndè cum obstruitur via illa cerebri vbi residet vis ista sensus communis, per quam prædicti spiritus egrediuntur, vt in somno accidit, necesse est feriari externos sensus. Verum hic locus postulat vt de somno & de vigilia nonnihil dicamus.

De somno & vigilia.

QVAESTIO IV.

1. Definitas, quid sint.

PRimùm quæritur quid sint somnus & vigilia. Definitur vigilia omnium externorum sensuũ aut saltem aliquorum solutio & libertas. Somnus verò, qui est vigiliæ quædam priuatio, definitur ligatio omnium sensuum externorum

ternorum ad animantium quietem & salutem instituta. Ex qua definitione intelligis non fore somnum si vel vnus sensus externus euigilet: deinde eum non propriè dici somnum cùm vi morbi sensus obtorpescunt, vt contingit in lipothymia, epilepsia, præfocatione, &c.

Secundò quæritur, quomodo contingat somnus. Respõdetur tùm contingere cum ea cerebri pars obstruitur, ex qua velut ex communi quodam fonte solent animales spiritus ad externos sensus per neruos sensorios deriuari. Obstruuntur autem communia hæc ad sensus externos ostia, vaporibus è ventriculo in caput ascendentibus, quibus spiritus graues & torpidi tedduntur: Cùm enim se quieti dat aliquis, refrigerato mox aliquantulum cerebro addensantur vapores, sicque ponderosiores facti paulatim delabendo obturant meatus per quos spiritus animales ad externos sensus deferendi erant. Et quidem hæc obstructio non solum impedit descensum spirituum animalium è cerebro, sed etiam ascensum vitalium è corde ad idem cerebrum, cuius commercij cessatio quandiu durat tandiu somnus perseuerat. Quod autem pleno stomacho interdum non capiatur somnus, etsi opportuna hora captetur, prouenit ex quibusdam impedimentis, quæ vel in ventriculo euaporationem, vel in cerebro vaporum concretionem inhibet. Cæterùm ea quæ animum colligunt, & à sensuum distractione abducunt, qualia sunt lassitudo, suauitas, cantus, tenebræ, silentium magnopere somnum iuuant, quia tunc facile spiritus animales intus detinentur, & viæ per quas exeunt, faciliùs occluduntur. 2. *quomodo contingat somnus.*

Tertiò quæritur, quo fine animalibus concessus fuerit à natura somnus. Respondetur finem instituti somni esse commoda quæ animalibus ex ipso prouenium. Tempore enim somni collectâ ad internas functiones animâ, & auocato intus calore animalis potentia in cerebro spiritus animales restaurat, vitalis in corde spiritus vitales exactius elaborat, & naturalis facultas in alimenti decoctionem & totius corporis nutritionem impensius incumbit, sicque eius beneficio sanitati corporis consulitur, eiúsque vires instaurantur, quod tamen de somno moderato accipi debet; Nam immoderatus somnus non mediocriter sanitati officit; siquidem laxat membra, calorem natiuum hebetat, grauat caput, stupidos, socor- *cui fini data sint somnus à natura somnus.*

men sub diuersa consideratione, nempe in ordine ad varias functiones, varias quoque sortitur appellationes: quo fit vt modò sensus cõmunis, modo speciali ratione phantasia, modò æstimatiua, modò memoria denominetur. De isto igitur interno sensu sub quadruplici illa consideratione deinceps dicemus, & quidem hoc loco quatenus dicitur sensus communis.

Sensus communis munus triplex.

Est igitur proprium phantasiæ, quatenus dicitur sensus communis, tria potissimum præstare: primum est, non tãtùm omnia sensibilia, sed etiam omnes sensuum externorũ actus circa ipsa percipere: cùm enim animalia se sentire, videre, &c. percipiant, hæc autem cognitio non pertineat ad vllum ex quinque sensibus externis, cùm nulla potentia materialis possit super suam ipsius actionem reflecti, necesse est vt pertineat ad aliam altiorem communiorémque potentiam, ad quam non tantum obiectorum, sed etiam functionum externarum imagines deferantur, quæ nihil aliud est quàm phantasia sub ratione sensus communis. Secundum munus est diuersorum sensuum obiecta discernere & diiudicare, quod nullus externorum sensuum præstare potest, cum vnusquisque circa proprij duntaxat obiecti differentias occupetur, vt aspectus circa atrum & candidum; similitérque reliqui sensus, hinc sensum communem aiunt esse cæterorum velut arbitrum & iudicem. Tertium munus est impertiri sensib. externis vim ad functiones suas obeundas per communicationem spirituum animalium, quos à se veluti fonte ac primario sentiendi instrumento effundit: vndè cum obstruitur via illa cerebri vbi residet vis ista sensus communis, per quam prædicti spiritus egrediuntur, vt in somno accidit, necesse est feriari externos sensus. Verum hic locus postulat vt de somno & de vigilia nonnihil dicamus.

De somno & vigilia.

QVAESTIO IV.

1. Difficultas, quid sint.

PRimùm quæritur quid sint somnus & vigilia. Definitur vigilia omnium externorum sensuũ aut saltem aliquorum solutio & libertas. Somnus verò, qui est vigiliæ quædam priuatio, definitur ligatio omnium sensuum externorum

ternorum ad animantium quietem & salutem instituta. Ex qua definitione intelligis non fore somnum si vel vnus sensus externus euigilet: deinde cum non propriè dici somnum cùm vi morbi sensus obtorpescunt; vt contingit in lipothymia, epilepsia, præfocatione, &c.

Secundò quæritur, quomodo contingat somnus. Respõdetur tùm contingere cum ea cerebri pars obstruitur, ex qua velut ex communi quodam fonte solent animales spiritus ad externos sensus per neruos sensorios deriuari. Obstruuntur autem communia hæc ad sensus externos ostia, vaporibus è ventriculo in caput ascendentibus, quibus spiritus graues & torpidi tedduntur: Cùm enim se quieti dat aliquis, refrigerato mox aliquantulum cerebro addensantur vapores, sicque ponderosiores facti paulatim delabendo obturant meatus per quos spiritus animales ad externos sensus deferendi erant. Et quidem hæc obstructio non solum impedit descensum spirituum animalium è cerebro, sed etiam ascensum vitalium è corde ad idem cerebrum, cuius commercij cessatio quandiu durat tandiu somnus perseuerat. Quod autem pleno stomacho interdum non capiatur somnus, etsi opportuna hora captetur, prouenit ex quibusdam impedimentis, quæ vel in ventriculo euaporationem, vel in cerebro vaporum concretionem inhibet. Cæterùm ea quæ animum colligunt, & à sensuum distractione abducunt, qualia sunt lassitudo, suauitas, cantus, tenebræ, silentium magnopere somnum iuuant, quia tunc facile spiritus animales intus detinentur, & viæ per quas exeunt, faciliùs occluduntur.

2. quomodo contingat somnus.

Tertiò quæritur, quo fine animalibus concessus fuerit à natura somnus. Respondetur finem instituti somni esse commoda quæ animalibus ex ipso prouenium. Tempore enim somni collectâ ad internas functiones animâ, & auocato intus calore animalis potentia in cerebro spiritus animales restaurat, vitalis in corde spiritus vitales exactius elaborat, & naturalis facultas in alimenti decoctionem & totius corporis nutritionem impensius incumbit, sicque eius beneficio sanitati corporis consulitur, eiúsque vires instaurantur, quod tamen de somno moderato accipi debet; Nam immoderatus somnus non mediocriter sanitati officit; siquidem laxat membra, calorem natiuum hebetat, grauat caput, stupidos, socor-

cui fini dei sinetur à natura somnus.

men ſub diuerſa conſideratione, nempe in ordine ad varias fūctiones, varias quoque ſortitur appellationes: quo fit vt modò ſenſus cōmunis, modo ſpeciali ratione phantaſia, modò æſtimatiua, modò memoria denominetur. De iſto igitur interno ſenſu ſub quadruplici illa conſideratione deinceps dicemus, & quidem hoc loco quatenus dicitur ſenſus communis.

Senſus communis munus triplex.

Eſt igitur proprium phantaſiæ, quatenus dicitur ſenſus communis, tria potiſſimum præſtare: primum eſt, non tātùm omnia ſenſibilia, ſed etiam omnes ſenſuum externorū actus circa ipſa percipere: cùm enim animalia ſe ſentire, videre, &c. percipiant, hæc autem cognitio non pertineat ad vllum ex quinque ſenſibus externis, cùm nulla potentia materialis poſſit ſuper ſuam ipſius actionem reflecti, neceſſe eſt vt pertineat ad aliam altiorem communioremque potentiam, ad quam non tantum obiectorum, ſed etiam functionum externarum imagines deferantur, quæ nihil aliud eſt quàm phantaſia ſub ratione ſenſus communis. Secundum munus eſt diuerſorum ſenſuum obiecta diſcernere & diiudicare, quod nullus externorum ſenſuum præſtare poteſt, cum vnuſquiſque circa proprij duntaxat obiecti differentias occupetur, vt aſpectus circa atrum & candidum; ſimilitérque reliqui ſenſus, hinc ſenſum communem aiunt eſſe cæterorum velut arbitrum & iudicem. Tertium munus eſt impertiri ſenſib. externis vim ad functiones ſuas obeundas per communicationem ſpirituum animalium, quos à ſe veluti fonte ac primario ſentiendi inſtrumento effundit: vndè cum obſtruitur via illa cerebri vbi reſidet vis iſta ſenſus communis, per quam prædicti ſpiritus egrediuntur, vt in ſomno accidit, neceſſe eſt feriari externos ſenſus. Verum hic locus poſtulat vt de ſomno & de vigilia nonnihil dicamus.

De ſomno & vigilia.

QVAESTIO IV.

1. Difficultas, quid ſint.

PRimùm quæritur quid ſint ſomnus & vigilia. Definitur vigilia omnium externorum ſenſuū aut ſaltem aliquorum ſolutio & libertas. Somnus verò, qui eſt vigiliæ quædam priuatio, definitur ligatio omnium ſenſuum externorum

ternorum ad animantium quietem & salutem instituta. Ex qua definitione intelligis non fore somnum si vel vnus sensus externus euigilet: deinde eum non propriè dici somnum cùm vi morbi sensus obtorpescunt, vt contingit in lipothymia, epilepsia, præfocatione, &c.

Secundò quæritur, quomodo contingat somnus. Respondetur tùm contingere cum ea cerebri pars obstruitur, ex qua velut ex communi quodam fonte solent animales spiritus ad externos sensus per neruos sensorios deriuari. Obstruuntur autem communia hæc ad sensus externos ostia, vaporibus è ventriculo in caput ascendentibus, quibus spiritus graues & torpidi redduntur: Cùm enim se quieti dat aliquis, refrigerato mox aliquantulum cerebro addensantur vapores, sicque ponderosiores facti paulatim delabendo obturant meatus per quos spiritus animales ad externos sensus deferendi erant. Et quidem hæc obstructio non solum impedit descensum spirituum animalium è cerebro, sed etiam ascensum vitalium è corde ad idem cerebrum, cuius commercij cessatio quandiu durat tandiu somnus perseuerat. Quod autem pleno stomacho interdum non capiatur somnus, etsi opportuna hora captetur, prouenit ex quibusdam impedimentis, quæ vel in ventriculo euaporationem, vel in cerebro vaporum concretionem inhibet. Cæterùm ea quæ animum colligunt, & à sensuum distractione abducunt, qualia sunt lassitudo, suauitas, cantus, tenebræ, silentium magnopere somnum iuuant, quia tunc facile spiritus animales intus detinentur, & viæ per quas exeunt, faciliùs occluduntur.

2. *quomodo contingat somnus.*

Tertiò quæritur, quo fine animalibus concessus fuerit à natura somnus. Respondetur finem instituti somni esse commoda quæ animalibus ex ipso prouenium. Tempore enim somni collectâ ad internas functiones animâ, & auocato intus calore animalis potentia in cerebro spiritus animales restaurat, vitalis in corde spiritus vitales exactius elaborat, & naturalis facultas in alimenti decoctionem & totius corporis nutritionem impensius incumbit, sicque eius beneficio sanitati corporis consulitur, eiúsque vires instaurantur, quod tamen de somno moderato accipi debet; Nam immoderatus somnus non mediocriter sanitati officit; siquidem laxat membra, calorem natiuum hebetat, grauat caput, stupidos, socor-

cui fini detinetur à natura somnus.

lia sunt, sicque eius actum terminant, qui neque dolor est, neque voluptas: Ad appetitum verò sensitiuum spectant sub ratione boni & mali præsentis secundùm actum proprium doloris & voluptatis.

2. de titillatione. Quod spectat ad titillationem, si sumatur pro ipsa attrectatione corporis, tunc erit sensibile commune, cùm sit motus localis, ad tactum tamen magis propriè pertinens: si verò pro horrore seu fuga attrectationis, & quadam voluptate: erit actus appetitus sensitiui.

3. De fame & siti. Deniq; quod spectat ad famē & sitim, tria in vnaquaq; illarum considerantur, in fame quidem primò diuulsio in ventriculo: secundo dolor ex ea ortus, tertio appetitio calidi & sicci. In siti verò primo intemperies ex nimia ariditate, secundo dolor ex ea ortus, tertio appetitio humidi & frigidi. Ex quibus dolor & appetitio pertinent ad appetitum sentientem, diuulsio ad tactum vt sensibile commune, deniq; intemperies ad eundem, vt sensibile proprium.

De actione tactus, an indigeat medio.

QVAESTIO XVIII.

Tactus nullo medio indiget. ID sibi peculiare vendicat iste sensus, vt nullo indigeat medio, siue externo, siue interno, quo suum obiectum percipiat. Et quidem quod nullo medio externo indigeat sicut nec gustus, experientia satis patet; cum videamus externa corpora vt aquam, & aërem immediatè per suas qualitates agere in sensorium tactus, seu immutare ac sensibiliter afficere corpus animalis: licet inter illa & corpus animalis nihil sit interjectum. Quod verò non opus sit interno medio probatur, quia organum tactus est tam caro quæ cutem complectitur, quàm neruus, licet caro aliquo modo dici possit medium internum respectu nerui. Cùm itaque sensatio tactus fiat in carne, & præsertim in ipsa cute, qua nihil extimius est in animali, sequitur non requiri medium internum ad actionem tactus. Quod autem nonnulli Aristotelis interpretes autumant duo corpora solida non posse immediatè se tangere, sed aliquid aëris inter illa semper intercipi, excedit omnem speciem probabilitatis. Quis enim sibi persuadeat globum æneum bellica machina explosum parietem non tangere quem perforat, aut clauum non tangere lignum

Opinio ridicula exploditur.

cui

cui ſumma vi infigitur, & à quo tam ægrè euellitur?

Si objicias inde ſequi, ſenſibile ſupra ſenſum poſitum ſentiri, quod repugnat communi Peripateticæ ſchola, & ab Ariſtotele accepto 2. de anima cap. 11. axiomati, ſenſibile ſupra ſenſum poſitum non ſentiri. Reſpondetur tactum ab iſto Ariſtotelis pronunciato excipi, quod etiam de guſtu poteſt probabiliter aſſeri. Et certè abſurdum ſatis videtur quod ajunt oppoſitæ partis aſſertores, partem corporis calidam non ſuum, ſed vicinæ partis calorem percipere: ſequeretur enim in extremis partibus nihil ſentiri, & perpetuo nos decipi, cum plus caloris in qualibet parte corporis calida eſſe arbitraremur, quam verè ſit, non enim ſuum, ſed intenſiorem vicinæ partis calorem perciperet. Adde quod inter vicinam illam partem, & eam quæ ſentit ipſum calorem, deberet eſſe aliqua pars media, cuius calor non ſentiretur, quod valdè abſurdum eſt.

Obiectio.

Solutio.

De facultate tactus.

QVÆSTIO XIX.

ISTud præſertim de facultate tactus occurrit explicandum, an ſit vna ſpecie facultas reſpectu cuiuſlibet objecti: Plerique enim multiplicem in eodem animali tactum, eumque ſpecie diſtinctum admittunt, eo præſertim ducti argumento quo Ariſtot. 2. de anima c. 11. t. 107. ad id comprobandum vſus eſt: Videlicet quod vnus ſpecie ſenſus circa vnam duntaxat contrarietatem verſetur, tactus autem verſetur circa plures contrarietates, quandoquidem percipit calidum & frigidum, ſiccum & humidum, &c. Probabilior tamen aliorum ſententia eſt, vnicum ſpecie ac numero tactum ineſſe in vnoquoque animali. Ratio huius ſententiæ eſt, quia huius facultatis objectum in ratione formali ſenſibilis vnum eſt ſpecie infima, ſeu habet vnam ſpecie rationem formalem: Quia qualitates omnes primo & per ſe tangibiles, habẽt vnum cũdémq; modum immutandi organum, non tantùm quia nullum exigunt medium vt ipſum immutent: ſed etiam quia congenitam ipſius temperiem realiter immutant. Ad argumentum oppoſitum reſpondetur, licèt objectum tactus materialiter ſpectatum ſit multiplex, & ſic multas contrarietates complectatur: formaliter tamen &

Vnicus ſpecie & numero tactus in vnoquoque animali.

in ratione tactilis esse vnum, ac proinde vt sic, omnis contrarietatis expers.

De organo tactus.

QVAESTIO XX.

COmmunis quidem sententia Philosophorum est organum tactus nulli parti corporis affixum, sed per omnia eius membra fusum esse. Quodnam autem illud sit ambigitur: dùm nonnulli carnem, alij neruum illud esse contendunt. Nos verò valde probabile esse arbitramur neq; solam carnem, neq; solum neruum, sed vtrumq; esse organum seu instrumentum tactus. Vbi nomen carnis latè accipimus quatenus enim, membranas, & alia id genus complectitur. Probatur autem hæc assertio validissima hac ratione. Ibi sensorium est vbi fit sensio: atqui fit sensio in supradictis omnibus partibus cùm in ijs percipiatur læsio, vt constat experientia. Constat tamen maximè vigere tactum in extrema cute, ea namque primarum qualitatum differentias multò melius quàm alia corporis parte dignoscimus. Et adhuc ex ipsa cute ea pars magis sentit, quæ volam manus contegit, quod à natura curatum fuit, quia manus commune est rerum tangendarum & prehendendarum instiumentum. Sed hæc satis de sensibus externis: deinceps de internis dicendum.

Organum tactus esse corpore fusum.

TERTIA DISPVTATIO
huius tractatus.

De sensibus internis.

De numero sensuum internorum.

QVAESTIO I.

COmmunis quidem sententia est quatuor esse sensus internos re & natura diuersos: nempe sensum cõmunem, phantasiam, æstimatiuam, & memoriam. Probabilis aliorum est opinio tres tantùm esse, eorum nempe qui æstimatiuam à phantasia non distinguunt. Probabilior adhuc

adhuc & magis Aristotelica duos duntaxat esse sensus internos, nempe sensum communem & phantasiam, cùm de illis tantùm mentionem faciat in lib. de anima, ita vt à phantasia reliqui minimè distinguantur. Verùm probabilissima omnium sententia nobis videtur, vnicum duntaxat esse sensum internum, vnicum inquam, realiter & numero, licet aliquo modo, &, vt loquũtur, virtualiter multiplex esse videatur. Quæ sententia sequentibus assertionibus declaratur, simul & oppositæ sententiæ refutantur. *Vnicus realiter sensus internus.*

Prima assertio. Æstimatiua, siue cogitatiua non est facultas distincta à phantasia. Probatur, quia ea officia quæ tribuuntur æstimatiuæ seu cogitatrici, nempe res non sensatas, seu sensu antea minimè cognitas percipere, eásque tùm inter se, tùm cum sensatis variè coniungere, possunt commodè ad eandem phantasiæ facultatem reuocari: licèt enim res non sensatas percipere nobiliùs sit quàm res iam sensu perspectas dignoscere: non tamen est necesse ad hæc duo ministeria adhibenda plures ascíscere facultates, cùm vna eademque alias magis, alias minùs nobiles actiones præstare possit. Adde quod cùm sint quatuor cellulæ in cerebro, & duæ anteriores vulgo sensui communi, postrema memoriæ deputetur: vnica supereſt media, vnicę facultati deputanda, nempe phantasię seu æstimatiuæ, sicque æstimatiua non erit distincta à phantasia, saltem iuxta eorum sententiam, qui sensus internos ex variis cerebri cellulis colligunt. *1. Assertio.*

Secunda assertio. Memoria non est distincta facultas seu diuersus sensus à phantasia: quia nullum aliud officium memoriæ magis proprium videtur esse quàm species siue ingenitas, siue per sensus externos receptas conseruare, quod non satis est ad sensum constituendum. Obiicies proprium esse memoriæ res præteritas recordari. Respondetur illud esse opus phantasiæ, neque enim maioris negotij est res præteritas quam absentes imaginari, quod sola præstat phantasia. Adde quod ad retinendas rerum imagines, nihil opus est organo omnino diuerso, sed distincta organi parte, quæ paulò siccior sit, ac proinde tenacior. *2. Assertio.* *Obiectio.* *Solutio.*

Tertia assertio. Sensus communis non est facultas distincta à phantasia. Quod enim sensui communi tribui solet, non videtur denegandum phantasiæ: Aiunt propriũ *3. Assertio.*

esse sensus communis, obiecta præsentia percipere dũ sẽsibus externis apprehenduntur: at nulla est ratio cur non possit idipsum phantasia præstare: si enim potest eas res percipere ac dignoscere vbi sensibus externis iam sũt perceptæ, cur non poterit easdem dignoscere dũ sensibus externis apprehenduntur? Id etiam quod aiunt sensũ communem percipere actiones cæterorum sensuũ, non videtur phantasiæ denegandũ. Adde quod non videtur probabile, quod aiunt phantasiam residere in portione cerebri cõtinua cum ea in qua residet sensus communis, cũ nihil fit quod anteriores illas cerebri portiones discriminet.

4 Assertio. Quarta assertio. Est vnica facultas interna apprehensiua seu vnicus realiter sensus internus, qui nomine phantasię generatim sumpto significari potest. Cuius quartæ assertionis veritas ex præcedentium assertionum probatione satis constat. Neque obstat varia & multiplex operatio quæ inde promanat: hoc enim non arguit distinctionem facultatum: siquidem ab vno eodémve intellectu diuersæ admodum operationes profluunt; nam simplex apprehẽsio multùm differt à iudicio, iudicium item à ratiocinatione, & tamen non admittitur propterea multiplex facultas intellectiua. Cellularum autem discrimen in cerebro, non ad sensuum distinctionem, sed ad alias vitæ functiones à natura positum est.

Cellulæ cerebri ad quem sint finem destinatæ.

Notandum. Notandum autem illud est, illam vnam reipsa facultatem apprehẽsiuam virtute esse veluti quatruplicem, propter quatuor illa munia insigniter inter se distincta, quæ per sensum communem, phantasiam, æstimatiuam, & memoriam significantur. Quare de illis deinceps, quasi de quatuor distinctis facultatibus disseremus, licèt verè non sint quatuor sensus realiter distincti.

De speciebus intentionalibus sensuum internorum.

QVAESTIO II.

VT externus, ita internus quoque sensus obiecti specie indiget vt ipsum percipiat, & quidem eo magis quod vt plurimum obiecti præsentia non iuuetur, cum sæpe numero circa res absentes versetur.

Species internorum sensuum duplicem.

Sunt autem species eiusmodi duplicis generis, quędam dicuntur

Digitized by Google

dicuntur sensatæ, id est, repræsentatiuæ eorum quæ sensu aliquo percepta sunt: aliæ non sensatæ, id est, repræsentatiuæ alicuius rei sensibilis sub aliqua ratione quæ sensu non percipitur, vt cum oui repræsentatur lupus sub ratione inimici. Rursus sensatarum specierum aliæ sunt simplices, aliæ compositæ: illæ dicuntur quæ repræsentãt obiecta eodem modo quo percepta sunt, vt cum species hominis visi eundem repræsentat: hæ verò ex sensatis compositæ res quidem perceptas sensu repræsentant, sed non eo modo quo sunt perceptæ, verùm inter se coniunctas & compositas, vt cùm ex monte & auro visis imaginatio sibi repræsentat montem aureum nusquam visum.

Vndenam oriantur præd. species.

Quæritur autem vndenam oriantur, & quomodo in interno sensu seu phantasia producantur illæ species. Respõdetur primo species sensatas simplices à solis obiectis oriri, & effectiuè produci, ita vt species rerum sensibilium in sensibus externis receptæ beneficio spirituum animalium per neruos sensorios deferantur ad cerebrum quod est organum interni sensus seu phantasiæ, & tunc appellantur phantasmata. Respondetur secundo species sensatas compositas ab eisdẽ obiectis oriri à quibus simplices ex quibus componuntur, ita tamen vt interueniat operatio ipsius phantasiæ species illas inter se componentis. Ex quo intelligis species compositas non esse distinctas à simplicibus simul iunctis. Respondetur tertio species non sensatas esse omnibus animantibus naturaliter ingenitas, non verò ab ipsis rebus acceptas. Probatur, quoniam in animalibus naturalis quædam sympathia & antipathia cernitur, ratione cuius quædam animalia facillimè inter se sociantur: quædam verò etiamsi nihil vnquam detrimenti sibi inuicem intulerint, naturaliter se fugiunt. Non potest autem eiusmodi motio appetitus excitari absque prima aliqua apprehensione sensus interni, quæ fit adminiculo præsertim istarum specierum non sensatarum.

2. Assertio.

3. Assertio.

De sensu communi.

QVAESTIO III.

ETsi vnicum internum sensum, nempe phantasiam latè sumpto nomine phantasiæ esse dixerimus: is ta-

men ſub diuerſa conſideratione, nempe in ordine ad varias fūctiones, varias quoque ſortitur appellationes: quo fit vt modò ſenſus cōmunis, modo ſpeciali ratione phantaſia, modò æſtimatiua, modò memoria denominetur. De iſto igitur interno ſenſu ſub quadruplici illa conſideratione deinceps dicemus, & quidem hoc loco quatenus dicitur ſenſus communis.

Senſus communis munus triplex.

Eſt igitur proprium phantaſiæ, quatenus dicitur ſenſus communis, tria potiſſimum præſtare: primum eſt, non tātùm omnia ſenſibilia, ſed etiam omnes ſenſuum externorū actus circa ipſa percipere: cùm enim animalia ſe ſentire, videre, &c. percipiant, hæc autem cognitio non pertineat ad vllum ex quinque ſenſibus externis, cùm nulla potentia materialis poſſit ſuper ſuam ipſius actionem reflecti, neceſſe eſt vt pertineat ad aliam altiorem communioremque potentiam, ad quam non tantum obiectorum, ſed etiam functionum externarum imagines deferantur, quæ nihil aliud eſt quàm phantaſia ſub ratione ſenſus communis. Secundum munus eſt diuerſorum ſenſuum obiecta diſcernere & diiudicare, quod nullus externorum ſenſuum præſtare poteſt, cum vnuſquiſque circa proprij duntaxat obiecti differentias occupetur, vt aſpectus circa atrum & candidum; ſimilitérque reliqui ſenſus, hinc ſenſum communem aiunt eſſe cæterorum velut arbitrum & iudicem. Tertium munus eſt impertiri ſenſib. externis vim ad functiones ſuas obeundas per communicationem ſpirituum animalium, quos à ſe veluti fonte ac primario ſentiendi inſtrumento effundit: vndè cum obſtruitur via illa cerebri vbi reſidet vis iſta ſenſus communis, per quam prædicti ſpiritus egrediuntur, vt in ſomno accidit, neceſſe eſt feriari externos ſenſus. Verum hic locus poſtulat vt de ſomno & de vigilia nonnihil dicamus.

De ſomno & vigilia.

QVAESTIO IV.

1. Definitur, quid ſint.

PRimùm quæritur quid ſint ſomnus & vigilia. Definitur vigilia omnium externorum ſenſuū aut ſaltem aliquorum ſolutio & libertas. Somnus verò, qui eſt vigiliæ quædam priuatio, definitur ligatio omnium ſenſuum externorum

ternorum ad animantium quietem & salutem instituta. Ex qua definitione intelligis non fore somnum si vel vnus sensus externus euigilet: deinde eum non propriè dici somnum cùm vi morbi sensus obtorpescunt, vt contingit in lipothymia, epilepsia, præfocatione, &c.

Secundò quæritur, quomodo contingat somnus. Respõdetur tùm contingere cum ea cerebri pars obstruitur, ex qua velut ex communi quodam fonte solent animales spiritus ad externos sensus per neruos sensorios deriuari. Obstruuntur autem communia hæc ad sensus externos ostia, vaporibus è ventriculo in caput ascendentibus, quibus spiritus graues & torpidi tedduntur: Cùm enim se quieti dat aliquis, refrigerato mox aliquantulum cerebro addensantur vapores, sicque ponderosiores facti paulatim delabendo obturant meatus per quos spiritus animales ad externos sensus deferendi erant. Et quidem hæc obstructio non solum impedit descensum spirituum animalium è cerebro, sed etiam ascensum vitalium è corde ad idem cerebrum, cuius commercij cessatio quandiu durat tandiu somnus perseuerat. Quod autem pleno stomacho interdum non capiatur somnus, etsi opportuna hora captetur, prouenit ex quibusdam impedimentis, quæ vel in ventriculo euaporationem, vel in cerebro vaporum concretionem inhibet. Cæterùm ea quæ animum colligunt, & à sensuum distractione abducunt, qualia sunt lassitudo, suauitas, cantus, tenebræ, silentium magnopere somnum iuuant, quia tunc facile spiritus animales intus detinentur, & viæ per quas exeunt, faciliùs occluduntur.

2. *quomodo contingat somnus.*

Tertiò quæritur, quo fine animalibus concessus fuerit à natura somnus. Respondetur finem instituti somni esse commoda quæ animalibus ex ipso prouenium. Tempore enim somni collectâ ad internas functiones animâ, & auocato intus calore animalis potentia in cerebro spiritus animales restaurat, vitalis in corde spiritus vitales exactius elaborat, & naturalis facultas in alimenti decoctionem & totius corporis nutritionem impensius incumbit, sicque eius beneficio sanitati corporis consulitur, eiúsque vires instaurantur, quod tamen de somno moderato accipi debet; Nam immoderatus somnus non mediocritet sanitati officit; siquidem laxat membra, calorem natiuum hebetat, grauat caput, stupidos, socor-

3. *cui fini destinetur à natura somnus.*

des, obliuiosos, & ad vitia procliues reddit; ad labores autem & res arduas & libero homine dignas suscipiendas pigros & inutiles.

4. quibus animalibus competat somnus.

Quartò quæritur quibus animalibus competat somnus. Respondetur probabilissimum esse omnibus competere, quia communis est omnibus ipsius vtilitas. Vbi notandũ est hominem ipso infantiæ tempore plusquam cæteros animantes somnò deditum esse, quia incremento partis superioris exuperat, atque adeo vaporibus in capite affluit. In eo autem statu à quo vitam auspicamur in materiis veteris, neque vigilia, neque somnus est, sed torpor quidam, ex quo ad vigiliam transitur.

5. an in statu innocentiæ cessasset somnus.

Quinto quæritur, an in statu innocentiæ somnum capturi fuissent primi parentes ac eius posteri. Asserit & quidem meritò S. Thomas, & permulti graues Theologi, non quidem quòd somnus ille ex lassitudine aut morbo oriretur, sed quem pura & syncera alimẽti euaporatio ad oblectationem potiùs quàm ad necessitatem conciliaret, quique proinde facilè solui posset. Quo circa sopor ille primo parenti iniectus à Deo, reuerâ somnus fuit, nec tamen in eo sopore solus somnus, sed etiam extasis fuit, quatenus eo tempore mens Adami ad diuinorum mysteriorum contemplationem diuinitus euecta est.

De phantasia seu imaginatione.

QVAESTIO V.

Phantasiæ descriptio.

PHantasia, prout suo modo distinguitur, tum à sensu communi, cum ab æstimatiua & memoria definiri potest. Ea vis animæ qua res externæ cõmunicante sensu percepte concipiuntur, siue sint presentes, siue absentes. Eius officia sunt hæc præcipua; primùm species per sensum communem delatas aliquandiu retinere. Secundum, per eiusmodi species, quæ dicuntur phantasmata res obiectas etiam absentes cognoscere. Tertium, species sensatas seu à sensibus externis primùm exceptas, tum per sensum cõmunem ad se delatas inter se componere, & etiam partiri seu diuidere: Ex qua multiplici specierum fabrica innumera effingi possunt & concipi: quo fit vt qui phantasia pollent, ingenioſi sint ac industrij, & ad multa excogitanda prompti.

Officia.
1.
2.
3.

Digitized by Google

da prompti. Quartum est regere ipsum animal, vt enim homines ratione, sic brutæ animantes imaginatione ducuntur: vnde instinctus naturalis in brutis non differt ab ipsa eorum phantasia seu imaginatione quatenus etiam æstimatiuam complectitur.

Quibusnam insit phantasia.

Probabile autem est in omnibus tã perfectis quàm imperfectis animantibus inesse phantasiam cum discrimine tamen: quod in imperfectis vt in apibus, vermibus, zoophytis, &c. phantasia quoque sit imperfecta, toto corpore fusa, à sensu communi nequaquam distincta, vtpote quæ solas res præsentes percipiat; in perfectis verò perfecta, organica, in certa corporis parte nempe cerebro collocata, & sensu communi penes nonnullas sibi peculiares functiones distincta, & adhuc in hominibus perfectior quàm in brutis animantibus: tum quia rationis particeps aliquo modo dici potest, quatenus illius imperio subiicitur, tum quia non tantùm de rebus prosequendis vel fugiendis, sed etiam de iis quæ ad solam contemplationem pertinent, esse potest. Eò autem præstantior est in homine phantasia, quò cerebrum humidius est si modò spiritibus animalibus abundet nec excedat illa humiditas. Quare accidit vt qui fœlici sunt ingenio propter cerebri molliciem, sint memoriæ labilis, proindeque facilè addiscant, & difficilè meminerint.

De insomniis.

QVAESTIO VI.

1. Difficultas cuiusnam facultatis sint somnia.

PRimò quæritur, cuius sint facultatis somnia, anphãtasię, an verò æstimatiuæ. In quo non multũ nobis laborandum est, qui vtramque eãdem facultatem esse arbitramur: quia tamen vtram ab altera virtute distinguimus; Respondemus somnia esse maximè propria phantasię, ita tamen vt ab æstimatiua sępenumero dependeant, cù multa inter dormiendum imaginemur, quę nõnisi per species non sensatas, quæ sunt ab æstimatiua, repræsentari possunt, vt cum quis de parentibus, vxore, liberis somniat.

2. Difficultas quid sint.

Secundò quæritur quid sint. Somnium optime definiti potest, Apparitio exhibita per internum sensum in iis qui dormiunt: dicitur (apparitio) vt intelligas somnium esse actum quendam seu actualem repræsentationem: additur (exhibita per internum sensum) vt scias notitias inte esse-

ctiuas & abstractas, licet inter dormiendum contingant, non propriè vocari somnia: subiungitur (in iis qui dormiunt) ad remouenda omnia phantasiæ spectra quæ solutris per vigiliam sensibus contingunt, qualia amentibus & phreneticis accidunt, hæc enim & similia nequaquam dicuntur somnia.

3. *Difficultas, quomodo excitentur.* Tertiò quæritur, quomodo excitentur & fiant somnia. Respondetur cum non est vehemēs aut saltem magna ex parte sedari incipit vaporum agitatio in cerebro, precluſis adhuc meatibus, quibus spiritus animales ad sensus externos deferuntur, tunc sensus internos solui & operari phantasmatum occursu, tunc etiam maximè occurrunt seu se ostendunt, quæ antea latuerant imagines per quas sensus interni operantur, idque clarius & obscurius pro vaporum varia conditione. Dum autem vapores sunt adhuc crassiores, & turbulento nimium motu agitantur in cerebro: aut imagines penitùs obrutæ delitescunt, aut non nisi turbulēta, molesta, & prodigiosa visa exhibent, qualia accidunt melancholicis & febri laborantibus. Ex quo intelligis non opus esse ad excitanda somnia quod phātasmata seu imagines rerum à phantasia ad sensum communem excurrant, à quo primum accepta sunt: Licèt non sit negandum commeantibus huc illuc spiritibus imagines ipsas seu phantasmata simul cum illis agitari, nec in eadem cerebri parte somnia excitari.

4. *Quæ sint causæ efficientes somniorum.* Quartò quæritur, quænam sint causæ præsertim effectiuæ somniorum. Respondetur causam somniorum in genere duplicem esse, internam videlicet & externam. Interna autem est triplex; naturalis nempe, animalis, & moralis. Naturalis est ipsa corporis temperies ac dispositio, quo fit vt melancholici tristia somnient, choleri rixas & iurgia, &c. Animalis est ea, quæ sensu fit rerum externarum perceptio, earumque assidua & frequens cogitatio; fit enim vt earum rerum quas interdiu vidimus, audiuimus, aut animo agitauimus simulachra inter dormiendum occurrant: Moralis sunt animi affectus, siue boni, siue mali: quare ambitiosi de honoribus, auari de diuitiis somniant. Externa causa præter communem, vt est cœlum & aëris dispositio, triplex quoque peculiaris assignatur, nempe Deus, boni Angeli, & dæmones. Deus quidem vel imprimendo species, siue intelligibiles, siue sensibiles:

1. *Naturalis.*

2. *Animalis.*

3. *Moralis.*

Dei. Angeli. mones.

vel

vel componendo & coordinando eas quæ nobis ante inerant & insuper intelligibile lumen commudicando, si ita opus sit: Angeli verò & dæmones non possunt per se, & vi sua quicquam, siue lumen, siue speciem in animam transfundere, sed tantùm spiritus animales agitare, impressasque in ipsis species excitare, & appositè digerere ad fingenda somnia, licet diuerso fine; boni quidem Angeli bono, mali verò malo id agant.

Quinto quæritur, quot sint genera somniorum. Prætermissa somniorum diuisione penes varia causarum genera, vt quòd aliud sit naturale, aliud animale, aliud morale, quæ ex antedictis facile potest intelligi, traduntur quinque precipuę illorum species ex variis modis quibus contingunt, desumptæ, nempe prima somnium, Græcè ὄνειρος, secunda visio ὅραμα, tertia oraculum χρηματισμὸς, quarta insomnium ἐφύπνιον quinta phantasma. Ex his duæ posteriores nihil interpretatione dignum continent: est enim insomnium illud quod vulgò contingit; cuius causa est naturalis, vel animalis, aut moralis. Phantasma contingit quando qui dormire cœpit, se adhuc vigilare existimat, videturque aspicere irruentes in se vel passim vagantes formas, aut lætas, aut vt sæpius turbulentas, vel etiam tumultus, aut clamores horrendos audire se arbitratur. Reliqua tria, nempe visio, oraculum, somnium aliquid diuinationis continent. Visio contingit cum id quod viderat aliquis inter dormiendum eodem modo euenit, quo apparuerat. Oraculum cum in somnis parens, vel alia grauis sãctaque persona, vel etiam Deus ipse aliquid euenturum aut non euenturum denuntiat. Somniũ autem est, quod verborum ambagibus, aut rerum simulachris tegitur, nec absque interprete facilè potest intelligi.

5. *Quot sint genera somniorum.*

Somniorum species.

Insomnium.

Phantasma.

Visio.

Oraculum.

Somnium.

Sexto. An liceat ex insomniis aliuid præsagire. Respondeo id quidem licere in somniis, quæ à Deo vel Angelis peculiari Dei permissu immittuntur, quando id constat; nempe immitti à Deo vel Angelis ipso permittente. Super qua re sicut & de ipsorum interpretatione consulendi sunt viri, quorum fidem doctrina, & morum probitas commendet. Exiis verò somniis, quæ ex affectu corporis aut cœlesti influxu oriuntur, licet aliquid quod spectet ad naturales effectus probabiliter coniicere: sic medici ex somniis de sanitate & morbo iudicant. Deni-

6. *De somniorum præsagio.*

Digitized by Google

que ex iis quæ à dæmonibus iniiciuntur, aut quorum causa est naturalis, velle aliquid coniicere, præsertim quod spectat ad eos euentus, qui pendent ex naturali omnium voluntate, aut ad statum supernaturalem animæ pertinent, vanum est ac superstitiosum.

De æstimatiua seu cogitatiua.

QVAESTIO VII.

DVo occurrunt hoc loco explicanda. Alterũ quî differat æstimatiua hominis ab æstimatiua brutorũ.

1. *Difficultas, quomodo differat æstimatiua à phantasia.*

Quod ad prius spectat, licèt vtraque sit vnus idemque sensus internus, non tamen iidem dicuntur actus phantasiæ & æstimatiuæ: quo fit vt multi censeantur habere imaginandi vim optimam, qui facilè concipiunt & prõptè excogitant, æstimandi verò pessimam, qui in ferendo iudicio facilè decipiuntur. Triplex autem est peculiare munus æstimatiuæ: Primum est cognoscere per species non censatas, nempe cognoscere aliquid sub ratione amici vel inimici, vtilis, vel inutilis, noti vel ignoti, iucundi vel molesti, consanguinei, vel alieni, enumerantur enim hæ quinque coniugationes specierum non censatarum. Secundùm coniungere species sensatas cum non sensatis: tertium est de rebus, siue per species sensatas, siue per non sensatas perceptis ferre iudicium, & de iis etiam suo modo discurrere.

Æstimatiua munus triplex.

2. *Difficultas, Quî differat æstimatiua hominis ab æstimatiua brutorum.*

Quod ad posterius spectat, æstimatiua hominis non differt specie ab æstimatiua brutorum, sed accidentario, idque propter rationis viciniam, hinc enim habet æstimatiua hominis, quod possit phantasiam seu imaginationem deceptam corrigere, quòd imaginationi non semper obsequiatur, sed potiùs rationi: denique quod componat, diuidat, propositiones cõficiat, & circa singularia ad ipsius obiectum pertinentia suo modo discurrat: quæ omnia æstimatiuæ brutorum non competunt. Nec tamen inde sequitur æstimatiuam hominis distingui specie ab æstimatiua belluæ, quia cùm eiusmodi operationes non per se, nec per id quod est proprium sensitiuæ partis, sed ex accidente, & alterius beneficio ei competant, nequaquam inde naturæ distinctio debet argui.

De

De Memoria.

QVAESTIO VIII.

DVæ quoque difficultates de memoria occurrunt explicandæ. Prior eſt, quomodo differat memoria à reliquis ſenſibus internis. Reſpondetur non eſſe ſenſum re ipſa diuerſum à phantaſia vel æſtimatiua. Eius autem peculiare munus quatenus ab ipſis virtute diſtinguitur, cenſetur eſſe ſpecies ſeu imagines, quas tum externi, tùm interni ſenſus à rebus objectis hauſerunt diutiſſimè aſſeruare, & præterea res præteritas quatenus præteritas recordari, pendétque eius vſus præſertim à poſtrema eáque duriori parte cerebri, quæ cerebellum appellatur; quo fit vt nonnulli memoria polleant, nec tamen ſubtili ingenio, nec iudicio ſatis firmo ſint, quorum alterum phantaſiæ, alterum æſtimatiuæ vitium eſſe cenſetur. 1. *Difficultas, qui differat memoria à reliquis ſenſibus.*

Poſterior, quomodo differat memoria à reminiſcentia. Vbi nota memoriam nonnunquam accipi pro ipſo actu ſeu actuali recordatione rei præteritæ, quomodo in hac difficultate vſurpatur. Eſt igitur ejuſdem facultatis vtraque actio: differt tamen vna ab altera, quòd memoria homini cum belluis ſit communis: reminiſcentia verò ipſi peculiaris & propria: Vt enim meminiſſe dicamur, ſatis eſt rem anteà cognitam ſeu imaginatione apprehenſam iterum apprehendere, quod præſtare poſſunt belluæ: vt verò reminiſci dicamur, neceſſe eſt vt rem obliuioni penè traditam, vi diſcurſus nobis in memoriam reuocemus, quod præſtare nequeunt belluæ, quæ omnis ratiocinationis, ſiue à ratione, ſiue ab æſtimatiua ſeu cogitatiua ſit, ſunt expertes. Vbi nota actum ipſum reminiſcentiæ verè eſſe actum memoriæ, ſed tamen præſupponens obliterationem ſpecierum, & etiam actum ratiocinationis ad illas ſpecies excitandas, alioqui non appellabitur reminiſcentia. Et hæc de ſenſibus internis. 2. *Difficultas, qui differat memoria à reminiſcentia.*

Digitized by Google

QVARTA DISPVTATIO huius tractatus.

De motu animalium.

Vtrùm admittenda sit facultas motrix in animalibus distincta à qualibet alia facultate.

QVAESTIO I.

POstrema hæc huius tractatus disputatio instituitur de motu peculiari seu proprio animalium, qui vulgò nimis stricto nomine progressiuus appellatur, aptiori vocabulo spontaneus dici posset, complectitúrque non tantùm progressionem quadrupedum, sed natationem piscium, volatum auium.

Causa dubitationis in qu. proposita. Quæritur autem vtrùm admittenda sit facultas aliqua motrix in animali, quæ sit principium ejusmodi motus. Causa dubitandi est, quòd ad eum motum præstandum in animali sufficere videatur tùm actus phantasiæ cùm actus sentientis appetitus: Nihilominus tamen probabilius est, *Assertio tenenda.* præter phantasiam & appetitum sentientem, à quibus motus ille præcipitur, dari facultatem motiuam seu executiuam, quæ eundem motum exequatur: omnis enim motus est actus potentiæ motiuæ sibi correspondentis: atqui motus iste est motus localis: phantasia autem & appetitus non sunt facultates per se motiuæ: quare alia præter istas assignanda est. Adde phantasiam cerebro addictam esse, appetitum verò in corde residere: at facultas motrix originem trahens à posteriori parte cerebri, simul cum neruis omnibus per totum corpus diffunditur.

Ex quo intelligis facultatem hanc originem trahere à cerebro: nullam verò sedem sibi peculiarem in corpore vendicare.

Quonam modo fiat motus progressiuus animalium.

QVAESTIO III.

Consequ. PRætermisso motu spontaneo tùm piscium in aquis, tum auium in aëre, de motu terrestrium præsertim qui

qui progressiuus dicitur, hoc loco quæstio instituitur. Circa quem motum tria sunt imprimis obseruatione digna.

Primum est, quod quicquid progreditur, aliquo quiescente nititur, aut saltem aliquo, quod tardius moueatur: sic quiescente terra pes mouetur, & tibia crure quiescente, sic brachio quiescente manus, & cubito quiescente brachium mouetur; ad quem vsum maximè concessi sunt animalibus articuli, & membrorum iuncturæ, vt scilicet vna pars moueri possit altera quiescente. Vbi nota id quod tardius mouetur, cui aliud innititur quod citiùs mouetur, habere rationem quiescentis respectu istius. *Notandum* 1.

Alterum obseruandum est, quod omnia animalia motum inchoant à parte dextra. Id enim obseruatur in hominibus: quo fit etiam vt claudi liberiùs incedant si crure sinistro quàm si dextro claudicent. Deinde cùm animalia volunt inchoare motum primum, firmat sinistram partem, quod indicat motus initium duci à patre dextra. Denique ab ea parte inchoari debet motus, quæ & robustior est ac nobilior, cuiusmodi est pars dextra si cum læua comparetur. *Notandum* 2.

Tertium obseruandum est, quod omne animal terrestre inflexione quadam mouetur: pedata quidem, inflexione crurium; serpentina verò, sinu vel attractu partium corporis: Quæ sinu vtuntur, vel ad latera solùm sese inflectunt, non autem sursum se erigunt: vt permulti serpentes qui vna parte firma aliam flexione promouent; vel supernè sese erigunt, vt erucæ, quæ fixa prima parte corporis reliquam in modum arcus attollunt, tùm fixa postrema parte anteriorem protendunt. Quæ autem attractu vtuntur, vt lumbrici, parte posteriori stabilita priorem extendunt, quæ ipso motu tenuior fit & exilior, tùm prima parte immota ad ipsam trahunt posteriorem, sicque motum continuò peragunt. Ex quibus patet incessum omnium animalium quiete & motu constare respectu diuersarum partium, tùm etiam membrorum inflexione aliqua. Sed hæc de motu animalium satis, atque adeò de iis quæ spectant ad animam sensitiuam. *Notandum* 3.

QVARTVS TRACTATVS HVIVS partis.

De anima rationali.

POstremus hic totius Physiologiæ tractatus de nobilissima omniũ formarum physicarum, nempe anima rationali instituitur, de qua proinde accuratè disserẽdum est, iis tamen prætermissis quæ fusè satis pro nostro instituto de voluntate, libero arbitrio, & humanis actibus in morali philosophia pertractauimus. Erunt igitur huius tractatus tres disputationes: quarum prima erit de iis quę spectant ad substantiã animæ rationalis, vbi de ipsius origine, immortalitate, & natura disseretur: secũda de iis quę spectant ad ipsius facultates, vbi præsertim de intellectu fusè disputabitur; nam de voluntate satis supérque actum est in Moralibus: tertia de statu animæ separatæ, vbi de propria ipsius facultate motiua ex instituto agetur.

Vtus huius tractatus disputationis.

1.
2.
3.

PRIMA DISPVTATIO huius tractatus.

De iis quæ spectant ad substantiam animæ rationalis.

De origine animæ rationalis.

QVAESTIO I.

ANceps admodum fuit apud veteres Philolosophos proposita hæc de animarum origine quæstio: Verũ ne in recensendis variis eorum super hac re dogmatibus immoremur, nostram sententiam super hac re aperiemus sequentibus conclusionibus.

1 *Conclusio.* Prima conclusio. Anima rationalis neutiquam seminali virtute procreatur, vt inter alios sentit Tertullianus. Probatur hæc assertio, quia virtus corporea non potest attingere productionem rei spiritualis: Atqui virtus seminalis est corporea, vtpotè materiæ penitus addicta: Anima

nima verò rationalis est spiritualis, vtpotè à materia independens.

Secunda conclusio. Animæ accipiunt esse à Deo per creationem. Probatur, quia omnis substantia quæ producitur, aut generatur saltem per accidens, aut creatur: at anima rationalis neque per se generatur, cum nõ sit compositum physicum: neque per accidens, cùm non ex semine per vim ipsi congenitam procreetur more cæterarum: Restat igitur vt per creationem producatur. 2. Conclusio.

Tertia conclusio. Animæ rationales non fuerunt omnes simul ante corpora productæ, vt plerique veteres & inter illos Origenes arbitrati sunt. Probatur ista conclusio, quia cùm id quod est secundùm naturam & per se, sit prius eo quod est præter naturam & per accidens: sit autem valde secundùm naturam & per se, vt anima rationalis vniatur humano corpori, non debet anima poni extra corpus antequam ipsi vnita fuerit. Nec est quod fingant Platonici & post hos hæretici animas in scelerunt pœnam in corpora detrudi, sequeretur enim vnionem animæ cum corpore esse malum pœnæ, cum tamen constet esse bonum naturæ; spectat enim hæc vnio ad constituendum integrum hominem. 3. Conclusio.

Quarta conclusio. Anima rationalis à Deo infunditur simul, & vnitur corpori in eo instanti quo primum materia organis ac dispositionibus ad eam formam suscipiendam requisitis instructa est, quod accidit in maribus circa diem à conceptu quadragesimum, in fœminis verò, octogesimum; quò spectat præscriptus ille numerus dierum purgationis in veteri lege pro maribus quidem, 40. dierum; pro fœminis verò 80. Cæterum eo temporis successu ad sui formationem non indiguit corpus Christi, cum in ipso conceptionis momento diuina virtute ac Spiritus sancti opera perfectum absolutúmque fuerit. 4. Conclusio. Christi conceptio.

Vtrùm rationalis anima sit spiritualis & immortalis.

QVAESTIO II.

ETsi rationales animas spirituales esse ac immortales non liceat homini Christiano dubitare, cum id sacrarum paginarum oracula, Conciliorum decreta, & san-

ctorum Patrum authoritates apertè satis testentur,& sublata animæ immortalitate ruant præcipua Christianæ fidei fundamenta.Nihilominus tamen ad maiorem fidei ipsius illustrationem,& ad reuincendos hæreticos & paganos poterit hoc ipsum physicis rationibus comprobari. Et quoniã si semel constet animam rationalem esse spiritualem , facilè erit eandem esse immortalem demonstrare, cum constet spirituales substantias natura sua esse immortales;ostendendum est imprimis rationalem animam esse spiritualem,hoc modo. Talis est cuiusque rei natura qualis est eius operatio,namque operari sequitur esse,sed operationes animæ rationalis sunt eleuatæ supra naturã & conditionem corporis ac materiæ:Ergo rationalis anima non est materialis & corporea ; sed immortalis seu spiritualis:Minor propositio,de qua dubitari posset, probatur ex parte tùm intellectus,cùm voluntatis. Ex parte intellectus; quia intellectus noster percipit naturas cõmunes & abstractas à materia singulari , deinde format conceptus rerum immaterialium;vt Dei & substantiarum separatarum, percipitq;talia obiecta omni dimensione libera,sine figura,calore, aut alia corporeæ molis affectione;hi conceptus materiales non sunt ; quare oriuntur à potentia & forma immateriali:quæ anima rationalis.Ex parte autem voluntatis , quia studio solius honestatis sentientem appetitum reprimere, ac ipsi imperare, liberè velle & nolle quarumdam virtutum, vt iustitiæ,spei, pietatis,ac religionis actus exercere; hæc inquam, & similia sunt supra sensum & appetitum, ac proinde voluntas atque adeò anima cuius est hæc potentia, sunt alterius ordinis ; immateriales nempe ac spirituales.

Animam rationalem esse spiritualem probatur.

Operationes animæ rationalis esse eleuatas supra conditionem corporalis substantiæ.

Ex his verò iam facilè est demonstrare animam rationalem esse immortalem in hunc modum.Quod est spirituale, illud est immortale seu incorruptibile : Atqui anima rationalis ex ante dictis est spiritualis:Ergo est incorruptibilis seu immortalis.Maior propositio confirmatur, quia cum spirituale sit independens à materia:hinc fit vt à materia separatum per se subsistat : deinde cùm non constet partibus physicis , nempe materia & forma, quæ à se inuicem sunt separabiles , sed tantùm metaphysicis: nempe genere & differentia , quæ à se realiter non differunt:

Animam rationalem esse immortalem demonstratur.

ferunt: hinc fit vt non sit naturaliter dissolubile seu corruptibile.

Præterea suppetunt aliæ rationes, quibus eadem animæ immortalitas confirmatur: vt quod ipsi ingenitum sit à natura æternitatis desiderium, quod non frustraneum: quod senescente corpore animus non senescat, cùm potius ratio in dies obfirmetur: Quod communis ille sit omnium gentium & populorum consensus: & quod qui inter Philosophos sapientissimi habiti sunt, ita senserint. *Alia rationes pro ani-ma immortalitate.*

An rationalis anima sit forma verè informans.

QVAESTIO II.

FOrma, quod spectat ad præsens negotium, dupliciter dicitur, nempe assistens, vel informans. Assistens dicitur, quæ mouendo seu agitando corpori præest, quomodo intelligentiæ, quas mouendis corporibus cœlestibus plerique probabiliter præficiunt, ab ipsis appellantur formæ assistentes, & hoc genus formæ improprium est. Informans verò dicitur, quæ intimè & substantialiter vnitur cum subjecto ipsum actuando, & cùm ipso vnum per se compositum substantiale constituendo: quomodo belluarum animæ dicuntur formæ ipsarum informantes, & hoc genus formæ proprium est. Quæstio igitur est, vtrum anima rationalis sit hoc posteriori modo forma corporis humani, an verò priori duntaxat. Respondetur animam rationalem esse hoc posteriori modo formam. Quod ipse Aristoteles non obscurè significauit lib. 2. de anima: cùm enim definiuisset animam in genere, actum corporis organici, paulò post hoc ipsum explicans subjungit animam esse qua viuimus, sentimus & intelligimus: vnde facilè est colligere animam qua intelligimus, hoc est animam intellectiuam seu rationalem esse actum corporis, hoc est formam propriè dictam seu informantem. Nec desunt rationes ad hoc ipsum comprobandum validissimæ, quæ petuntur ex incommodis quæ inde sequerentur, si anima rationalis esset tantùm assistens. Primò sequeretur hominem non esse vnum per se, sicque non esse vnius essentiæ & naturæ: anima enim tunc non se haberet vt pars, sed vt substantia quædam per se completa, sicque non esset apta facere vnum per se cum *Forma duplex assistès.* *Informans.* *Assertio tenenda.* *Confirmatur prædicta assertio.* 1.

alio, ac proinde homo qui ex anima constat & corpore, non esset vnum quid, sed multa: quod valdè absurdum est
2. & inauditum. Secundò sequeretur hominem non intelligere, ratiocinari, velle, &c. sed solam animam in corpore id præstare: sicut concipimus solam intelligentiam quæ aliquod cœlum moueret inibi intelligere, aut dæmonem in assumpto corpore, quod tamen admittere in homine absurdum est: nam licèt homo per corpus non intelligat aut ratiocinetur, sed per animam: actio tamen ipsa non animæ vel corpori, sed toti suppositi, nempe homini tri-
3. buitur. Tertio, sequeretur operationes proprias animæ non pendere vllo modo à corpore, sicut operationes propriæ dæmonis in assumpto corpore: vt est intelligere, mouere quippiam localiter, &c. nullo modo pendent ab ipso corpore assumpto: Atqui absurdum est hoc admittere in anima rationali: licet enim eius nonnullæ operationes sint supra sensum & corpus, non tamen sine concursu sensuum & corporis in hac vita fieri possunt: sic enim experimur nos non intelligere aut ratiocinari sine phantasmatibus.

Vtrùm omnes animæ rationales naturâ dignitate sint æquales.

QVAESTIO IV.

COnstat quidem æquales esse ratione specifica, quam omnes ex æquo participant. Quæritur autem vtrùm omnes secundùm peculiarem seu numericam sui rationem sint æquales, seu æquè perfectæ. Cuius quæstionis vtraque pars videtur æquè probabilis, quid tamen in hac difficultate probabilius tenendum sit sequentibus assertionibus declaratur.

1. *Assertio.* Prima assertio. Nihil repugnat animas rationales secundùm quidditatem numericam, seu differentiam individualem esse inæquales, ita vt differentia numerica seu individualis vnius animæ sit nobilior differentia individuali alterius, proindeque potentiæ seu facultates vnius accidentario sint nobiliores potentijs alterius: verbi causa, facultas intelligendi & ratiocinandi sit vegetior in vna quam in altera. Et sanè probabile est eam inter animas inæqualitatem actu reperiri: tum quia id videtur

Probatur inæqualitas animarum.

arguere

arguere operationum non tantùm materialium seu organicarum: sed etiam immaterialium inæqualitas: tum quia quædam animæ sortiuntur corpora perfectiora, aliæ minùs perfecta. Ergo cùm forma suæ materiæ quoad perfectionem commensuretur, indicio est animas alias alijs esse perfectiores: tùm quia difficile quis sibi persuadeat in tanto differentiarum indiuidualium numerero, cùm omnes sint inter se differentes, omnes tamen simul esse dignitate æquales. Adde quod majorem affert vniuerso venustatem disparitas perfectionis secundùm naturam quàm æqualitas. Et certè non est diffitendum inter angelos eiusdem hierarchiæ & ordinis, seu eiusdem speciei aliquam perfectionis inæqualitatem reperiri, quare illud idem nostris animabus non erit denegandum. 1. 2. 3. 4.

Secunda assertio: Ratio disparitatis quæ inter diuersarum animarum functiones cernitur, non omnis petenda est ex inæquælitate perfectionis numericæ ipsarum: sed nonnunquam atque adeo sæpissimè ex inæquali dispositione corporeorum organorum, quibus anima indiget ad suas functiones ritè obeundas: Exempli gratia, quod vnus promptiùs concipiat, aut expeditiùs ratiocinetur, recordetur fœliciùs, non ex sola nobiliori animæ conditione oritur, sed etiam ac potissimum plerunque ex ipsa corporis præsertim cerebri meliori dispositione: posset enim fieri vt vtriusque anima esset æquè perfecta secundùm se. *2. Assertio.* Notandum autem est diligentèr, cùm animæ rationalis potentiæ quædam sint organicæ, quæ omnes sunt materiales & corporeo organo affixæ, vt sunt eæ quæ sequuntur gradum vegetandi & sentiendi: quædam verò non organicæ seu immateriales, quæ non corpori sed soli animæ inhærent, vt sunt intellectus & voluntas: ex nobiliori modo operandi, rectè quidem colligi majorem nobilitatem potentiæ organicæ, non tamen potentiæ immaterialis; quia inæqualis dispositio organi importat inæqualem potentiæ organicæ nobilitatem, non verò potentiæ immaterialis: posset enim fieri vt intellectus æqualis perfectionis cum alio intellectu perfectiùs operaretur propter meliorem dispositionem cerebri. At non contingit visionem melius fieri in vno quàm in alio, nisi & organum sit melius dispositum, & simul videndi facultas sit vegetior. *Notandum.*

Digitized by Google

SECVNDA DISPVTATIO
huius tractatus.

De ijs quæ ſpectant ad facultates animæ rationalis, vbi de intellectu.

Quodnam ſit obiectum adæquatum intellectus.

QVAESTIO I.

DVæ ſunt præcipuæ facultates animæ rationalis, de quibus hoc loco agendum eſſe videbatur, nempe intellectus & voluntas (namque memoria, quàm nonnulli addunt ab intellectu minimè diſtinguitur: facultas verò motrix, ipſi propria, nullum habet vſum niſi poſt ſeparationem à corpore, ideoque de illa in ſequenti diſputatione dicemus) atqui de voluntate ſatis ſuperque diximus in Moralibus: reſtat igitur vt hîc de ſola intelligendi facultate diſſeramus.

Aſſertio tenenda. Et quidem vt ab ipſius obiecto ordiamur, quærimus hîc quodnam ſit ipſius facultatis obiectum adæquatum ad quod adæquatè ſe extendat intelligendi potentia. Reſpondetur illud non eſſe verum, vt plerique contendunt, *Probatur.* ſed ens quatenus intelligibile. Ratio eſt, quia prius natura eſt intelligere ens vt ens, quàm verum: quia verum eſt paſſio ſeu proprietas quædam entis: omnis autem proprietas vt eſt natura poſterior, ſic natura poſteriùs intelligitur quàm id cuius eſt proprietas. Adde quod ens intelligibile latius pateat quàm ens verum: cùm ens falſum ſic etiam ſuo modo intelligibile, & certè ens prout abſtrahit à vero & falſo, intelligibile eſt. Maneat igitur ens intelligibile eſſe obiectum adæquatum intellectus.

Nota 1. eſſe conſideranda in obiecto intellectus. Circa quod notandum eſt in illo ſubjecto duo conſiderari: vnum veluti materiale, quod eſt ens; alterum veluti formale, quod dicitur intelligibile, itaut intelligibilitas (vt ſic loquar) ſit ratio formalis ſub qua ens dicitur obiectum adæquatum intellectus, quod non debet ita accipi, quaſi neceſſe ſit quotieſcunque concipimus ens, nos concipere intelligibilitatem: ſed quod ens ideò intellectu concipiatur, quia eſt intelligibile, ſicut color ideò viſu percipitur, quia eſt viſibilis, licèt viſibilitas ipſa non cadat ſub viſum. In quo tamen differt intellectus à ſen-

à sẽsu,quòd intellectus possit percipere cùm libuerit ipsa formalem rationem sui obiecti, nempe intelligibilitatẽ, quia ipsa est aliquid intelligibile:quod non potest præstare sensus,nam visibilitas,verbi causa,nõ est quid visibile.

Vtrum intellectus cognoscat singularia sensibilia.

QVAESTIO II.

Aperitur propositæ quæstionis sensus.

SEnsus quęstionis est,vtrũ res particulares per se sensibiles sint etiam intelligibiles,seu sub intellectualẽ notitiam cadere possint. Constat quidem res spirituales siue vniuersales siue particulares,esse per se intelligibiles, licèt in præsenti huius vitæ statu fortasse non nisi obscurè ab humano intellectu concipiantur.Constat etiã res materiales,& sensibiles per accidens tam in communi quàm in particulari,& præterea sensibiles per se in communi esse intelligibiles: sed difficultas proposita est de rebus per se sensibilibus in particulari,verbi causa,de hac albedine, magnitudine,&c. an per se sit perceptibilis ab intellectu.

Quorundam opinio.

Negant plerique præsertim veteres, iique magni nominis Aristot.interpretes, & quidem satis ad mentẽ philosophi,qui expressis verbis 1.Phys.c.5.t.49. scribit intellectum esse vniuersalium, sensum singularium: illudque inter cætera videtur esse munus agentis intellectus vt singularia sensibilia ad ordinem veluti vniuersalium & intelligibilium transferat, vt sic possint sub intellectum cadere,quod Aristotelicæ doctrinæ valde consentaneum est. Verùm quicquid sit de mente Aristotelis, verisimilius est singularia sensibilia proprio ac peculiari conceptu à nobis intelligi, tùm quia intelligibile reciprocatur cum ente;quare cum singularia sensibilia sint entia, sanè erunt intelligibilia: tùm quia intellectus assignat discrimen inter vniuersale & singulare sensibile per positiuas vtriusque differentias,quod nequaquam præstare posset, nisi vtrumque positiuè cognosceret: tum quia intellectus ex multis propositionibus singularibus colligit vniuersalem: non potest autem intelligi quomodo ex antecedente sibi ignoto aliquid consequens inferre possit. Denique non est vllo modo probabile Angelos siue bonos, siue malos singularia sensibilia ignorare, & tamen

Sententia probabilior confirmatur.

1.

2.

3.

Digitized by Google

illa nonnisi per intellectū ac ſpecies intelligibiles poſſunt
5. agnoſcere. Mitto hic quod per habitus tùm artis cùm
prudentiæ intellectus dirigit pleroſque actus externos &
ſenſibiles: non poteſt autem illos dirigere niſi perſpectos
Locus Ariſt. exponitur. habeat. Locus autem Ariſtotelis ſuprà allatus ſic ſolet explicari, quod illud ſit diſcrimen inter ſenſum & intellectum, quòd ſenſus ſingularia, intellectus verò vniuerſalia etiam & non tantùm ſingularia percipiat. Negamus
Notandum autem neceſſariū eſſe illud præfatum munus intellectus agentis, vt ſingularia ſenſibilia poſſint intelligi. Cæterum notandum eſt aliter intellectum, aliter ſenſum cognoſcere ſingularia ſenſibilia: intellectus enim illa cognoſcit cognitione immateriali, & per ſpecies immateriales: ſenſus verò cognitione materiali, & per ſpecies materiales.

Quomodo intellectus cognoſcat materialia quæ non ſunt per ſe ſenſibilia.

QVAESTIO III.

Nonnulla pernotanda. SVbſtantiæ materiales tùm ipſarum potentiæ & habitus materialia iure appellantur: quia ſunt materię annexæ, nec tamen per ſe ſola ſub ſenſum cadunt. Quæritur autem hìc quomodo cadant ſub intellectum. Notandum autem eſt tum ad huius, tum ad ſequentium difficultatū
1. faciliorem explicationem, Primò non poſſe aliud intelligi abſque ſpecie vel propria vel alterius rei, quæ aliquam
2. habeat cum re intellecta affinitatem. Secundò intellectum poſſe multa concipere, quorum non habet proprias ſpecies: itaque non eſt neceſſe, vt eorum omnium quorum formantur conceptus ſeu notiones ab intellectu, præexti-
terint propriæ ſpecies ſiue in ipſo intellectu, ſiue in ſen-
3. ſu. Tertio non omnes ſpecies quæ ſunt in intellectu patibili eſſe ab intellectu agente ipſi impreſſas: poteſt enim intellectus iſte patiens ſiue paſſibilis vi diſcurſus ex impreſſis ab intellectu agente ſpeciebus alias rerum occul-
4. tarum ſpecies elicere. Quarto intellectum agentem non niſi earum rerum ſpecies poſſe elicere, quarum præexiſtūt
5. phantaſmata ſeu ſpecies in phantaſia. Quinto phantaſiam hominis quatenus habet vim cogitatricis ſeu æſtimatiuę, poſſe vi quadam diſcurſiua circa particularia elicere ſpecies ſeu phantaſmata rerum quarundam materialium licet non

cet nõ sint per se sensibiles, id est, nullo sensu externo ex se perceptibiles. Quæ omnia licèt non sint admodum indubitata; attamen vt valdè probabilia hîc supponimus.

His igitur positis, Respondemus primò substantias corporeas per proprias ipsarum species ab intellectu concipi: arbitramur enim produci ab intellectu agente species substantiarum corporearum eo argumento quo nihil obstat quo minus formemus eorum phantasmata, vt patet ex quinto notando. Est autem hæc ratio intelligenda maximè de ipsis compositis: nam quædam eorum partes, vt differentiæ, cùm nimiùm abstrusæ sint, non cadunt sub notitiam phantasiæ ac proinde non possunt ipsarum species imprimi ab intellectu agente; possunt tamen per proprias ipsarum species concipi, quas intellectus passibilis vi discursus in seipso elicit. 1. Assertio.

Respondemus secundò, rerum etiam aliarũ materialiũ non sensibilium, vt potentiarum, habituum, actuum, &c. proprios conceptus formari posse ab intellectu, nõ quòd earum omnium rerum species produci possint à phantasia vt ab intellectu agente, sed quod quod nihil repugnet intellectũ proprios conceptus de iis rebus efformare, discurrendo scilicet ex rebus notis ad ignotas: adde quod pleræque ex illis sensu etiam externo sunt perceptibiles, ac proinde ipsarum phantasmata haberi possunt, & species de ipsis intelligibiles ab intellectu agente produci. 2. Assertio.

Quomodo intellectus cognoscat res spirituales separatas.

QVAESTIO IV.

DVbitatur à Philosophis vtrùm in nostro intellectu dentur nunc species rerum immaterialium seu spiritualium, an verò absque propriis speciebus vi solius discursus innotescant. Verum quicquid sit de illa controuersia, cuius partem vtramque valde probabilem iudicamus: Respondemus ad propositam quæstionem, intellectum in hoc præsenti statu non posse formare clarum & distinctum conceptum substantiarum separatarum: tùm quia non possunt cognosci per species impressas ab intellectu agente, cùm nulla possint esse earum phantasmata: Assertio tertia.

Probatur. tum quia nimium distant à rebus per se sensibilibus, vt facto ex illis discursu possint clarè & distinctè percipi. Et
1. 2. licèt intellectus passibilis posset aliquas ipsorum proprias species elicere, illæ tamen nomisi subobscurè substantias illas repræsentarent, deinde illa per species repręsentatio occursu phantasmatum non mediocriter interturbaretur: non tamen idcirco diffitendum est nos posse per discursum formare aliquos conceptus etiam quidditatiuos, vt loquuntur, substantiarum separatarum ex antecedenti notitia rerum sensibilium aut materialium, quæ aliquam habent cum ipsis affinitatem. Et quamuis eiusmodi conceptus non sint adeò perspicui ac dilucidi; possunt tamen esse certi ac necessarij, ita vt illorum certitudo ac necessitas non tam ex clara & aperta apprehensione, quàm ex discursus necessaria quadam vi comprobetur.

Quomodo anima se ipsam ac suas potentias intelligat.

QVAESTIO V.

Assertio tenenda. VAlde probabile est animã in hac vita nõ intelligere se per suam essentiam, nec per speciem immaterialem sui ipsius, sed interuentu specierum intelligibilium, quas abstrahit à sensibus, idque nonnisi actu reflexo & interposito discursu, quo ex aliarum rerum perceptione
Exemplo declaratur. in sui notitiam deducitur: Exempli gratia: Anima primùm per intellectum concipit naturam hominis in communi, cuius speciem sibi impressit per intellectum agentem qui speciem illam abstraxit à conditionibus indiuiduãtibus; tum reflectitur anima supra suum actum, eumque percipit, simulque imaginem seu speciem, atque adeo potentiam per quam actum illum exercuit; deinde quia nouit speciem rei communis & abstractæ non posse esse quid materiale & corporeum, sed debere esse omnis materiæ expers, atque adeò nonnisi in potentia spirituali & substãtia incorporea, vt in subiecto residere, percipit tandem se vt substantiam quandam immaterialem intelligentiæ & rationis participem.

Quomodo intellectus se Ex his facilè est intelligere quomodo intellectus, dum est in corpore, non modo se, sed proprias quoque functiones,

ctiones, atque habitus sibi inhærentes dignoscat, nempe per discursum & actione reflexa, idque intermedijs speciebus rerum circa quas operando versatur. Cæterùm anima siue intellectus per suos actus cognoscit habitus, quia experitur se cum facultate & promptitudine, quæ habituum propria est, operari. Iam vero ex proprijs actibus & habitibus in sui ipsius notitiam se reuocat. Quod verò spectat ad voluntatem & ipsius actus, licet vix per propriam speciem cognoscantur, nihilominus tamen directa cognitione percipiuntur. Porrò ea notitia, quam anima siue directa siue reflexa cognitione de se suisq; potentijs & habitibus & actibus sibi comparat, non tantùm ea est, per quam cognoscitur aliquid an sit; sed etiam quid sit, vt patet ex allato supra exemplo: quamuis vltrò fateamur illam quoad præsentem animæ statum esse multò certiorem ista, quæ nunc habetur valde imperfecta.

ipsum & voluntate suosque ac voluntatis percipiat.

Quanam sint priora intelligibilia quoad nos, & quæ posteriora, seu quanam à nobis prius intelligantur, & quæ posterius.

QVAESTIO VI.

PRopositæ quæstioni sequentibus assertionibus breuiter, & tamen fortasse sufficienter satisfiet.

Prima assertio. Intellectus prius cognoscit res alias quàm seipsum. Ratio est, quia ratio directa prior est quàm reflexa: intellectus autem cognoscit res alias à se directa cognitione: se ipsum verò nonnisi reflexa, vt patet ex præcedenti quæstione. 1. *Assertio.*

Secunda assertio. Intellectus priùs cognoscit substantias materiales, quàm immateriales & spirituales. Ratio est, quia cum nihil sit in intellectu quòd priùs non fuerit in sensu: ea priùs sunt in intellectu, quæ priùs fuerunt in sensu: Atqui substantiæ materiales prius suo modo sunt in sensu quam substantiæ spirituales: quia nempe majorem habent cum accidentibus sensibilibus, quæ per se in sensus incurrunt, affinitatem. 2. *Assertio.*

Tertia assertio. Intellectus priùs cognoscit composita substantialia, quàm ipsorum partes aut differentias. Ratio est, quia cognitio confusa distinctam antecedit; ipsa autem composita cognoscuntur primò confusa cogni- 3. *Assertio.*

tione, partes autem non nisi distincta.

4. Assertio. Quarta assertio. Accidentia priùs cognoscuntur quàm substantiæ. Ratio est, quia accidentia sensibus patent vt plurimùm; substantiæ verò latent, nec sunt per se sensibiles, ideoque non tàm citò nec tam facilè cognoscibiles.

5. Assertio. Quinta assertio. Singularia priùs cognoscuntur quàm vniuersalia: non enim intellectus potest assurgere in cognitionem vniuersalium nisi ea priùs abstraxerit à singularibus: quare necesse est, vt priùs singularia ipsa nouerit, quam vniuersalia.

6. Assertio. Sexta assertio. Minùs vniuersalia, vt species infimæ, sublatis omnibus impedimentis, & positis omnibus requisitis ad eliciendam notitiam, priùs cognoscuntur cognitione saltem confusa, quàm magis vniuersalia, nempe quàm ipsarum infimarum specierum genera. Ratio est, quia res minùs vniuersales minori indigent abstractione.

7. Assertio. Septima assertio. Posito aliquo impedimento ex parte potentiæ vel ex parte objecti, quod vt plurimùm contingit, singularia seu indiuidua prius cognoscuntur sub vniuersaliori ratione quàm sub specialiori. Ratio est, quia positis ejusmodi impedimentis, ea solùm accidentia occurrunt sensibus, quæ sunt communiora, & vniuersaliorem naturæ gradum consequuntur. Confirmatur exemplo Socratis, qui si ex loco valdè distanti videatur, sub ratione duntaxat corporis cognoscetur: si verò ex minus distanti, cùm per se moueri loco deprehendatur, sub ratione animalis cognoscetur: quod si ex propinquiori loco tunc sub ratione hominis; tandem si ex valdè propinquo, sub ratione talis hominis, nempe Socratis agnoscetur.

Dentúrne species intelligibiles & quomodo producantur: Vbi de intellectu agente.

QVAESTIO VII.

Assertio tertia. QVemadmodum ad actum sentiendi species sensibiles necessariò requiruntur, vt suo loco docuimus, ita quoque ad actum intelligendi necessariæ sunt species intelligibiles, quæ sunt principia intelligendi instrumentaria: vt enim se habet sensus ad propriam functionem, ita se

ità se habet intellectus ad suam. Confirmatur hac solidissima ratione. Intellectus est veluti pura potentia & per se differens ad hoc vel illud percipiendum, ideóque tabulæ rasæ in qua nihil adhuc scriptum est ab Aristotele comparatur, quare debet actuari & determinari priusquam possit circa objectum operari; Actus autem per quem intrinsecè intellectus actuatur ac determinatur, est species intelligibilis, quę se habet in intellectu veluti formale principium à quo intelligendi actus exeritur. Neque enim id præstare possunt phantasmata, tùm quia non nisi singularia repræsentant, intellectus autem percipit etiam vniuersalia: quia non sunt intimè conjuncta intellectui, cùm organo corporeo adhæreant, nihil autem operetur nisi per virtutem quæ in ipso est. Discrimen autem illud notandum est inter species sensuum externorum, internorum, & intelligibiles; quod species externorum non nisi præsente objecto & durante sensione manent: species vero sensuum internorum (excepto sensu communi) peracta sensione & remoto objecto perseuerant; & tamen quia in organo corporeo insunt, tandem diuturnitate temporis obliterantur: Denique species intelligibiles, quia sunt immateriales, & in subjecto incorporeo insunt, idcircò vbi semel ei adhæresunt, perpetuæ sunt, & indelebiles. *Confirmatur.*

Vt autem intelligatur, quomodo species intelligibiles producantur in intellectu, prænotandum est in parte animæ rationalis cognoscitiua duplicem intellectum assignari, alterum agentem, alterum patientem seu passibilem: & quidem posteriorem hunc magis propriè appellari intellectum, cùm sit verè facultas intelligendi, quæ ipsam intellectionem elicit: illum verò non posse propriè dici facultatem intelligendi, sed esse vim quandam animæ spiritualem mediam inter phantasiam & intellectum patientem, quę intellectioni exercendæ subseruiat, quæq; species intelligibiles ad intellectionem necessarias fabricet. Quoniam igitur præcipuum munus est istius intellectus species intelligibiles fabricare, quod est operari seu agere, munus verò alterius intellectus est ipsius species recipere, sicque per ipsas ab objecto aliquid pati dum ipsius notitiam elicit: hinc factum est, vt ille agens, iste patiens ab Aristotele nuncuparetur. *In parte animæ cognoscitiua intellectus duplex.*

Intellectum agentem necessario admittendum esse.

Quod autem necessariò admitti debuerit intellectus ille agens, probatur. Cum enim intellectus passibilis siue patiens sit ab initio veluti tabula rasa, vt suprà monuimus, nec vllam habeat congenitam rerum imaginem, cujus intelligendi actum eliciat, nec verò ejusmodi species seu imagines solius phantasmatis ministerio gigni queãt, quia sunt alterius ordinis, nempe immaterialis, ad quem natura corporea vi sua pertingere non valet, necessariò admittenda est spiritualis quædam potentia, quæ id præstare possit: ea autem est intellectus agens. Cæterùm licèt aliud sit intellectus agentis munus, aliud patientis: vtrumque tamen esse eandem realiter facultatem arbitramur, quæ quatenus vim habet efformandi species, dicitur intellectus agens: quatenus verò eas recipit, dicitur patiens. His de intellectu agente prælibatis, facilè erit intelligere modum, quo species intelligibiles ab intellectu agente procreari arbitramur.

Intellectus agens idem realiter cum patiente.

Quomodo species intelligibiles ab intellectu agente procreantur.

Dicimus igitur intellectũ agentem concurrente simul phantasia per suas imagines seu phantasmata corporea alias intellectuales imagines puriores & simpliciores elicere, easq; simul intellectui imprimere. Et quia phantasia non concurrit cum intellectu nisi operando seu actu imaginando, quomodo ex impresso phantasmate expressum elicit: hinc fit vt phantasia concurrat cũ intellectu ad producendas species intelligibiles, non tantùm per phantasma impressum, quod est habituale: sed maxime & quidem immediatè per expressum, quod est actuale: cum enim multa sunt phantasmata impressa in phantasia, & intellectus sit indifferẽs, vt hoc vel illo vtatur, debet determinari per actum phantasiæ siue per phantasma actu expressum. Quæ autem à nonnullis dicuntur de illustratione phantasmatum ab intellectu agente, non admittimus: hæc enim fictitia esse videntur, nec satis bene possunt explicari.

Dubitatio.

Si quæras, in quo genere causæ tum phantasia cum ipsius phantasmata concurrant simul cum intellectu agente ad eliciendas & imprimendas species intelligibiles in patiente, an in genere causæ materialis seu dispositiuè tãtum, an verò in genere causæ efficientis. Respondetur vtrumque valde probabiliter defendi posse: nobis tamen priorem partem probabiliorem videri, nempe phantasiam & phantasma non efficienter attingere productionem specie-

Digitized by Google

ſpecierum intelligibilium, eo quod res corporea non poteſt efficienter attingere productionem rei ſpiritualis, ſed tantum diſpoſitiuè ſe habere ad illam productionem, ita vt phantaſia circa proprium obiectum operante, intellectus agens interim ad præſentiam phantaſmatis tum impreſſi cum expreſſi; ſpeciem intelligibilem imprimat in patiente.

Porrò earum tantum rerum duntaxat ſpecies intelligibiles produci poſſunt ab intellectu agente, quarum habemus phantaſmata, quia nempè intellectus agens non elicit ſpecies; niſi concurrentibus phantaſmatibus, & prout ab iis determinatur.

Quæſtam ſpecies intellectus patiens in ſe ipſo eliciat

Et quoniam probabiliſſimum eſt dare in intellectu noſtro ſpecies aliarum rerum, quarum non habemus phantaſmata, vt generum; rerum etiam immaterialium: idcirco tenendum eſt intellectum poſſibilem habere vim producendi eiuſmodi ſpecies, præſuppoſito diſcurſu, ex aliis ſpeciebus iam ipſi impreſſis ab intellectu agente. Eſt igitur id diſcriminis inter intellectum agentem & paſſibilem quo ad productionem ſpecierum, quod intellectus agens illas præſuppoſitis phantaſmatibus & actu phantaſiæ duntaxat producat: At verò intellectus patiens nonniſi acceptis iam quibuſdam ſpeciebus in intellectu agente, & adhuc interiecto diſcurſu ſuas peculiares & magis abſtractas ſpecies in ſe ipſo eliciat: Et quoniam intellectus paſſibilis antequã imprimantur ipſi ſpecies ab intellectu agẽte, eſt in pura potentia, idcirco non poteſt ſe ipsũ ad actum reducere, ſed alio indiget; nempe intellectu agente, vt ponatur in actu primo ad eliciendum actum intelligendi: at verò cum iam in actu conſtitutus eſt per ſpecies ipſi impreſſas ab intellectu agente, non eſt mirum ſi ex vno actu, vi diſcurſus ad alium actum ſe ipſum reducat. Obiicies, hinc ſequi intellectum paſſibilem poſſe dici agentem. Reſpondetur licèt aliquo modo dici poſſit, nihilominus tamen intellectum agentem propriè ſic appellari, non tantum quia ſimpliciter ſpecies intelligibiles producit, ſed quia illas primò producit, & præterea quia conſtituit intellectum paſſibilem in primo actu: denique quia nullam habet potentiam receptiuam ſicut habet intellectus paſſibilis.

Obiectio. Solu. id.

Quonam modo fiat intellectio, vbi de intellectu patiente seu possibili.

QVAESTIO VIII.

Intell. Eius patientis descriptio.

QVoniam intellectio est actus non agentis, sed patientis intellectus, idcirco de intellectu patiēte notandum est eum esse propriè facultatem animæ rationalis cognoscitiuam omnis luminis, quod in homine naturaliter ineſt, atque adeò ſapientiæ, intelligentiæ fontem, voluntatis, omniſque appetitionis voluntariæ ducem ac moderatorem, diuinę legis, per quam omnes actus humani regulantur, præconem. Et ſicut varia ſunt ipſius officia,

Eius varia appellationes.

ita variis nominibus quaſi totidem titulis inſignitur. Appellatur imprimis ſimpliciter & abſolutè intellectus ſeu mens, quatenus res ſimplici intuitu apprehendit, aut quatenus ad ipſum pertinet primorum ac ſummorum principiorum intelligentia, vel ſimpliciter quatenus ad ipſum pertinet intelligendi munus, in quo differt ab agente. Secundò dicitur intellectus patiens ſeu patibilis quatenus patitur, & in ſe recipit ſpecies ipſi impreſſas ab intellectu agente. Tertio dicitur intellectus poſſibilis, quatenus ex ſe & natura ſua eſt in potentia, vt res obiectas intelligat, vel etiam vt actuetur per ſpecies receptas ab intellectu agente. Quartò appellatur ratio quatenus per diſcurſum vnum ex alio colligit, & quidem ratio ſuperior dicitur, cum in conſulendis aut contemplandis rebus diuinis verſatur, vt inde regulas accipiat, quibus vtatur in rebus agendis: ratio verò inferior, cùm humano duntaxat conſilio vtitur. Quinto dicitur intellectus theoreticus, cùm in rebus, quæ ad ſolam theoriam ſeu contemplationem pertinent, verſatur: practicus verò cùm occupatur in iis, quæ per ſe ad opus ſeu praxim referuntur.

1.

2.

3.

4.

5.

Intellectio non eſt mera paſſio.

His præſuppoſitis, aſſerimus intellectionem non eſſe meram ſpecierum intelligibilium receptionem, ſed eſſe actionem ab intelligendi facultate elicitam concurrente anima tanquam principaliori cauſa circa rem intelligibilem. In quo conuenit cum ſenſione tùm externa, tum interna, quæ non in ſola receptione ſpeciei ſenſibilis, ſed etiam ac præſertim in obiecti perceptione poſita eſt. Differt tamen ab eadem ſenſione præſertim interna, cum qua videtur magis conuenire, non modo ratione ſui, ſed etiã

Nota diſcrimen intellectionis à ſenſatione inter.

ratione

ratione obiecti circa quod versatur, ratione principi : à quo proficiscitur,& ratione subiecti in quo recipitur. Ratione sui,quia pluribus fit modis,cùm ad ipsum non tantùm simplex apprehensio,sed etiam iudicium & discursus pertineant: at in sensatione secundum se spectata, neque iudicium,neque discursus reperitur: præterea intellectio in seipsam conuertitur,seipsam percipit,obiectum à conditionibus annexis abstrahit,quod non facit sensatio. Ratione obiecti, quia intellectio non tantùm circa singularia, vt sensatio, sed etiam circa vniuersalia versatur, neque ab obiecto læditur,vti nonnunquam sensatio. Ratione principij, quia intellectus est spiritualis facultas, potéstque percipere res spirituales : sensus verò materialis, nec nisi res materiales potest percipere. Denique ratione subiecti, quia intellectio recipitur in anima per intellectum:sensatio verò in corpore per sensum.

1.
2.
3.
4.

Cæterùm cùm intellectio sit vera actio,eaq;immanēs, per ipsam aliquid in ipso intellectu verè producitur: nēpe species expressa,quæ appellatur verbum mētis, de quo proinde sequenti quæstione nonnihil dicendum est.

De verbo mentis.

QVAESTIO IX.

NOnnullæ difficultates circa verbum mentis sigillatim explicandæ sunt.

Prima difficultas est quid sit. Respondetur esse idolum vel simulachrum,quod à mente seu intellectu dicente,id est,actu intelligente exprimitur,ad repræsentandam actu sibi rem obiectam. Describi etiam potest in hunc modum : Qualitas quædam spiritualis , in qua res intellecta tanquam in imagine viua & expressa obiectiuè continetur. Quod vt facilius intelligatur,notandum est quod sicut in igne calefaciente quatuor occurrunt: nempe primo ipse ignis calefaciens : secundo calor, qui est principium calefaciendi in igne:tertio calefactio,quæ est actus secūdus:quartò calor productus in re calefacta, qui est terminus calefactionis:Sic in intellectu actu cognoscente quatuor inueniuntur. Primò facultas ipsa intellectiua seu intellectus possibilis:secundò species intelligibilis, quæ est principium intelligendi in intellectu:tertio intellectio,

1. *Difficultas, quid sit*

In intellectu cognoscente inueniuntur.

quæ est actus secundus ab ipso intellectu: quartò verbum mentis seu species expressa ab intellectu passibili per intellectionem, estque terminus intrinsecus intellectionis.

Notanda.

Ex quo nonnulla de verbo mentis scitu digna colligũtur. Primo verbum mentis esse simul cum ipsa intellectione, & esse quid posterius specie intelligibili impressa, quã præsupponit. Secundo verbum mentis esse veluti fœtum ipsius intellectus, & simul signum eius rei quæ ab intellectu concipitur: quare duplicem inuoluit relationem, alteram respectu principij, nempe intellectus, quæ est effectus ad causam: alteram respectu obiecti, nempe rei intellectæ quæ est signi ad significatum, sicque verbum illud mentale etsi reipsa vnum, ratione tamen duplex est, nempe verbum mentis à qua exprimitur, & verbum obiecti, quod per ipsum exprimitur seu significatur, sicut verbum vocale simul est verbum oris quo exprimitur, & simul verbum rei quam exprimit seu significat. Tertiò verbum mentis dici posse conceptum in facto esse, sicut intellectio dici potest conceptus in fieri.

1.

2.

Secunda difficultas est, vtrùm per quamlibet mentis operationem producatur istud verbum. Respondetur ita esse, si verbum mentis latè sumas, tàm pro complexo quod sequitur secundam & tertiam mentis operationem, quàm pro incomplexo, quod sequitur primam, quodque magis propriè dicitur verbum quàm illud prius. Verum cum prima mentis actio sit duplex, abstractiua, qua res absentes cognoscimus: & intuitiua, qua præsentes; arbitramur non tantum per abstractiuam, sed etiam per intuitiuam (quod quidam negant) produci verbum mentis.

3. Difficultas, quæ differat tum à specie intelligibili cum ab intellectione.

1. Assertio.

Tertia difficultas est, quomodo distinguatur verbum mẽtis tum à specie intelligibili cum ab intellectione. Respõdetur primò verbum mentis distingui à specie intelligibili tùm realiter, cum formaliter. Realiter quidem, quia & potest reperiri species intelligibilis sine verbo mẽtis, vt in eo qui non actu cogitat de re quam nouit: & potest etiam reperiri verbum mentis, sine specie intelligibili, vt cùm formamus conceptum rei de qua non habemus propriam speciem, vt de re pure spirituali, multi probabiliter censent: formaliter verò, quia species intelligibilis est impressa vt plurimum ab intellectu agente, verbum autem me-

Digitized by Google

tem mentis est semper expressum ab intellectu passibili: illa est principium intelligendi, hoc verò terminus intellectionis. Respondetur secundo verbum mentis non differre realiter ab intellectione, quia neque potest esse intellectio absque verbo mentis, nec verbum mentis absque actu intelligendi: & certè actio non solet realiter differre à suo termino intrinseco, cujusmodi est verbum mentis respectu intellectionis: differre tamen formaliter, quia intellectio est conceptus mentis in fieri, at verbum mentis est idem conceptus in facto esse. Adde quod intellectio est de genere actionis, at verbum mentis de genere qualitatis: est enim veluti habitus quidam transiens, qui cessante actu deperit: in quo differt tùm à specie intelligibili cùm ab habitibus permanentibus, qui cessante operatione intellectus perseverant. Quòd si dicas habitum, qui per frequentes actus gignitur, esse illorum actuum terminum, & tamen ab ipsis realiter distingui: Respondetur ejusmodi habitum esse velut externum & saltem remotum terminum illorum actuum: nos autem loquimur hîc de interno actionis immanentis termino.

2. *Assertio.*

Objectio.

Solutio.

Quarta difficultas est, an per actum voluntatis producatur aliquis terminus internus, qui sit idem realiter cum ipsa volitione, sicut per actum intellectus producitur verbum mentis, quod est reipsa idem cum intellectione. Respondetur ita esse, quamuis non sint inventa vocabula ad ejusmodi internos terminos significandos diuersa ab ijs quibus actiones voluntatis significantur, sic existimamus per actum amoris aliquid in voluntate produci eodem vocabulo amoris significatum, qui sit terminus internus illius appetitionis. Notabis autem rem amatam esse in amante non per essentiam, cùm res ejusmodi sit extra animam (nisi sermo sit de amore proprio) nec per sui similitudinem, cùm voluntas non agat per speciem, sed per ipsius voluntatis inclinationem: quia in voluntate habitualis quædam eaque à natura congenita inclinatio est ad eam rem amandam. Itaq; quod in intellectu est species intelligibilis, hoc est in voluntate habitualis ista naturæ inclinatio. Et quod est in intellectu intellectio, hoc est in voluntate actualis inclinatio seu motus voluntatis in suum objectum. Denique quod est in intellectu verbum mentis, hoc est in voluntate terminus quidam

4. *difficultas an per actum voluntatis internus aliquis terminus producatur.*

internus ex illâ actuali inclinatione ortus, qui quoniam caret nomine, vocatur nomine actionis, ex qua nascitur.

Vtrùm necesse sit intelligentem speculari phantasmata.

QVAESTIO X.

SEnsus quæstionis est, vtrùm cùm aliquis intellectu rem aliquam, siue vniuersalem, siue particularem considerat, necesse sit eum simul per phantasiam circa aliquid singulare & materiale obiter versari. Ita asserit Aristoteles 3. lib. de anima cap. 8. t. 39. Necesse est, inquit, eum qui contemplatur vna cum phantasmate contemplari. Et sanè in hoc vitæ statu ordinariè ita accidit, quod experientia satis compertum est. Ea autem necessitas conuertendi se ad phantasmata dum contemplatur homo, illi obuenit ex naturali connexione intellectus cum phantasia, dum animus versatur in corpore: hinc enim fit vt saltè ordinariè non possit intellectus vllius rei capere notionem quin ipsum phantasia comitetur, ac circa idem objectum pro suo captu & facultate insistat. Addidimus ordinariè, vt excluderemus contemplationem, quæ fit per ecstasim perfectam seu raptum, in ea enim tam internorum, quàm externorum sensuum munia cessant: quare tunc phantasiæ simulachra nequaquam animo obuersantur. Diximus etiam dum animus versatur in corpore: nam post excessum animi à corpore non remanet phantasia, proindéque nulla in animo resident phantasmata.

Assertio tenenda, ex Arist.

Nota. Prior difficultas qui differat intellectus à voluntate.

Quomodo intellectus distinguatur à voluntate, & an ipsi præstet.

QVAESTIO XI.

DVæ difficultates de intellectu postremo loco explicandæ proponuntur.

Quod spectat ad priorem. Respondemus probabilissimum nobis videri intellectũ, distingui realiter à voluntate, quia ambæ sunt facultates reales, quarum vna non est altera, cùm vna alteram moueat, & altera aliam dirigat: voluntas n. mouet intellectũ, & intellectus dirigit voluntatem. Et sanè potentia seu facultas intelligendi est entitas animæ seperaddita diuersa à potẽtia seu facultate volendi:

Digitized by Google

lendi: Ex quo concludere est, intellectum tàm à volũtate quàm ab essentia animæ realiter distingui. Quod autẽ intellectus & voluntas formaliter inter se distinguantur, siue quod sint diuersæ rationis ac speciei, satis liquet ex iis quæ generatim docuimus de distinctione facultatũ animæ penes actus & obiecta, in primo tractatu huius partis Physiologiæ disp. posteriori, q. 5. quæ inde possunt repeti.

Posterior difficultas, intellectum voluntati præstet.

Quod spectat ad posteriorem: Respondemus, licet intellectus voluntati, & voluntas intellectui diuersa consideratione præstat: nihilominus tamen absolutè & simpliciter loquendo intellectum nobiliorem esse voluntate. Quod igitur voluntas aliqua ratione intellectum dignitate supereat, multis rationibus suaderi potest. Prima quia datur in voluntate aliquis habitus, nempe charitas, qui cætera omnia charisinata quæ etiam intellectui infundi solent, vt donum sapientiæ & intelligentiæ, nobilitate vincit. Secundò, quia actus amoris in præsenti vitæ statu cuilibet actui contemplatricis potentiæ longe anteponendus est, cùm per ipsum anima arctiùs vniatur cum Deo. Denique voluntatis vis maior esse videtur, quàm intellectus, cùm ab ipsa maximè pendeat: immo in ipsa positum sit dominium, quod habet homo in suos actus, & ad ipsam pertineat mouere reliquas animæ potentias, immo intellectum & seipsam.

Voluntatem præstare probatur.

1.

2.

3.

Intellectum præstare probatur 1.

Quod tamen intellectus præstantior sit facultas quàm voluntas, probatur. Primo, quia intellectus est lucis fœcundissimus: at voluntas ex se cæca est: vnde intellectus voluntatem sicut cæteras animæ potẽtias ac seipsum sua luce dirigit. Secundo, modus agendi intellectus est nobilior quàm sit modus agendi voluntatis, quia intellectus res obiectas per earum similitudines ad se trahit: voluntas verò obiecti boni specie trahitur. Tertio actus voluntatis præsupponit actum intellectus, sicque ab ipso dependet, non verò è contra actus intellectus præsupponit actum voluntatis: vnde nihil est volitum nisi cognitum: at verò multa sunt cognita quæ non sunt volita. Denique obiectum intellectus est simplicius & vniuersalius obiecto voluntatis: illud enim est ens quatenus intelligibile, hoc verò bonum quatenus sequendum, & malum quatenus fugiendum. Mitto hîc quod plerique probabiliter & sacræ scripturæ congruenter aiunt fœlicitatem alterius

2.

3.

4.

5.

Digitized by Google

vitæ in clara Dei visione positam esse, & donum gloriæ quod intellectui infunditur, longe nobilius esse dono amoris, quod voluntati adhæret.

TERTIA DISPVTATIO huius tractatus.

De statu animæ separatæ.

Quomodo anima separata distinguatur ab Angelo.

QVAESTIO I.

Assertio 1. mendà probatur 1.

ETsi animæ vbi è corporibus exceſſerunt, magnam habeant cum angelica natura conſenſionem, differunt tamen ab ipſis eſſentialiter, ita vt naturæ dignitate ſint angelis inferiores: tùm quia animæ ſeparatæ ſemper ſunt partes totius eſſentialiter diſtincti ab angelo, nempe hominis: tùm quia animæ ſeparatæ non ſunt integra ſuppoſita totaliter & omnimodè completa, vt ſunt Angeli: tum quia anima quatumuis ſeparata, ſemper eſt apta informare corpus, eique ſubſtantialiter vniri, non item angelus.

2.

Obiectio. Verum occurrit hoc loco difficultas non prætereunda: quî fieri poſſit vt angelus & anima ſeparata differant eſſentiæ dignitate, cum ipſa intelligendi nobiliſſima proprietate conueniant: neque enim videtur intellectus angelicus eſſentialiter differre ab humano, ſed tantum ſicut perfectum ab imperfecto: quod ſi proprietates eſſentialiter conueniant, earum quoq; principia eſſentialiter conueniunt, id eſt, erunt eiuſdem naturæ & ſpeciei. *Solutio.* Cui reſpondemus, licèt concederemus vtrumque intellectum eſſe eiuſdem ſpeciei, non tamen ſequi eorum principia ſpecie conuenire: quia proprietas illa non ex proprio cuique, ſed ex communi vtrique ſequitur gradu, nimirum ex ipſo eſſe ſpirituali, quod analogicè ſaltem angelo & animæ rationali commune eſt: Sicut licet facultas videndi in equo ſit ejuſdem rationis cum ea quę eſt in boue, quod etiam de alijs vitæ ſenſúſque propriis affectibus dici poteſt: non tamen ſequitur earum principia ſpecie conuenire. Addimus probabiliſſimum nobis videri intellectum huma-

Intellectum humanum ab angelico differre.

humanum ſpecie differre ab angelico, quia licèt ſeparatus, manet tamen ſemper aptus corpori vniri, & per conuerſionem ad phantaſmata ratiocinari, quod non competit intellectui angelico. Adde quod intellectui humano ſeparato ſemper naturale eſt diſcurſu ſeu ratiocinatione vti, non item angelico. Illud etiam dici poteſt, diuerſum eſſe naturale lumen vtrique congenitum.

An ſtatus animæ ſeparatæ ſit illi naturalis.

QVAESTIO II.

SEnſus propoſitæ quæſtionis eſt, An ſit conſentaneum animæ humanæ, illíque optabile ſeparari à corpore, & ſeparatam exiſtere: ſicque ſtatus ille ſeparationis ſit illi naturalis.

Statum illum non eſſe naturalem probatur.

Reſpondemus, licèt ſecundùm quid ſtatus ille animæ optabilis eſſe videatur, abſolutè tamen & ſimpliciter loquendo non videri naturalem. Probatur: cum enim animæ rationali maximè naturalis ſit vnio ad corpus, ſanè ſeparatio quæ illam vnionem tollit, proindéque ſeparationis ſtatus, qui eidem vnioni aduerſatur; non poterit verè dici animæ naturalis. Deinde quod in totius compoſiti naturalis perniciem cedit, non poteſt dici naturale formæ ipſius: ſed illa animæ ſeparatio ſiue in fieri ſiue in facto eſſe, cedit in perniciem ipſius hominis: Ergo non poteſt eſſe naturalis animæ quæ eſt ipſius forma. Deniq; naturale eſt animæ rationali exercere functiones non tantùm intellectiuæ partis, ſed etiam ſentientis & vegetantis: quod tamen haud quaquam præſtare poteſt à corpore ſeparata: quare ſtatus ille extra corpus non eſt ipſi naturalis. Nec tamen exiſtimandum eſt ſtatum illum animæ propriè loquendo violentum eſſe: ſequeretur enim animæ in eo ſtatu naturaliter deberi reunionem cum corpore: cùm enim ſit immortalis anima, ne daretur violentum perpetuum, deberet aliquando corpori reuniri: quod tamen naturæ leges excedit.

2.

3.

Non eſſe violentum probatur.

Eſſe præter naturam cõcluditur.

Procliuitas animæ ad corpus.

Supereſt igitur cum ſeparatio rationalis animæ à corpore, ſiue in fieri ſiue in facto eſſe ſpectetur, nec ſit naturalis, nec tamẽ violenta: vt propriè dicatur eſſe præter naturã. Quò fit vt anima in eo ſtatu poſita naturalẽ habeat procliuitatem ad corpus, eiúſque ſocietatem non tantum innato, ſed etiam elicito appetitu deſideret: Ratio eſt,

Digitized by Google

quod partes aſpirant naturaliter ad bonũ totius compoſiti cuius ſunt partes: vnio autem formæ cum ſua materia eſt bonum totius compoſiti: quare vtraque pars naturalẽ habet propenſionem ad eiuſmodi vnionem, ac proinde ſeſe partes illæ mutuò appetunt. Hinc patet cur animæ beatorum reſurrectionem tantopere deſiderent.

Vtrum anima ſeparata nouas rerum intelligibilium ſpecies acquirat, & quomodo.

QVAESTIO III.

Nodus difficultatis.

CErtum eſt animam cum è corpore excedit; tum ſcientiarum habitus cum ſpecies intelligibiles, quas ſibi in hac vita comparauit, ſecum aſportare. Verum difficultas eſt, vtrum vbi ſeiuncta eſt à corpore, nouas rerum imagines ſeu ſpecies acquirat. De habitu ſcientiæ non controuertitur: concedunt enim vltro animas ſeparatas niſi inferorum pœnis addicantur, infuſis denuo ſcientiarum habitibus à Deo exornari.

Aſſertio tenenda.

Reſpondemus igitur ad propoſitam difficultatem opus eſſe nouis ſpeciebus in anima ſeparata, cũ eo in ſtatu nouas rerum antea ſibi ignotarum (vt angelorũ, verbi cauſa, quibus cum eſt conuerſatura) notiones conſequatur.

Difficultas de modo.

Quod vero ſpectat ad modum, quo eas ſibi poſſit comparare, arbitramur admodum probabile eſſe animas ſeparatas ab obiectis ſpecies non attrahere, ſed à Deo eaſdem accipere eo modo, quo angeli eas à primo ortu ſibi diuinitus infuſas habent. Probatur autem hæc noſtra aſſertio, quia anima ſeparata neque à corporeis, neque à ſpiritualibus ſubſtantiis eas colligere valet. Nõ quidem à corporeis, quia eiuſmodi ſpecies ſunt nimiùm craſſæ & materiales: oportet enim eiuſmodi ſpecies prius in ſenſuum officinis attenuari, vt ex ipſis intellectus agens alias ſpirituales efformet. Non etiam à ſpiritualibus obiectis, quia nullæ ab eiuſmodi obiectis effluunt: ſpiritualia enim omnis externæ motionis præter quam localis ſunt expertia.

Concluſio.

Maneat igitur animæ rationali ſeparatæ nouas rerum ſpecies ſeu ſimilitudines ſimul cùm ſcientiarum habitibus à Deo infundi, quibus intellectus cùm libuerit, vtitur ad res obiectas cognoſcendas.

Quo-

Quomodo anima separata intelligat.

QVAESTIO IV.

CVm nihil in rerum natura subsistat, nisi vt operetur, consteturque animam à corpore separatam subsistere, sequitur eam à corpore separatam operari. Sunt autem animæ separatæ tres præcipuæ operationes: nempe intellectio, volitio, & latio: quarum potissima est intellectio. Intelligit igitur anima separata tum per species, quas hinc defert, tum per eas, quas ei confert Deus: nec in eo statu indiget amplius vllo corporis concursu, sicut indigebat in statu informationis. Quæres forsan, num anima separata discursu adhuc vtatur, sicut dum corpori est vnita. Respondetur ita esse: cùm enim intellectus animæ separatæ sit specie diuersus ab intellectu angelico, vt supra monuimus, modum quoque habet intelligendi diuersum, nempe quod discursu vtatur, angelicus non item. Cæterum non est negandum animam separatam multa nosse discursu, cùm etiam in hac vita nec simplicium terminorum apprehensiones, nec primorum principiorum notitiæ sint discursiuæ.

Anima separata operatur triplex.

Dubitatio.

Responsio.

Notandum autem est obiter discursum, quo anima separata vtitur, esse promptissimum, & subtilissimum ac propè instantaneum, idque propter species subtiliores ac puriores, & sublata sensuum corporeorum impedimenta: licèt enim illæ animæ separatæ intelligendi modus sit præter naturam, vt colligere est ex iis quæ diximus de illo statu animæ separatæ, non sequitur propterea naturali deteriorem esse.

Notandum.

Quæres præterea, vtrum anima separata nunquam cesset ab actu intelligendi. Respondetur, Etsi anima sicut & angelus aliquando possit à sui ipsius actuali cognitione cessare (quod plerique fieri posse negant) cùm sit in agendo libera, sicque possit actum intellectionis pro libito exercere, vel suspendere, nunquam tamen ab omni prorsus intelligendi actu otiari, sed semper in aliquam cognitionem incumbere: sicut viuentia dum viuunt, semper aliquod vitæ opus exercent.

Addubitatio.

Digitized by Google

Quænam cognosci possint ab anima separata.

QVAESTIO V.

PRopositæ quæstioni sequentibus assertionibus satisfiet.

1. Assertio. Prima assertio. Anima separata distinctè cognoscere valet cuncta sensibilia, idque per species eorũ intelligibiles siue acquisitas in hac vita, siue in illa infusas: An verò habeat infusas actu omnium sensibilium species sicque possit etiam cùm libuerit, quælibet cognoscere dubitari potest. Existimamus autẽ infundi animæ separatæ omnes omnium rerum sensibilium tùm in genere, cum in specie imagines, & animam rationalem per imaginem vnius speciei infimæ cognoscere quælibet eius speciei indiuidua. Exempli gratia per speciem seu imaginem impressam hominis in specie, poterit anima separata quoslibet particulares homines agnoscere, eorum actus externos dum exercentur, nisi aliquid aliud obfuerit; fieri enim potest peculiari Dei prouidentia, vt animæ non omnia, sed certa quædam apud nos gesta cognoscant: sic probabile est Deũ impedire ne animæ defunctorum, dum in purgatorio detinentur, singularia quæ apud nos geruntur, cognoscant, quia istorũ cognitio ad illarum statũ nequaquã pertinet.

Dubitatio. Solutio.

2. Assertio. Secunda assertio. Anima separata tùm se suosque actus internos, tùm verò alias animas distinctè potest cognoscere: hæc enim omnia ordinem ipsius animæ non excedunt. Dubitari autem potest vtrum anima se ipsam intelligat & suos actus absque specie. Plerique affirmant: eo quod anima sibi ipsi sit sufficienter præsens, quod etiam de ipsius actibus dici potest, cum sint immanentes. Probabilius tamen alij negant vllam expressam & claram cuiuscunque rei quantumuis præsentis cognitionem fieri posse absque aliqua ipsius specie: sicque animam seipsam suosque actus & potentias per proprias ipsarum species acquisitas vel infusas percipere.

Dubitatio.

Probabilior responsio.

3. Assertio. Tertia assertio. Probabile est animam separatam naturali distinctaque cognitione angelos nosse, eorumque naturales proprietates & operationes (exceptis tamen cordium cogitationibus) idque per species eorum repræsentatrices à Deo acceptas, vt cum ipsis possit in communi

muni societate viuere: neque enim ea quæ spectant ad angelorum essentiam & operationem adeò eminent supra hunc animæ rationalis statum, quin possint supra perfectam eius intelligentiam cadere.

An verò possit anima separata nosse omnia quæ supernaturaliter fiunt, difficultas est Theologorum propria: probabile autem existimamus animam separatam tam nonnulla, nec tamen omnia supernaturalia assequi.

Vtrùm admittenda sit facultas motrix in anima separata.

QVAESTIO VI.

QVæritur vtrùm anima rationis à corpore separata possit proprijs viribus localiter se mouere. Nonnulli enim existimarunt animam nostram omni motiua virtute destitutam nonnisi alieno impulsu ex vno loco ad alium deferri posse. *Probabilior assertio tenenda.*

Probabilius tamen videtur, præter eam facultatem motricem quæ ab anima est, non tamen in anima, sed in membris residet, cùm sit organica, quæq; simul cum corpore deperit, aliam admittendam esse ipsius rationalis animæ propriam spiritualem & minus organicam, quæque simul cum intellectu & voluntate, à quibus non secus ac prior illa à phantasia à appetitu realiter & formaliter distinguitur, in ipsa animæ rationalis substantia inhæreat, simulque cum ipsis post obitum perseueret. Licèt autem eiusmodi facultas motrix sicut intellectus & voluntas animæ à primo eius ortu congenita sit: eius tamen vsus non nisi post excessum à corpore ipsi animæ conceditur: anima enim per vnionem cum corpore est veluti relegata, neque planè sui iuris est, sed totius compositi, nempe hominis: Vnde cum per resurrectionem anima cum corpore reunietur, ipsum per potentiam sibi propriã non mouebit absque nouo Dei dono. Quòd autem admittenda sit eiusmodi facultas in anima, probatur, quia natura non deest in necessarijs, est autem necessarium vt anima instante morte è corpore excedat, sicque localiter moueatur, & aliquo se conferat: debuit igitur natura suppeditare illi naturale instrumentum talis motus, quod *Prædicta assertio probatur.* I.

nihil aliud esse potest praeter facultatem illam motricem, quam animae adscribimus ei persimilem quam alijs substantijs separatis, nempe angelis communi consensu assignant Theologi. Et sanè per absurdum videretur animam spiritualem adeo forè stupidam & infœlicem natura, vt quo in loco poneretur, etsi nulla vi aliena inibi detineretur, ex eo nunquam se posset extrahere: immò ex ipso corpore instante licèt morte nequaquam egredi posset.

2. ex absurdo.

Facultas motrix animae quoniam se extendat.

Porro arbitramur non tantum eam vim inesse animae qua se ipsam: sed etiam qua res à se distinctas pro viribus mouere possit: vtrumque enim ad eandem potentiam seu facultatem motiuam pertinet: hinc fit vt animae separatae non secus ac angeli possint assumere corpora, eaque pro libito mouere: sicq; etiam sine miraculo possint hoc modo ad viuos regredi, & per assumpta illa corpora, apparere, & etiam colloquia, licèt non per veras voces cum ipsis miscere. Quod tamen non sine peculiari Dei permissione fieri existimandum est: non enim sinit Deus animas sine iusta aliqua ratione è suis sedibus, praesertim si in inferno detineantur, aliò commigrare. Notandum autem est non rarò eiusmodi animarum apparitiones esse falsas & apparentes duntaxat, plerumq; enim dæmones pro animabus ipsis apparent, sæpè etiam sensibus nostris illudunt, & sanè eiusmodi vt plurimum apparitiones meræ sunt somniantium deliramenta. An autem ea Samuelis apparitio, quæ describitur 1. Reg. 28. vera fuerit, an verò dæmonis illusio, Theologis discutiendum relinquamus.

Defunctorum apparitiones.

Probabilem videtur veram fuisse.

Quomodo se habeat anima separata ad motum & locum.

QVAESTIO VII.

NOnnullæ dubitationes occurrunt hoc loco explicandæ.

1. Dubitatio. Responsio.

Prima est, an possit anima quantalibet celeritate se vel alia mouere. Respondetur: motiuam animæ vim determinatam seu definitam esse, sicque præscriptos habere suæ actiuitatis terminos, quantum ad celeritatem agendi pertinet: probabile autem est vim illam in quibusdam, quàm in alijs efficaciorem esse, cùm (vt supra monuimus) non sit absurdum inter animas inæqualitatem aliquam

aliquam numericam admittere : neque tamen propterea existimamus vnam posse mouere aliam, nisi se finat moueri, aut nisi Deus tantum roboris supernaturaliter tribuat vni, vt alteri vim inferat.

Secunda est, an possit anima separata quodlibet mobile quantumuis graue mouere. Respondetur vim animæ separatæ hac in re adhuc definitam esse : cùm neque ipsis angelis concessum sit, quantumlibet corpus mouere : non tantùm Deo id prohibente propter bonum vniuersi, sed etiam quia ad id se non extendit ipsorum naturalis potentia: quod potiore iure de animalibus separatis censendum est. Si quæras an defatigetur anima in mouendis corporibus. Respondetur animas sicut angelos non eiusmodi defatigationi, quæ in animantibus prouenit ex defectu spirituum qui absumuntur, obnoxias : neque enim substantiarum spiritualium facultas motrix indiget eiusmodi spiritibus aut organo corporeo. 2. Dubitatio.

Tertia est, quomodo animæ separatæ sint in loco. Respondetur idem sentiendum esse in hac re de animabus separatis ac de angelis, de quibus quoad præsentem difficultatem fusè disserunt Theologi. Censemus igitur animam separatam sese ad punctum loci posse colligere : non tamen ad quoduis spatium loci se posse extendere, sed ad certum ac definitum : in quo non circumscriptiuè sed definitiuè duntaxat continetur, id est anima non est in loco ad modum corporum, quæ totum locum implent & occupant, & quorum partes singulis partibus loci respondent : sed ad modum angelorum est ita in toto loco, vt tota sit in singulis partibus loci, nec adhuc illud occupet, cùm non sit impedimento, quominus aliud quippiam in eodem loco insit. 3. Dubitatio. Responsio.

Probabile autem est, etsi nullam habeat determinatam figuram, eam tamen vt plurimum seruare in ordine ad locum à quo extrinsecè determinatur eius præsentia; quàm habuit in corpore, & fortasse non maiorem. Sicque non absre (vt alias rationes prætermittam) animas humana figura depingi consueuisse. Sunt autem præsertim tria loca in quibus animæ separatæ nunc detinentur: nempe cœlum supremum, quod vocant Empyreum, vbi fœliciter degunt animæ sanctæ. Infernus, in quo animæ damnatorum pœnis æternis cruciantur : denique purga- Quæ sit anima separatæ figura.

torium, in quo animæ fideles pœnas peccatis remiſſis debitas ad tempus luunt.

Verò hæc de anima ſeparata pro noſtro inſtituto diſſeruiſſe ſit ſatis, reliqua enim ad Theologum pertinent: Atque adeò vniuerſæ Phyſiologiæ noſtræ finem hic imponens: ſimulque Deo rerum omnium authori & conſummatori gratias immortales habebimus.

Cui ſoli laus omnis, honor, & gloria
in perpetuas æternitates.
Amen.

INDEX

Digitized by Google

INDEX ALPHABETICVS RERVM QVÆ IN HAC Tertia Summæ Philosophicæ parte de rebus naturalibus continentur, vbi numerus paginam indicat.

A.

AB æterno creatura incorruptibilis potuit esse, non vero creatura corruptibilis, & motus Physicus, nisi forsan latio circularis 89
Accidentia quomodo attingant productionem substantiarum 21
Accidentia corporea soli materiæ formaliter inhærēt 23
Accretio viuentium ab inanimatorum accretione quomodo differat 216
Accretio quomodo fiat ibid.
Accretio secundum quas partes viuentis fiat 217
Accretio fit continuè & successiuè 218
Accretio non durat per totum vitæ tempus 219
Accretionis quædam definitiones 216
Accretionis quænam sint causæ ibid.
Actio transiens in patiente recipitur, non in agente 129
Actus & potentia semper opponuntur 18
Actus profecti à potentia vna secundùm speciem, quomodo inter se specie conueniant 17
Adamo sopor à Deo immissus, fuit reuera somnus, & extasis 272
Aer cur nonnunquam desiccare videatur 148
Aer natura sua est calidus 149
Aer cur nos refrigeret, & cordis æstum temperet ibid.
Aerem esse primum humidum probatur 148
Aeris media regio cur frigida 150
Æstimatiua non est sensus distinctus à Phantasia 274

Digitized by Google

Æstimatiua quomodo à phantasia differat 274
Æstimatiua hominis quomodo differat ab æstimatiua brutorum 274
Æstimatiuæ munus triplex ibid.
Agens supernaturale, naturale & artificiale quomodo inter se differant 89
Agens non agit in sibi simile 131
Agens quomodo in seipsum possit agere ibid.
Agens quomodo dum agit repatiatur 132. 133
in Agente quolibet naturali duplex agendi principiū 120
Agere in agente quid 229
An generatio sit continuè & successiuè 218
Alendi facultas quid, eiusque necessitas 201
Alimentum duplex, proximum & remotum ibid.
Alimentum debet esse partim simile, partim dissimile, rei viuenti, quam nutrit ibid.
Alimentum non potest esse purum elementum 202
Alteratio potest dici continua tribus modis 139
Alteratio continuatur successiuè ratione formæ & subiecti 140
Alterationis definitio causæ, & termini 138
res Amata est in amante per ipsius voluntatis inclinationem 292
Anima rationalis non pēdet à materia vt conseruetur 24
Anima rationalis quomodo pendeat à materia vt producatur ibid.
Anima est genus formæ distinctum à formis rerum inanimatarum. 175
Anima est substantia & non est corpus 177
Anima est actus totius corporis 177
Anima non est vnita toti corpori secundum omnes suas facultates & operationes ibid.
Anima quasnam corporis partes informet 178
Anima partium omnium continuitatem in corpore desiderat 180
Anima nobilior deteriorem continet eminenter non formaliter 184
Anima rationalis est indiuisibilis & inextensa 188
Anima imperfecti animalis, non verò perfecti à toto seiuncta cur remaneat 109
Anima respectu suarum potentiarum triplex genus causę sortitur, nempe materialis, agentis & finalis 19

Digitized by Google

Anima rationalis altera potest esse nobilior secundùm quidditatem numericam 281
Anima quomodo se, suaque cognoscat 289
Anima separata ab Angelo differt essentialiter 309
Anima separata non tantùm appetitu innato, sed etiam elicito sui corporis societatem desiderat 303
Anima separata nouas rerum intelligibilium species à Deo accipit ibid.
Anima separata quomodo intelligat 305
Anima separata semper intelligit ibid.
Anima separata potest distinctè cognoscere omnia sensibilia 304
Anima separata se, suosque actus internos, & alias animas distinctè potest cognoscere ibid.
Anima separata potest cognoscere Angelos, eorum actus & proprietates, non tamen cordium cogitationes ibid.
Anima separata seipsã, & alia localiter potest mouere 305
Anima separata est definitiuè in loco ibid.
Animæ duplex definitio & vtriusque explicatio 176
Animæ omnes materiales, sunt diuisibiles & extensæ 188
Animæ potentiæ, *vide* Potentiæ animæ
Animæ actio per quam potentiæ ab ipsa emanant qualis sit 191
Animæ rationalis quænam sit origo 280
Animæ separatæ status nec est naturalis, nec violentus, sed præter naturam 393
Animæ separatæ virtus motiua est determinata 307
Animæ separatæ præsertim in tribus locis, nunc detinentur 307
in Animali multa partium genera 178
Animali intereunte non remanet forma corporeitatis aut succedit forma cadaueris 187
Animalia sine semine procreata sunt eiusdem speciei cum iis quæ à putri materia efformantur 225
Animalis mortui corpus qua ratione sit vnum 187
Animã in genere triplicè esse colligitur ex triplici gradu quo eius operationes supra materiam, eleuantur 181
Animam in vnoquoque viuente vnicam esse probatur 183
Animam rationalem esse spiritualem & immortalem probatur 281
Animam rationalẽ esse formã informãtem probatur 282

Disparitas quæ inter diuersarum animarum rationalium functiones reperitur plerumque est petenda ex inæquali dispositione organorum corporeorum 285
Animarum apparitiones nonnunquã sunt apparẽtes 306
Animatorum quatuor genera 182
Antiperistasis quid 132
Aqua est primum frigidum 150
Aqua simul cum terra globum vnum efficit 151
Animalibus cur necessaria cibi appetitio 211
Aquæ gutta per solas species vini consecrati in Eucharistia in vinum conuerti potest 22
Aquæ fluentes cur non putrescant 151
Ars & natura quomodo inter se conueniant & differãt 34
Astra sunt eiusdem rationis cum suis orbibus 99
Astra lumen à sole mutuantur 101
Astra innatum lumen habent ibid.
Astra fixa & errantia cur sic dicta 102
Astrorum numerus ibid.
Auditio quomodo fiat 255
Auditus facultas residet in aere congenito intra tympanum auris incluso ibid.

B.

Beatarum animarum sedes 307

C.

Cadaueris forma animæ non succedit 187
Calor natiuus in animali quid, eiusque ab igneo calore distinctio 199
Calor ascitius in animali quid 209
Calor febrilis cur noxius ibid.
Caluitium quid, eius causa, & cur soli homini accidat 213
Canities quid, & eius causa ibid.
Capillorum quæ sit materia, & cur in humano capite abundent 213
Capra saltans quomodo in aere producatur 156
Casus definitio 48
Causæ per accidens non sunt verè causæ 47
Causæ per accidens in genere tribus modis dicitur 47
Causæ triplex acceptio, lata, stricta & propria 35
Causæ definitio ibid.
Causalitas causæ in quo sit posita 36
Causalitas quid ibid.

Digitized by Google

Cauſarum quatuor eſſe genera dupliciter probatur 36
Cauſarum multiplex diuiſio 37
Cauſarum nouem proprietates 38.39
Cauſas per accidens dari probatur 47
Choleræ conſiſtentia,color,ſapor, complexio & effectus aſſignatur 206
Circulus lacteus quid 160
Cœli forma eſt diſtincta à formis elementaribus 92
Cœli ſpecie inter ſe diſtinguuntur 94
Cœli quomodo ſuo motu calefaciunt hæc inferiora 95
Cœli duodecim & cur tot aſſignantur 98
Cœlis quies poſt diem iudicij erit naturalis 91
Cœlis influentias tribuendas eſſe probatur 97
Cœlorum materiam eiuſdem eſſe rationis cum materia rerum ſublunarium probatur 98
Cœlorum durities,denſitas,raritas,pelluciditas,& opacitas colligitur 94
Cælorum lux elementares qualitates aliqua ratione continet 96
Cœlorum motus quinam ſint;& quo temporis ſpatio abſoluatur 98.99
Cœlos non moueri ab intelligentiis probatur 93
Cogitatiua facultas,*vide* Æſtimatiua
Cohortium armatorum apparitio vnde proueniat 159
Color quid,& quotuplex 244
Color à lumine quomodo differat ibid.
Colores in aere apparentes non ſunt veri 159
Colores diuerſi in aere cur appareant ibid.
Coloris quænam ſint cauſæ 245
Cometa quid,& quotuplex 155
Cometæ cur autumnali tempore maximè gignantur, & quanto tempore durent ibid.
Cometæ quandoque mouentur, & aliquorum effectuum ſunt ſigna 156
Compoſitum Phyſicum à forma præſertim dependet 19
Compoſitum naturale per ſe & eſſentiale quomodo ex materia & forma reſultet 31
Compenſatione quantitas non deperditur, ſed tantùm nouus quantitatis modus acquiritur 222
Continui partes non ſunt infinitæ actu categorematicè ſed tantum ſyncategorematicè 55
Continuitas partium triplex 181

Digitized by Google

Continuum non constat solis indiuisibilibus 54
Continuum quomodo sit diuisibile in infinitum 55
Contrariorum triplex acceptio 72
Cor primum viuens & vltimum moriens 178
Cor prius natura cæteris partibus animatur 184
Corona seu area, quid 160
Corporeitatis forma non est admittenda 187
Corruptio vnius quomodo sit generatio alterius 136
Creatio quid 88

D.

DÆmones sua virtute non possunt homines generare 227
De dentibus quædam notanda 212.213
Dei respectu nihil potest esse casuale aut fortuitum 49
Densum quid 222
Deo per creationem nihil verum & reale formaliter accidit 157
Deum vbique esse quomodo à Theologis colligatur 80
Deus quomodo ex nihilo omnia creare potuerit 89
Dolor morbum comitans quid, quas causas habeat 21
Duratio quid 64
Durationis quatuor species ibid.

E.

ECho quid, & quomodo fiat 254
Effectus idem numero qui ab vno agente productus est, non potuit ab alio agente naturaliter produci 42
Effectus eiusdem non possunt plures simul esse causæ totales, eiusdem generis, & ordinis ibid.
Effectus ex hypothesi necessarius, quomodo simul possit esse fortuitus 49
Efficientis causæ definitio 40
Efficientis causæ quæ sit ratio formalis ibid.
Efficientis causæ multiplex diuisio 41
Efficientis causæ quinque proprietates 43
Elementa quænam dicantur symbola, & dissymbola 124
Elementa in suis locis naturalibus nec grauitant, nec leuitant 125
Elementa quomodo maneant in mixto 143
Elementarium rerum mutationes quænam sint 129
vnicuique Elemento duæ primæ qualitates naturaliter conueniunt 123

Digitized by Google

Elementorum formæ non sunt primæ qualitates, sed sunt actus substantiales 121
Elementorum quaternarius numerus colligitur ibid.
Elementorũ qualitates symbolæ sunt ejusdẽ naturæ 114
Elementorum motrices qualitates quatuor 125
Elementum quid 110
Elementum quomodo corpus simplex 121
Epicyclus quid 101
In Eucharistia accidentia virtute diuina ab omni materia separantur & separata conseruantur 24
Eucharistiæ accidentia per se non nutriunt 202
Exemplar quid 17
Exemplaris causa non est vna ex causis Physicis, reuocari tamen potest ad efficientem, vel formalem causam. ibid.
Exhalatio quid, & quotuplex. 154

F.

FAmes est formaliter dolor 211
Fames est subiectiuè in appetitu concupiscibili ibid.
Famis quænam sint causæ ibid.
Fascinantes, quomodo solo intuitu noceant 81
Fascinium quot modis fiat ibid.
Fati defininio 50
Fati & fortunæ vocabulis non vtendum ibid.
Fatum à diuina prouidentia quomodo differat ibid.
Fax quomodo in aëre producatur 156
Finalis causæ octo proprietates 46
Finis definitio 44
Finis causalitas in quo posita ibid.
Finis multiplex diuisio 44.45
Finis secundùm quodnam esse an reale, aut objectiuum moueat 45
Fontium & fluminum origo vt plurimum est ex mari 165
Fontium & fluminum aquæ cur non salsæ, aut amaræ ibid.
Forma quomodo medijs dispositionibus vniatur materiæ 23
Fluuiorum motus non est propriè naturalis 151
Forma dici potest principium, elementum, natura, &

cauſa 40
Forma aſſiſtens & informans quid 283
Formæ duæ definitiones 18
Formæ antequam producantur non ſunt actu in rerum natura 19
Formæ antequam producantur quomodo contineantur poteſtate in materia ibid.
Formæ ſubſtantiales agentium, quomodo attingant productionem aliarum formarum ſubſtantialium 21
Formæ materiales à materia ſeparatæ quomodo exiſtant 23
Formæ ratio cauſandi in quo poſita ſit 40
Formæ pars prima non datur quæ in inſtanti tota ſimul acquiratur 139
Formæ partiales ſunt admittendæ 185
Formas produci ex materia quid 19
Fortunæ definitio 48
Foſſilium duo genera 169
Fulgur & fulmen quomodo inter ſe differant 157
Fulmen quomodo producatur ibid.
Fulmen cur plerunque feratur obliquè ibid.
Fulminum tres ſpecies 158
Fulminum mira effecta ibid.

G.

GElu quid 163
Gemmarum multa genera, earúmque cauſæ 171.172
Gemmarum quædam proprietates 172
Generandi facultas quomodo ab alendi & augendi facultate diſtinguatur 224
Generatio cur rebus corruptiuis tantùm conueniat 135
de Generatione quædam quæruntur 228
Generationis tres deſcriptiones 134
Generationis principia, cauſæ, & termini 135
Generationis duplex acceptio 226
Grando quid, & eius origo 162
Granedula quid ibid.
Guſtus actio quomodo fiat 260
Guſtus facultas reſidet in lingua ibid.
Guſtus differt à tactu 260

Digitized by Google

H.

Hiatus in aere vnde appareat 159
Homini in ſtatu innocentiæ immortalitas erat conceſſa ſupra eius naturam 210
Homo quomodo prius viuat vita plantæ, tum vita animalis, demum vita hominis 184
Homo quomodo ſit formaliter vegetatiuus, ſenſitiuus & rationalis 186
Humidum radicale ſeu primigenium quid 209
Humores quatuor primigenium quid 209
Humores quatuor primi quomodo in animalibus conficiantur 205
Humores primi ſunt tantùm quatuor ibid.
Humores primi inter ſe eſſentialiter differunt 206

I.

Ignem elementarem ſupra aerem dari probatur 146
Igni cur aer neceſſarius, cur ab aqua marina minùs extinguatur, cur in cuſpidem deſinat, è bellicis tormentis excitatus tanto ſtrepitu foras erumpat, & præter modum frigentibus ſi ſit copioſius, dolorem cauſet 147
Ignis quomodo inquam in lebete excalefaciat, fundo ipſius lebetis intermedio frigeſcente ibid.
Ignis in concauo lunæ cur non egeat pabulo 147
Ignis omnis eſt eiuſdem rationis ac ſpeciei ibid.
Ignis infernalis virtute ſupernaturali agit in animas 146
Ignis fatuus cur ſic dictus, & quænam de eo ſcitu digna 158
Imaginationis officia 272
Impreſſiones ignitæ à lucidis quomodo differant 158
Impreſſiones lucidæ quomodo fiant 158
Impreſſionum meteorologicarum quænam generales cauſæ 154
Impreſſionum meteorologicarum quatuor genera ibid.
Infiniti definitio, & multiplex diuiſio 56
Infinitum quomodo poteſt cognoſci ibid.
Infinitum actu, & categorematicum cur nõ poſſit dari 57
Intellectio quid, & quomodo à ſenſatione differat, 296

Digitized by Google

Intellectus obiectum adæquatum est ens quatenus intelligibile.
Intellectus cognoscit singularia sensibilia 287
Intellectus substantias corporeas per proprias ipsarum species,& materialia non sensibilia per proprios ipsorum conceptus potest cognoscere ibid.
Intellectus licèt in hoc præsenti statu possit formare vt discursus conceptum quidditatiuum substantiarum separatarum:non tamen earum,& distinctum 289
Intellectus duplex,agens & patiens 292
Intellectu agens & patiens quomodo in productione specierum intelligibilium inter se differunt 294
Intellectus patiens,cur dicatur absolutè intellectus, cur patiens,cur possibilis,cur ratio tum inferior, cum superior, cur intellectus theoreticus. 289
Intellectus distinguitur à voluntate realiter & formaliter 290
Intellectus absolutè & simpliciter voluntate est nobilior, licèt sub aliqua cõsideratione voluntas ipsi præstet 300
Intellectus angeli & animæ rationalis,non sunt eiusdem speciei ibid.
Intelligentem oportet speculari phantasmata 199
Intelligibilia priora & posteriora quo ad nos, quænam sint 291
Iris quid & quot colores in ea appareant. 160

L.

Lapidum multa genera 171
Lapidum quænam sint causæ ibid.
Lapidum formæ substantiales ab elementaribus sunt distinctæ ibid.
Latio inhæret mobili 74.75
Lationis quinam sit terminus 75
Linguo structuræ describitur 260
Localiter propriè non potest moueri punctum 75
res Locata quomodo in eodem loco dicatur manere 60
Loci definitio 59
Loci multiplex diuisio ibid.
in Locis duobus idem corpus potest esse virtute diuina

in Lo-

Digitized by Google

in Loco eodem virtute diuina duo corpora possunt esse, & quomodo id fiat ibid.
Locus cur dicatur superficies prima 60
Locus cur dicatur superficies immobilis 59
Lumen quomodo oppositu solidi corporis reflectatur 96
Lumen quid 241
Lumen à luce quomodo differat 241.242
Lumen quomodo videatur 243
Luminis octo proprietates 242
Luminis seu lucis propagatio fit in instanti 243
Luna suo orbi non est continua, sed tantum contigua 99
Luna cur eclypsim patiatur & maculosa appareat 101
Lunæ variæ apparitiones 101
Lux Solis quomodo calorem causet.

M.

MAgnes quomodo ad se trahat dissitum ferrum 80
Matis salsedo à Deo ipsi indita 164
Maris fluxus & refluxus causam Deus mortalibus celauit ibid.
Materia prima in genere entis Physici est pura potẽtia 15
Materia prima in genere entis Metaphysici non est pura potentia 16
Materia prima non est ens completum ibid.
Materia est ingenerabilis, & incorruptibilis 17
Materia nunquam potest esse nuda 18
Materia est omnino passiua ibid.
Materia non habet potentiam eductiuam ad omnes formas ad quas habet potentiam receptiuam 20
Materiæ multiplex diuisio 13
Materię primę potentia partim eductiua, partim receptiua est 15
Materiæ primæ potentia se extendit ad formas præteritas, præsentes, & possibiles non futuras 16
Materiæ quantitas est coęua 17
Materiæ ratio causandi, in quo posita sit 39
Materiam primam in rebus Physicis admittendam esse probatur 14
Melancholiæ consistentia, color, sapor, complexio, & ef-

Digitized by Google

fectus assignantur 206
Memoria non est sensus distinctus à Phantasia 275
Memoria quomodo à reminiscentia differat ibid.
Memoriæ officia ibid.
in Metallis vnicâ substantialis forma 170
Metallorum duplex materia, proxima scilicet & remota 69
Metallorum quænã sit causa efficiens,& finalis 169.& 171
Metallorum sex species,totidemque affectiones 170
Metallum quid 169
Metallum aliquod imperfectum in perfectius humana industria difficillimè transmutari potest 171
Meteora quid,& cur impressiones appellentur 154
Meteororum quænam sint causæ ibid.
Mixta perfecta inanimata sunt in duplici differentia 172
Mixtionis definitio 142
Mixtionis nomen quomodo à Physicis vsurpetur ibid.
Mixtorum corporum duo genera 155
Mixtorum perfectè duo genera 168
Monstri definitio 49
Morbus quid sit,eiusque duplex acceptio 214
Mors quid,& quotuplex 210
Mors omni viuenti,etiam homini est naturalis ibid.
Motio duplex, propria,& Metaphorica 44
Motor primus iuxta Aristotelẽ qualisnam esse debeat 81
Motrix facultas à cæteris distincta,in animalibus est admittenda 277
in Motu progressiuo animalium tria notanda 74
in Motu non datur prima pars versus initium , nec vltima versus finem ibid.
Motum propriè & formaliter esse acquisitionem formæ probatur 68
Motus in vacuo an possit fieri 63
Motus definitio 68
Motus physici proprietates sunt cõtinuitas & successio 89
Motus omnis sit inter duos terminos 101
Motus termini sunt aut positiui,aut priuatiui ibid.
Motus terminus à quo priuatiuus magis propriè ad motum pertinet ibid.
Motus habet maiorem connexionem cum termino ad quem,quàm cum termino à quo 70

Digitized by Google

Motus non differt realiter, ſed tantùm formaliter à termino in quem tendit 70
Modus quomodo à ſubjecto ſeu mobili diſtinguatur 71
Motus triplex acceptio 72
Motus tres tãtùm ſpecies, Accretio, Alteratio, & Latio 72
Motus identitas ſeu diuerſitas generica, ſpecifica, & numerica vnde ſumatur. 73
Motus indiuiſibilia ſunt mutata eſſe 74
Motus nunquam incipit ab ipſo mutato eſſe, licèt ſæpiùs in ipſo deſinat 74
Motus incipit ab vltimo ſui non eſſe, & deſinit in primo ſui non eſſe ibid.
Motus localis multiplex diuiſio 75
Motus naturalis & violentus quid 76
Motus directus & reflexus quid 77
Motus velocitas & tarditas vndenam oriatur ibid.
Motus regularis & irregularis quid 78
Mouens & mobile debere eſſe ſimul probatur 80
Moueri aliquid tribus modis dici poteſt, ſcilicet per accidens, per aliud, & per ſe primo 78
Moueri aliquid à ſe primo probatur 79
Qua ratione ſit verum, nihil à ſe ipſo moueri ibid.
Mundi deſcriptio 83.84
Mundum vnicum eſſe, qua ratione certum ſit 84
Mundum non fuiſſe ab æterno probatur 85
Mundum productum fuiſſe probatur 88
Mundus cur ſic dictus; item cur dicatur machina, natura, vniuerſum, & cœlum 84
Mundus quomodo à Deo potuerit perfectior produci. ibid.
Mundus quandonam incæperit & deſiturus ſit 89
Mutatio formaliter quid. 12

N.

NAtura analogicè dicitur de materia & forma 28
Natura cur potius dicatur principium mouendi id in quo eſt, quàm aliud 29
Natura in qualibet re naturali eſt principium paſſiuum ſuæ mutationis ibid.
Natura in nulla re eſt principium actiuum ſuæ generationis aut corruptionis; vel alterationis corruptiuæ: ſed tantùm perfectiuæ. 29.30

Digitized by Google

Natura in animatis est principium actiuum accretionis: & motus localis 30
Natura, habens naturam, & secundum naturam quomodo inter se differant 31
Natura & ars, quomodo inter conueniant, & differant 34
Naturæ multiplex acceptio 26
Naturæ definitio 27
Naturæ definitionem materiæ, & formæ conuenire probatur 28
Naturalis multiplex acceptio 31
Nix quomodo producatur, & cur in cacumine montium perseueret 162
Nebecula quid 162
Nubes quid & cur maneat in aëre suspensa 161
Nutritio continuo necessaria in viuente, dum viuit 203
Nutritio in viuentibus quomodo fiat 204
Nutritiuæ virtutis quatuor facultates scilicet attractrix, retentrix, concoctrix, & expultrix 205

O.

OBjecti ratio formalis, sumitur ex modo quo obiectum potentiam immutat 197
Obiectum potentiæ dupliciter potest spectari, materialiter, & formaliter 196
Oculi structura describitur 248
Odor quid & quotuplex 256
Odorandi facultas residet in carunculis mamillaribus 258
Odoratus actio quomodo fiat 258
Odores non nutriunt 202
Odores vndenam gignantur, & quomodo per medium diffundantur 256
Oleum differt specie ab oliuis 176
Os separatum quomodo analogicè dicatur os 186

P.

PAraselina quid 160
Paralelia quid ibid.
Perspicuum quid, & quotuplex 242
Phantasia in cerebro, quomodo appetitum in corde residentem

Digitized by Google

dentem immediatè moueat 81
Phantasiæ officia 270
Physica cur sic dicta 2
Physicæ dignitas & vtilitas 1
Physicæ obiectum est corpus naturale vt naturale 4
Physicam esse scientiam probatur 2
Pituitæ consistentia, color, sapor, complexio, & effectus assignantur 206
Pluuia quid, & cur minutatim decidat 161. 162
Pluuia prodigiosa aliquando accidit ibid.
Potentiæ animæ ab ipsa oriuntur 190
Potentiæ animæ ab ipsa oriuntur efficienter per emanationem 191
Potentiæ animæ ab ipsa ordine quodam emanant 192
Potentiæ animæ non sunt idem formaliter cum ipsa, sed ab ipsa non tantùm formaliter, sed etiam realiter differunt. ibid.
Potentiæ ab anima separatæ non possunt operari 193
Potentiæ organicæ non sunt subiectiuè in anima, sed in solo corpore animato 194
Potentiæ rationalis animæ propriæ, in ipsa subiectiuè residunt ibid.
Potentiæ distinguuntur per actus, & obiecta 195. 196
Potentias animæ quinque in genere esse colligitur 190
Potus non nutrit, sed nutritioni inseruit 212
Principia generationis debere esse contraria probatur 9
Principia generationis, sunt prima contraria 10
Principia rerum naturalium tria esse, nempe materiam, formam & priuationem probatur 11
inter Principia generationis, cur non adnumeretur causa efficiens aut etiam finalis ibid.
Principij quadruplex acceptio 7
Principij duplex descriptio 8
Principiorum tria genera, compositionis, cognitionis & generationis 7
Priuatio quomodo ab Aristotele dicatur principium rerum naturalium 25
Priuatio qua ratione spectata sit principium per se & per accidens naturalium ibid.
Priuationem esse principium per se generationis physicæ probatur 24

Digitized by Google

Priuationis definitio ibid.
Procella quid 169
Pruina quid 163

Q.

QValitates primæ quot, & quænam sint 122
Qualitatis latitudo duplex, extensionis, & intensionis 140
Qualitatum intensio & remissio quid, & quomodo fiat. 141
Quantitatis termini quinam sint, & cur vocentur indiuisibilia Quantitatis. 52
Quantitatis indiuisibilia terminantia, & copulantia sint realia 53
Quietis duplex acceptio 59
Quies quomodo sit proprietas rei naturalis perfectior ipso motu ibid.

R.

RArefactionem noua quantitas non acquiritur, sed tantum nouus quantitatis modus 223
Rarum quid 222
Reminiscentia. *vide* Memoria
Respiratio quid & quomodo fiat 215
Respiratio cur quibusdam animalibus indita 215
Respiratione non indigent animalia pulmonibus carentia. 216
Respirationis motus est absolutè naturalis, & secundum quid voluntarius 215
Resolutionem vsque ad materiam primam in cuiuslibet rei interitu non fieri probatur 137
Ros quid 163

S.

SAnguinis consistentia, color, sapor, complexio, & effectus assignantur 205
Sanguis est commune membrorum alimentum in animalibus sanguine præditis 203
Sanitas quid 214
Sapor quid & quotuplex 258

Scientia

Scientia quomodo habeatur tantum de rebus perpetuis & constantibus 2
Scientia potest haberi de indiuiduiis collectiuè sumptis 5
Semen quid, vnde procreetur 225
Semen non est animatum ibid.
Seminis quædam virtutes ibid.
Seminum duorum animalium naturâ differentium mixtione proles in tertiam speciem degenerat 226.227
Sensibile duplex, per se & per accidens 223
Sensibile per se duplex, proprium & commune 224
Sensibile vehemens duobus modis potest lædere sensum 236
Sensibile supra sensum positum non sentitur 239
Sensibile non potest percipi nisi intermediante specie intentionali 234
Sensibilia tum communia, cùm propria sunt quinque ibid.
Sensitiui duplex acceptio 185
Sensus non est potentia purè passiua, neque merè actiua 229
Sensus non est duplex facultas, sed vna simplex, actiua simul & passiua, diuersa consideratione 229.230
Sensuum alij sunt interni, alij externi 238
Sensus cur dicantur ab Aristotele potentiæ passiuæ 230
Sensus quomodo possit errare circa proprium, aut commune obiectum 235
Sensus eiusdem appellationis, siue externus, siue internus est eiusdem speciei in quocunque animali 237
Sensus externi quinque 238
Sensus externus non percipit priuationem proprij obiecti 240
Sensus internus est vnicus 267
Sensus cõmunis non est sensus distinctus à phantasia ibi.
Sensus communis tria munera 268
Sensuum alij sunt interni, alij externi 238
Sitis quid formaliter, & quænam eius causæ 211
Sol quomodo remotissimus à terra, in ipsius visceribus lapides & metalla procreet 81
Somnia sunt phantasiæ maximè propria 272
ex Somniis quando liceat aliquid præsagire 272
Somniorum causæ & genera ibid.

Somnium quid,& quomodo fiat 271
Somnus quid,& quomodo fiat 268.269
Somnus cur animalibus conceſſus 270
Sonus quid,& quomodo fiat 251
Sonus eſt ſubiectiuè in corpore alliſo ibid.
Sonus per quodnam medium ad auditum deferatur 252
Sonus quonam pacto per medium,ad auditum vſque traiiciatur 253
de Speciebus intentionalibus quædam ſcitu digna quæruntur 231
Species intelligibiles ſunt neceſſariæ ad intellectionẽ 292
Species ſenſuum externorum,internorum, & intelligibiles,quomodo inter ſe differant 292
Species intelligibiles quomodo producantur ibid.
Species intentionalis quid,& cur ſic dicta 230
Species intentionales ſunt neceſſariæ ad ſenſationem ibi.
Species intentionales ſenſuum internorum ſunt vel ſenſatæ,aut non ſenſatæ 267
Species intentionales ſenſuum internorum vnde oriantur,& quomodo in ipſis producantur 267
Spirituum vitalium & animalium origo 206
Stellæ ſui orbis motu rapiuntur 100
Stellæ: *vide* Aſtra
Stellæ vagæ quomodo in aere producantur 156
Subiecto prima pars non eſt tota ſimul alterata 139
Subſtantia corporea ſine quantitate non poteſt eſſe extenſa 51
Subſtantia ſublata quantitate quomodo dici poſſit corporea 52
Superficies corporis continentis duobus modis ſpectari poteſt 60
idem Suppoſitum quomodo ratione ſui motus,ſit mouens & motum 79

T.

TActus obiectum quodnam ſit 267
Tactus actio fit ſine medio ſiue externo ſiue interno 264
Tactus facultas in vnoquoque animali eſt vna ſpecie & numero 263
Tactus organum eſt caro & neruus ibid.
Temperamentum quid,eiuſque multiplex diuiſio 144

Digitized by Google

Tempori ea tantum subiiciuntur, quæ initium & finem habent 67
Temporis definitio 64
Temporis multiplex diuisio,& à motu distinctio 65
nihil Temporis quomodo vnquam sit præsens 66
Tempus maximam habet affinitatem cum motu 65
Tempus cur dicatur numerus motus,secundum prius, & posterius ibid.
Tempus quomodo omnia contineat 66
Tempus quomodo dicatur nunc fluens ibid.
Terra summè sicca & moderatè frigida 151
Terræ fœcunditatis causa 152
Terræ ambitus quantus sit 46
Terræ plus est quàm aquæ, ratione profunditatis ibid.
Terræ montes & colles vndenam extiterint ibid.
in Terræ eodem tractu tanta soli, & rerum quæ gignuntur varietas vnde proueniat ibid.
Terræ motuum origo,eorúmque duo genera 166
Tonitru quid 157
Torpedo quomodo manum eius qui se reti,vel arundine attigerit,stupefacit 80
Torres in aere quomodo producantur 156
Totius entitas,diuersa à partium entitate, licèt non realiter distincta,probabiliter est admittenda 33
Totum à suis partibus vnitis & collectiuè sumptis, distinguitur formaliter 32
Totum physicũ,non est propriè loquendo realiter distinctum à suis partibus vnitis & collectiuè sumptis ibid.
in Trinitate sanctissima, persona vna est verum & reale principium alterius personæ,non tamen causa 36
Turbo quid 168

V.

VAcui incõmodis quomodo succurratur à natura 63
Vacuum cur non detur 62
Vacuum ab Angelis,aut dęmonibus non potest induci 63
Vapor quid 148
Vegetatiui duplex acceptio 185
Vegetatrices potentiæ quomodo inter se differant 198
Vegetatricis animæ tres potentiæ ibid.
Venti cur in transuersum circa terram ferantur 167
Venti inter se differunt situ & qualitate ibid.

Digitized by Google

Ventorum quænam sit materia 155
Ventorum numerus 167
Verbum mentis quid, & quomodo producatur 295
Verbum mentis differt formaliter, & realiter, à specie intelligibili: ab intellectione autem tantum formaliter 297
de Verbo mentis quædam scitu digna 296
Vigilia quid 268
Vinum est eiusdem speciei cum liquore ab vuis expresso 173
Vinum differt specie ab aceto ibid.
Virgæ in cœlo apparentes quid 160
Visio nõ fit emissione radiorum ab oculis, sed receptione specierum intentionalium ab obiecto in oculum 246
Visus obiectum est lumen & color 241
Visus facultas residet in humore crystallino 248
Vitæ descriptio, eiusque explicatio 208
Vitæ humanæ ætates sunt ad summum sex ibid.
Vitæ breuioris & diuturnioris quatuor præcipuæ causæ 209
Vitalis operatio quid 200
Viuens iugi effluxu quarundam partium, & accessu nouarum (excepto solo homine) mutatur quoad substantiam & secundum materiam & secundum formam 220
Viuens per omne vitæ tempus idem numero secundum essentiam perseuerat 221
Voluntas distinguitur ab intellectu formaliter, & realiter 299
Voluntas sub aliqua consideratione est nobilior intellectu ibid.
per Voluntatis actum producitur aliquis terminus internus, qui est idem realiter cum ipsa volitione 299
Vorago vnde in aere appareat 159
Vox quid, & quomodo fiat 253

FINIS.

QVARTA

QVARTA PARS SVMMÆ PHILOSOPHICÆ,

Quæ est Metaphysica,

IN QVATVOR PARTES SEV TRACTATUS diuisa.

Cum duplici INDICE locupletissimo.

X 4

Digitized by Google

INDEX PER ORDINEM

eorum quæ in hac quarta Summæ Philosophiæ parte de rebus abstractis & spiritualibus continentur, vbi numerus paginam indicat.

QVÆSTIONES proœmiales in Metaphysicam. 1

Præfatio.

Quæ & qualis sit Metaphysica. 1 Qu. 1.

Quodnam sit Metaphysicæ obiectum. 1 Qu. 2.

Quænam sint præcipua Metaphysicæ officia. 3 Qu. 3.

Quis ordo seruandus sit in practicanda hac Philosophiæ parte. 4 Qu. 4.

Prima pars Metaphysicæ, seu Tractatus de natura Entis.

Prior disputatio huius Tractatus, De conceptu Entis.

Quid nomine Entis significetur. 5 Qu. 1.

Quid sit in genere cõceptus formalis & obiectiuus. 6 Qu. 2.

Qualis sit conceptus formalis Entis. 8 Qu. 3.

Qualis sit conceptus obiectiuus Entis. 9 Qu. 4.

Posterior disputatio huius Tractatus, de Communitate Entis, deque eius conuenientia cum inferioribus.

Quænam sint præcipuæ diuisiones Entis. 10 Qu. 1.

Quinam & quales sint modi Entis realis generatim sumpti. 10 Qu. 2.

Quomodo Ens dicatur de Ente rei & rationis, vbi de Ente rationis nonnulla. 11 Qu. 3.

Digitized by Google

Qu. 4. *Quomodo Ens dicatur de Ente per se & per accidens* 13
Qu. 5. *Quomodo ens dicatur de Ente actu, & potentia* 14
Qu. 6. *Quomodo Ens dicatur de Deo & creaturis, itemque de substantia & accidente* 15
Secunda pars Metaphysicæ, seu Tractatus de principijs Entis 17
Prior disputatio huius Tractatus. De principijs complexis entis
Qu. 1. *Quotnam sint illa principia* 18
Qu. 2. *Quodnam sit primum & firmissimum omnium principium* 19
Qu. 1. *An primum principiũ sit prorsus indemõstrabile* 20
Posterior disputatio huius Tractat. de Principijs incomplexis Entis, Essentia & Existentia.
Qu. 1. *In quo posita sit ratio essentiæ in diuersis rerum generibus* 21
Qu. 2. *Quomodo essentiæ rerum dicantur indiuisibiles* 23
Qu. 3. *Vtrum essentiæ rerum sint æternæ* *ibid.*
Qu. 4. *Quid sit existentia, & quibus rebus conueniat* 25
Qu 5. *Quomodo existentia distinguatur ab essentia* 26
Qu. 6. *Quotuplex sit existentia* 27
Qu. 7. *De subsistentia, vbi de hypostasi & suppositо* 28
Qu. 8. *De inhærentia* 31
Qu. 9. *De entitate* 32
Tertia pars Metaphysicæ, seu tractatus, de Proprietatibus entis 33
Prima disputatio huius tractatus, De proprietatibus entis in genere.
Qu. 1. *Vtrum dentur veræ proprietates Entis.* 33
Qu. 2. *Quotnam sint entis proprietates* 34
Secunda disputatio huius tractatus, de simplicibus proprietatibus Entis.

DE V-

Digitized by Google

DE VNO.

Vtrum Vnum sit vera passio Entis. 37 Qu. 1.
Quid vnum addat Enti, seu quis sit formalis & præcisus conceptus Vnius ibid. Qu. 2.
De variis vnitatum generibus 38 Qu. 3.
Quodnam sit principium vnitatis numericæ, seu indiuiduationis 39 Qu. 4.
An id quod semel periit, possit idem numero reproduci 41 Qu. 5.
De diuisione Entis in vnum & multa. 43 Qu. 6.

DE VERO.

An verum propria sit passio Entis 44 Qu. 7.
Quid sit veritas, & quotuplex ibid. Qu. 8.
In quo posita sit ratio veritatis transcendentalis 45 Qu. 9.

DE BONO.

An bonum sit proprietas Entis 47 Qu. 10.
Quænam sit formalis ratio boni transcendentalis 48 Qu. 11.
An idem sit bonum quod perfectum 50 Qu. 12.
Quid sit malum, & an reperiri possit aliquod malum sine bono ibid. Qu. 13.
Tertia disputatio huius tractatus, de proprietatibus complexis Entis.

DE NECESSARIO ET contingenti.

Quod, & quotuplex sit necessarium 51 Qu. 1.
An detur Ens simpliciter necessarium 52 Qu. 2.
An detur ens simpliciter necessarium quoad fieri, Qu. 3.

Digitized by Google

Qu. 4. *seu ex necessaria efficientia sua causæ.* 53
De contingentia, an sit, quid sit, & vnde sit. 54

DE EODEM ET DIVERSO.

Qu. 5. *Quanam sint præcipua idẽtitatum & distinctionum genera.* 55
Qu. 6. *Quomodo se habeat distinctio realis.* *ibid.*
Qu. 7. *Quomodo se habeat distinctio à natura rei.* 56
Qu. 8. *Quomodo se habeat distinctio rationis.* 57

DE ACTV ET POTENTIA.

Qu. 9. *Quid sit ens esse in actu, vel in potentia.* 58
Qu. 10. *De potentia actiua & passiua.* 59
Qu. 11. *De potentia neutra.* 60
Qu. 12. *Vtrum admittenda sit potentia obiectiua* 61
Qu. 13. *Vtrum detur potentia obedientialis.* 62
Quarta pars Metaphysicæ, seu tractatus de partibus Entis. 63
Prima disputatio huius tractatus. De Substantia & Accidente generatim. *ibid.*
Qu. 1. *Quî differat Substantia ab accidente.* *ibid.*
Qu. 2. *In quo posita sit formalis ratio accidentis, & an possit Deus conseruare accidens seorsim à subiecto.* 65
Qu. 3. *Quomodo accidens conueniat nouem summis generibus.* 66
Qu. 4. *An idem numero accidens possit simul esse in pluribus subiectis, & an plura numero accidentia possint simul esse in eodem subiecto.* 67
Secunda disputatio huius Tractatus: De Substantia creata spirituali, seu intelligentiis 68
Qu. 1. *An dentur intelligentiæ.* 69
Qu. 2. *Quid sint Intelligentiæ.* 69

Vtrum

Vtrum Angeli assumant corpora. 70 Qu.3
Quo numero sint Angeli. 72 Qu.4.
Quodnam sit discrimen inter Angelos. 73 Qu.5.
Tertia disputatio huius Tractatus. De substantia increata, nempe Deo. 75
Quonam pacto Deus à nobis cognosci possit. 75 Qu.1.
Vtrum Deum esse demonstrari possit, & quomodo. 77 Qu.2.
An in Deo existentia sit ipsa essentia. 78 Qu.3.
Vtrum essentia diuina sit expers omnis compositionis Qu.4. 79
Quomodo se habeat essentia diuina ad subsistentiam Qu.5. 80
Quomodo Deus vbique existat. 81 Qu.6.
An admittenda sint in Deo potentiæ seu facultates. Qu.7. *ibid.*
Quænam operationum genera Deo tribuuntur. 82 Qu.8.
Quænam sint præcipua Dei attributa. 83 Qu.9.

Digitized by Google

QVARTA PARS SVMMÆ PHILOSOPHICÆ.

De rebus abstractis & spiritualibus.

Quæstiones proœmiales in Metaphysicam.

PRÆFATIO.

Metaphysica tituli.

HEA, quam postremo loco aggredimur, Philosophię pars, vt cęteris præstantior est, ita honoratioribus titulis est nobilitata. Eam enim alij absolutè Philosophiam appellant, vtpote quæ id nominis peculiari iure sibi vendicet: alij cum adiecto, primam philosophiam: hoc est nobilissimam philosophiæ partem, siue obiecti dignitatẽ spectes, siue principiorũ certitudinem, siue demonstrandi rationem: alij sapientiam, vtpote quę ex altissimis principiis procedat: alij Metaphysicam, siue quia Physicam ordine doctrinæ sequitur, siue quia illam dignitate prætergreditur. De qua prius nonnulla quæ ad ipsius definitionem, obiectum, officia, &. partitionem seu docendi methodum spectant, explicanda sunt, quam de re subiecta quicquam dicatur.

Qua & qualis sit Metaphysica.

QVAESTIO I.

Metaphysicã esse scientiam demonstrat.

METaphysicam esse vnam de philosophiæ speculatricis partibus, nobilissimam, proindeque de scientiarum genere nemo non fatetur: præsertim cum adæquatum ipsius obiectum scilicet ens, sua sibi vendicet, principia, partes & proprietates. Sunt enim essentia & existẽtia interna entis principia, eaque incomplexa. Adde permulta alia complexa, quæ principia scientiæ dicuntur, omnibus ro-

Digitized by Google

Schem

Summæ Philoſophicæ Quarta pars eſt Metaphyſica, cuius quatuor ſunt partes.

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

bus notissima, vt quodlibet est, vel non est, &c. Partes entis præsertim creati internæ seu componentes, dici possunt actus & potentia, sicut entis specifici genus & differentia: partes subiectiuæ sunt ex omnia quæ sub latitudine entis tanquam species sub genere saltem analogo continentur. Proprietates sunt, vnum, verum, bonum, quæ de ente, aut partibus entis subiectiuis per ipsarum principia demonstrari possunt. Et quoniam Metaphysica principijs vtitur altissimis, & per primas rerum causas, proprias affectiones sui obiecti declarat: idcirco non modo scientiæ, sed etiam sapientiæ nomine eam dignatur Aristoteles 1. suæ Metaphysicæ ca. 2. & meritò ab eodem l. 6. Eth. cap. 7. definitur sapientia, habitus iudicandi de rebus per altissimas causas.

Eandem esse sapientiam ostenditur.

Vbi aduerte sapientiam dupliciter accipi: primùm quidem stricto significatu, pro habitu mentis quodam diuerso ab habitu scientiæ, quo in ipsis principijs absque rationis discursu conclusiones cognoscuntur: qui habitus in Angelis & perpaucis in Philosophia versatissimis hominibus reperitur. Aliàs vero sumitur sapientia liberiori acceptione pro eo scientiæ habitu, quo aliquid ita ratione concluditur, vt ex primis, siue altissimis rerum principijs deducatur: quomodo accepta sapientia species quædam est scientiæ: & sanè hoc posteriori modo Metaphysica hæc nostra dicitur Sapientia.

Sapientia duplex acceptio.

Esse verò theoricam manifestius est, quàm probatione indigeat, & quidem inter theoreticas nobilissimam in ipsa præfatiuncula non obscurè insinuauimus.

Esse quoque theoreticam.

Quodnam sit Metaphysicæ obiectum.

QVAESTIO II.

DIssentiunt de re proposita Philosophi: alij enim Deum, alij substantias separatas, alij substantiam in communi, alij ens finitum, quod vocant prædicamentale, obiectum esse Metaphysicæ contendunt: sed hi omnes non satis amplum illud assignant, vt patebit. Alij postea plus æquo illud extendunt, dum aiunt obiectum Metaphysicę esse ens latissimè sumptum, quatenus ens rei & rationis complectitur: neque enim vera & realis scientia, præsertim ea quæ est omnium princeps ac regina eius-

Opiniones variæ.

Digitized by Google

modi tenuissima entia per se considerat, sed tantum per accidens.

Sententia vtro similior.

Est igitur longè verisimilior communis sententia: Obiectum per se, & adæquatum Metaphysicæ (de eo enim, non verò de obiecto per accidens, aut partiali proposita quæstio intelligenda est) esse ens reale, per se, completum, commune Deo, & rebus creatis. Probatur, quia illud est proprium & adæquatum alicuius scientiæ subiectum cui primo per se cõueniunt primæ & maximè generales proprietates quæ in ea scientia demonstrantur; at verò ens reale per se completum in genere spectatum est eiusmodi; tali enim enti, vt ens est, conueniunt esse vnum, verum, bonum. Deinde illud est verum & germanum alicuius scientiæ obiectũ ad quod omnia quę per se in tali scientia considerantur referri possunt tanquam principia, partes aut proprietates: atqui eiusmodi est Ens illud reale in genere, vt patet inductione. Possunt autem aliæ priores sententiæ aliquo modo ad verum sensum reduci. Si enim quæratur obiectum præcipuum seu primarium, licet non adæquatum, certum est non aliud esse quàm Deum. Si verò quæratur obiectum purè Metaphysicum, id est, cuius nulla pars subiecta ad alium artificem pertineat, illud dici poterit substãtia prima seu immaterialis. Quod si subiectum intelligas illud, ratione cuius cætera cadunt sub adæquatum subiectum scientiæ, illud est substantia in communi. Si verò illud subiectum intelligas de quo demonstrari possunt proprietates per veras causas & principia, dici poterit illud esse Ens, duntaxat finitum seu prædicamentale: quia demonstrationes de Ente infinito, nempe Deo, non fiunt per causas reales & proprias. Si denique obiectum quæratur quod complectatur omnia, quæcunque sive per se, sive per accidens, tractãtur in Metaphysica, hoc sensu vera erit eorum sententia qui aiunt, Ens latissimè sumptum esse Metaphysicæ obiectum, nullum tamen ex his omnibus dici potest obiectum per se & adæquatum præter illud quod assignauimus. Ex his colligi potest hæc Metaphysicæ definitio, vt videlicet dicatur scientia theoretica de ente reali per se & completo ab omni materia saltem secundùm indifferentiam abstracto. Cæterùm quodnam sit genus abstractionis, quo Metaph. obiectũ abstrahit ab omni materia, hoc est, singulari, sensibili, &

2.

Supradicta opiniones conciliantur.

Metaphysicæ definitio.

sensibili, & intelligibili, repete ex ijs quæ docuimus in Logica de distinctione scientiarum.

Licet autem triplex sit gradus hujus abstractionis ab omni materia in rebus Metaphysicis: (Ens enim & communia attributa abstrahunt ab omni materia secundùm indifferentiam, quia hæc & similia possunt esse conjuncta cum materia, vel non: intelligentię abstrahunt ab omni materia realiter: Deus verò abstrahit non tantum ab omni materia, sed etiam à quauis potentialitate, quæ in rebus Metaphysicè spectatis se habet veluti materia) non tamen propterea triplex Metaphysica constituitur, eò quod res Metaphysicę non distinguuntur per illos gradus abstractionis in ratione scibilium, sed secundùm rē. Cæterùm cùm vnicam Metaphysicam esse dicimus, non vnicum simplicem habitum, sed aggregationem rectè ordinatam multorum habituum tendentium ad perfectam cognitionem Entis, vt ens est, intelligimus.

Gradus abstractionis triplex.

Metaphysica quomodò dicatur vna.

Quanam sint præcipua Metaphysica officia.

QVAESTIO III.

SIcut Dialecticę cęteris omnibus scientijs subseruientis, ita Metaphysicæ eisdem imperantis quædam officia sunt præter cognitionem sui objecti: non quòd Metaphysica sui objecti theoriam ad praxim referat quemadmodum Dialectica: sed quod intellectus hac vniuersali scientia instructus possit multa præstare, & multo plura quàm si cæteras duntaxat teneret. Primum igitur Metaphysicæ munus est, assignare subjecta cæterarum scientiarum: est enim ipsius generales entis differentias perscrutari, per quas præcipuæ entis partes, quarum speculatio ad reliquas inferiores scientias pertinet, distinguuntur: Secundum est suppeditare inferioribus scientijs non modò terminos, quorum vsus in omni Philosophiæ parte necessarius est, verumetiam essentialia quædam attributa, quæ sunt Metaphycæ considerationis: neque enim vllius rei quidditas explorata esse potest, nisi perfectis omnibus ejus attributis essentialibus. Tertium munus est probare principia cæterarum scientiarum, idque præsertim ductu ad incommodum, assumptis potissimis quibusdam principijs, quæ in ipsa traduntur ad

Metaphysica officia.

1.

2.

3.

Digitized by Google

reuincendos homines obstinatos & pertinaces. Ex quibus intelligere est cæteras omnes scientias Metaphysicæ subesse, eique modo aliquo subalternari.

Quis ordo seruandus sit in pertractanda hac Philosophia parte.

QVAESTIO IV.

VT cognitionis cujusque veritas, conformitas quædam est intelligentiæ cum rebus intellectis, ita tum demum vera & genuina est tradendæ scientiæ methodus, cùm scientiæ partes respondent partibus rei quæ scitur. Quocirca cùm in ente sicut in quolibet scientiæ objecto, præter propriam ipsius naturam, tria consideranda sint: nempe ejus principia, partes, & proprietates: hinc quatuor erunt nostræ Metaphysicæ partes seu tractatus. Prima erit de natura Entis, vbi agetur de ipsius conceptu: Secunda erit de principijs Entis, vbi de essentia, existentia, & generalibus Metaphysicis pronunciatis disseretur: Tertia de ipsius proprietatibus, vbi agetur de vno, vero, bono, necessario, contingenti, eodem, diuerso, actu, potentia: Quarta denique erit de ejusdem partibus subjectis, nempe de Ente creato: vbi de substantia & accidente, de Angelis, de Deo disputabitur. Rursus vnaquæque pars seu tractatus in suas disputationes distribuetur.

PRIMA PARS METAPHYSICÆ,

SEV

TRACTATVS DE NATVRA Entis.

Analogum ex duobus cognoscitur.

QVoniam juxta Aristotelis doctrinam, & rei veritatem, vt postea docebitur, Entis ratio est analoga, & omne analogum maximè dignoscitur ex duobus, quorum alterum est illius conceptus,

conceptus quem de illo formar intellectus, alterum est eiusdem cum inferioribus membris communitas seu conuenientia: idcirco de duobus istis in explicanda Entis natura disseremus: ita vt in priori disputatione huius tractatus agatur de conceptu Entis cùm formali tùm obiectiuo, in posteriori verò de eiusdem communitate seu analoga participatione eiusdem.

PRIOR DISPVTATIO huius tractatus.

De conceptu Entis.

Quid nomine Entis significetur.

QVAESTIO I.

QVod Græci τὸ ὄν, ἀπὸ τοῦ εἶναι, quod est esse, Latini Philosophi inusitato quidem apud vulgus, & parum eleganti, aptissimo tamen vocabulo Ens appellarunt, à verbo substantiuo Esse.

Difficultas proponitur.

Verùm, quia Ens duo suo significatu includit, nimirum ipsum esse, &, quod quid est, seu existentiam & essentiam, dubitatur quidnam Entis nomine præcipuè significetur, an ipsum esse seu existentia; an verò ipsum quod quid est, siue essentia.

Soluitur adhibita duplici entis acceptione.

Respondetur istud vocabulum, Ens, dupliciter accipi, vno modo vt nomen substantiuum, altero modo vt nomen adiectiuum verbale, quod vulgo participium appellant: Ens igitur priori modo sumptum essentiam seu quidditatem rei absque vlla circumscriptione temporis primariò significat, existentiam verò secundariò connotat: at verò posteriori modo sumptum, primario existentiam, secundario essentiam significat: Ens enim in hac posteriori significatione idem est quod existens, seu id quod actu est: licet autem hæc acceptio ad captũ vulgi sit magis accommodata, prior tamẽ est magis philosophica, & apud Metaphysicos frequentius vsurpata, vnde iuxta hunc sensum dicitur Ens esse de quidditate rerum, seu esse attributũ essentiale cuiusque rei, ac proin-

Solius Dei existentiæ est de eiusdem essentia.

de de quouis subiecto essentialiter & quidditatiuè prædicari: quod de ente in posteriori acceptione dici nequit: nulli enim rei essentialiter competit esse actu seu existere, id enim solius Dei proprium est, cuius existentia est de eiusdem essentia.

Entis definitio.

Notandum autem est vocabulum istud (ens) in vtraque acceptione non supponere pro essentia aut existentia, sed pro composito metaphysico, licèt in priori acceptione expressè essentiam & subobscurè existentiam; in posteriori verò expressè existentiam & obscurè essentiam significet: Ex his definiri potest Ens id quod verè est aut esse potest.

Quid sit in genere conceptus formalis & obiectiuus.

QVAESTIO II.

VT entis analogia, de qua sequenti disputatione disseremus plenius intelligatur, operæpretium est priùs exquirere qualisnam sit conceptus entis, vnúsne & præcisus è conceptu membrorum diuidentium, an verò ab eis nulla ratione distinctus, quod proxima sequenti quæstione explicabimus: ideoque in hac præsenti generatim de conceptu formali & obiectiuo cuiusuis rei nonnulla præmittimus. Duplex igitur cuiusque rei conceptus assignatur, alter formalis, alter obiectiuus: ille propriè, hic verò non nisi analogicè & denominatiuè conceptus dicitur: non enim est verè conceptus, sed potiùs res concepta siue obiectum conceptus. Est autem formalis conceptus actualis similitudo rei, quæ intelligitur ab intellectu, ad eam exprimendam producta: exempli gratia, cùm intellectus percipit naturam humanam, actualis similitudo quam de natura humana exprimit, est conceptus formalis huius naturæ intellectæ. Dicitur autem actualis similitudo, vt discernatur à specie intelligibili, quæ est habitualis eiusdem rei imago. Ex quo intelligis formalem conceptum esse speciem expressam rei intellectæ, seu verbum mentis. Obiectiuus autem qui dicitur etiam ratio formalis, est res quæ per conceptum formalem intellectui repræsentatur, vt in supradicto exemplo, natura humana actu cognita dicitur conceptus obiectiuus.

Duplex cuiusque rei conceptus.

Formalis.

Obiectiuus.

Vt autem præmittamus hìc diuisionem vtriusque con-

ceptus

ceptus in ſimplicem & complexum, quorum ille ad primam, iſte verò ad ſecundam aut tertiam mentis operationem pertinet, notandum eſt formalem conceptum alicuius generis analogi triplicem eſſe poſſe, vnum omninò diſtinctum, quo diſtinctè omnia eius ſignificata ſeu analogata repræſentarentur, qualis vix cadit in intellectu humanum, vt ſi audito nomine ſani, ſtatim aliquis formaret conceptum diſtinctum omnium quæ dicuntur ſana; alterum omninò confuſum, quo omnia eius analogi membra confusè, nullum verò diſtinctè repræſentaretur, vt ſi audito nomine ſani, nullum ſanum diſtinctè conciperetur, ſed omnia confusè; denique tertium partim diſtinctum, partim confuſum, quo aliquod membrum diſtinctè, cætera verò confusè repræſentarentur, vt ſi audito nomine ſani diſtinctè conciperetur ſanitas quæ eſt in animali, confusè verò ſanitas quæ eſt in potione, vrina, &c. Notandum etiam eſt conceptum formalem duobus modis dici poſſe vnum vel multiplicem, nempe re aut ratione. Conceptus formalis vnus re dicitur, qui eſt vna re ſimilitudo actu repræſentans id quod concipimus, ſiue id quod repræſentatur ſit vnum, ſiue multiplex & diuerſum; vnus verò ratione dicitur qui rem vnam aut multas ſub eadem ratione repræſentat: Talis eſt conceptus quo concipio hominem in genere, vel omnes homines quatenus in ratione humanæ naturæ ſunt ſimiles: qui idcirco non tantùm re, ſed ratione vnus dicitur, quia eſt vnus numero in meo intellectu conceptus, & præterea rem obiectam eodem modo repræſentat. Poteſt autem fieri vt conceptus formalis ſit reipſa multiplex, ratione tamen vnus, vt cùm Petrus & Paulus eandem naturam humanam concipiunt: & è contrà, reipſa vnus, ratione tamen multiplex, vt in conceptu ſani contingit. Quod ſi duo homines diuerſos conceptus rerum diuerſarum efforment, tunc erunt conceptus formales re & ratione diuerſi.

Formalis conceptus generis analogi triplex.

Nota. Conceptus formalis duobus modis dicitur vnus.

Præterea diligenter animaduertendum eſt, vtrumque cõceptum, formalem nempe & obiectiuum, poſſe dici ab alio præciſum duobus modis: re nempe & ratione. Præciſus re vocatur, qui eſt reipſa diſtinctus ab iis à quibus dicitur præciſus: qualis eſt conceptus formalis, quo concipio hominem vniuerſim reſpectu eorum conceptuum quibus concipio ſingulos homines: ſunt enim actus illi

Nota. Conceptus formalis duobus modis dicitur præciſus

Digitized by Google

mentis realiter inter se diuersi, sic falso existimauit Plato conceptum obiectiuum hominis in genere esse realiter præcisum à conceptu obiectiuo singulorum. Conceptus verò præcisus ratione seu abstractione dicitur, in cuius ratione nihil eorum includitur quæ sunt propria conceptuum à quibus præcisus est: sicque præcisus est vterque conceptus hominis generatim spectati, videlicet tam formalis quàm obiectiuus: nec enim in conceptu formali quo concipio hominem generatim, includitur repræsentatio vllius inferioris particularis entitatis, nec etiam in ipsa quidditate hominis in vniuersum includitur aliquid quod sit peculiare singularibus.

Qualis sit conceptus formalis Entis.

QVAESTIO III.

QVid de proposita quæstione, cuius sensus ex præcedenti satis liquet, tenendum sit, sequentibus conclusionibus determinabitur.

1. *Conclusio.* Prima conclusio. Formalis conceptus entis est re vnus in vnoquoque intellectu concipiente. Probatur, quia notitia quam efformat intellectus, audito nomine entis, est vna numero similitudo actualis in ipso intellectu residens.

2. *Conclusio.* Secunda conclusio. Formalis conceptus entis est re præcisus ab omnibus conceptibus membrorum diuidentium. Probatur, quia audito nomine entis intellectus non format conceptũ Dei aut substantiæ vel accidentis, sed aliũ reipsa diuersum ab eo conceptu quem format audito nomine Dei, substantiæ, accidentis, &c.

3. *Conclusio.* Tertia conclusio. Formalis conceptus entis secundùm quid est ratione vnus & præcisus à conceptibus formalibus inferiorum, non tamen omnino & simpliciter.

Prior pars conclusionis. Prior pars certa est, quia formalis conceptus entis, nõ proprius substantiæ, vel quantitatis, vel qualitatis: neque enim vllum illorum distinctè exprimit, vt satis patet.

Posterior conclusio. Posterior confirmatur, quia per eiusmodi conceptum non repræsentatur ratio aliqua, ab inferioribus æqualiter participata, nam ratio entis non æqualiter participatur à Deo & creaturis, nec etiam æqualiter participatur à substantia & accidente, vt sequenti disputatione probabitur.

Quali-

Qualis sit conceptus obiectiuus entis.

Qvaestio IV.

CVm formali cuique conceptui respondeat obiectiuus, qui nihil aliud est quàm res formali conceptu repræsentata, quemadmodũ cuique imagini suum respondet exemplar, ex præcedenti quæst. non erit difficile præsenti satisfacere, quod duplici conclusione præstabimus. *Prior conclusio.* *Prior pars conclusionis.*

Prior conclusio. Conceptus entis obiectiuus est vnus ratione secundùm quid, non tamen simpliciter. Prior pars conclusionis patet, quia entis ratio nõ est ratio substantiæ vt substãtia est, & accidẽtis vt accidens est, ergo aliquid aliud vnũ vtrique commune: nihil autem aliud est conceptus obiectiuus Entis quam ipsius ratio quæ per conceptũ formalem exprimitur. Posterior pars conclusionis probatur, quia si conceptus entis obiectiuus esset vnus ratione simpliciter, sequeretur ens esse vniuocum, quod minus probabile esse patebit ex disputatione sequenti. *Posterior pars concluſ.*

Posterior conclusio. Conceptus obiectiuus entis secundùm quid est ratione præcisus ab omnibus conceptibus obiectiuis inferiorum, non tamen simpliciter. Prior pars conclusionis ex prædictis nota est; id enim quod audito nomine entis concipitur, est diuersum ab eo quod concipitur audito nomine substantiæ vel accidentis, proindéque ab vtriusque ratione secundùm quid præcisum. Posterior pars probatur, quia conceptus entis aut est omninò distinctus, aut partim distinctus, partim confusus, aut omnino confus. Atqui nullus ex his est absolutè & simpliciter præcisus ratione ab inferioribus: non quidem omninò distinctus, is enim plane includit omnes peculiares modos essendi per quos inferiora ipsa entis membra, nempe substantia, quantitas, qualitas, formaliter constituuntur: Non etiam is qui est partim distinctus, partim confusus, quia talis conceptus non tantùm includit rationem entis in genere, sed etiam eum essendi modum qui præcipuo entis analogato, nempe substantiæ peculiariter competit: Non denique omninò confusus, quia talis conceptus nullam rationem siue genericam siue specificam expresse, sed tantùm multa, nempe substantiam, quantitatem, qualitatem, &c. confuse complectitur. *Posterior conclusio.* *Prior pars conclusionis.* *Posterior pars concluſ.*

POTERIOR DISPVTATIO huius tractatus.

De communitate entis, déque eius conuenientia cum inferioribus membris.

Quanam sint præcipuæ diuisiones entis.

QVAESTIO I.

ET si solum ens reale per se & completè sumptum, cujus rationem formalem & cõceptum hactenus exposuimus, proprium sit Metaphysicę obiectũ, vt suprà docuimus; nihilominus tamen ens hoc loco latius accipimus pro eo omni quod aliquo pacto animo concipi potest.

Diuisionis Entis.

Prima igitur diuisio entis latissimè sumpti, est in ens rei & rationis. Secunda entis rei in ens per se, & ens per accidens. Tertia entis realis per se, in ens actu, & ens in potentia. Quarta entis realis per se actu, in ens creatum, & increatum: Quinta entis creati in substantiam & accidens. In quo diuisionis progressu animaduertere est ens ab ijs prius separari, quæ sunt minus propria, nec ad Metaphysicum per se spectant. Deinceps autem explicandum est quomodo de singulis prædictarum diuisionum membris ens prædicetur, an synonymè, an homonymè, an verò etiam analogicè. Cæterum modos entis quantumuis reales in supradictis diuisionibus non inseruimus, quia non tam sunt entia, aut entis membra, quam rationes per quas ens in sua membra diuiditur. De quibus nonnihil hoc loco breuiter dicendum est.

Quinam & quales sint modi entis realis generatim sumpti.

QVAESTIO II.

NOnnulla enti generatim spectato competunt aut accidunt, quæ cum non sint ipsius species, nec proprietates simplices, sed veluti differentiæ per quas in sua membra diuiditur, non dicuntur proprie entia realia: & tamen cum enti nequaquam affingantur, sed verè & positiuè ipsum afficiant, ac realiter contrahant, non pos-

sunt

sunt dici entia rationis, aut priuatiua: idcirco appellantur modi entis realis, suntque idem re ipsa cum ipso ente cujus dicuntur modi, ac proinde sunt reales, sed non realiter ab ipso distincti; est enim idem realiter modus quisque cum re cujus est modus.

Modi entis in genere triplices.

Sunt autem modi entis generatim spectati triplicis generis: quidam enim sunt principia entis, cujusmodi est existentia quam formaliter ens adsignificat: alij sunt veluti differentiæ contrahentes, cujusmodi sunt subsistentia & inhærentia, item modi per quod diuiditur generatim ens in substantiam & accidens, nempe esse per se, & esse in alio: denique alij habent rationem proprietatum, vt esse necessarium, vel contingens; esse actu vel potentia. Vbi nota non omnes proprietates entis dici posse reales ipsius modos, sed tantùm quasdam complexas disiunctiuè sumptas, vt supra allatas. Quod enim spectat ad 3. præcipuas, eásque simplices entis proprietates, nempe vnum, verum, bonum, negamus eas esse modos entis: quia de ratione modi est vt modificet, seu contrahat ac limitet id cujus est modus: At hæ proprietates non contrahunt rationem entis; ens enim bonum æquè latè patet ac ens simpliciter, idémque dicendum de ente vero, & bono. Adde etiam eas non posse dici modos reales, cùm ipsarum præcisa & formalis ratio non sit realis, vt postea docebimus.

Quomodo Ens dicatur de ente rei, & rationis vbi de ente rationis nonnulla.

QVAESTIO III.

De Ente rationis nonnulla.

VT propositæ quæstioni satisfiat, nonnulla prius de ente rationis accipienda sunt. Primum est, quid sit ens rationis. Respondetur hoc loco ens rationis latè accipi quatenus Enti vero, reali, ac positiuo opponitur, pro eo omni quod nō potest vere & realiter existere, aut rem existentem positiuè afficere, sed tantùm beneficio rationis dicitur objectiuè posse existere in intellectu in quantum actu percipi potest ab intellectu. Sic etiam ens rei latè accipimus, quatenus non tantùm species entis, sed etiam modos entis reales complectitur. Vt autem intelligas quid sit esse objectiuè in intellectu, notandum est, ista duo distingui, nempe esse objectiuè, & esse subjectiuè in

Primum quid sit.

Esse intellectu dupliciter dicitur.

intellectu. Esse obiectiuè in intellectu nihil aliud est quam actu obiici intellectui cognoscenti; siue illud quod obiicitur cognoscendum vere sit in intellectu, aut extra intellectum; siue illud vere non sit. Esse subiectiue in intellectu, est in eo esse tanquam in subiecto, quomodo habitus & actus intellectiui in eo esse intelliguntur.

Cùm autem ea quæ sunt in intellectu subiectiue possint ab ipso intellectu cognosci, hinc fit, vt idem possit esse simul obiectiue & subiectiue in intellectu. Cętera quę realiter existunt extra intellectum, licet in eo subiectiue nō sint, possunt tamen esse in eo obiectiue, vt notum est. Verùm hęc omnia cùm sint realia, prętер illud esse obiectiuū in intellectu, habēt aliud esse reale in seipsis. At verò quædam sunt quæ nullum habent aliud esse præter istud esse obiectiuum seu esse cognitum ab intellectu, & hęc dicuntur entia rationis; verbi gratia esse visum in lapide, nihil est verum, & tamen dum actu cognoscitur ab intellectu, habet esse cognitum seu obiectiuum. Sic non videri in lapide quæ est negatio visionis, nihil est in se; dum tamen talis negatio percipitur ab intellectu, habet esse obiectiuum in ipso quod nihil aliud est quàm esse cognitum.

Secundum, quotuplex sit Ens rationis. In genere triplex.

Secundo quæritur quotuplex sit ens rationis prout à nobis hìc late sumitur. Respondetur esse triplicis generis: namque entia rationis aut sunt negationes, aut priuationes, aut secundæ intentiones. Negationes, vt non visio in lapide: priuationes, vt cæcitas in homine; secundæ intentiones, vt esse definitum in re definita, &c. Inter quę entiū rationis genera id est discriminis, quod duo priora rebus suo modo conueniunt citra omnem operationem intellectus, postremum verò genus nonnisi pręsuppositа aliqua intellectus operatione rebus competat, vnde illa dicuntur pendere ab intellectu quoad existentiam, hæc verò quoad existentiam & conuenientiam: quo fit vt ens rationis propriè, & presse sumptum pro isto postremo duntaxat genere accipiatur.

Tertium, Quid sit secunda intentio.

Tertio quæritur, quid sit secunda intentio. Respondetur secundam inteptionem, si vim nominis spectes, esse ipsam mentis operationem, qua secundariò tendit in rem iam anteà cognitam, quatenus cognita est; at verò vsus inualuit vt accipiatur pro ipso Ente rationis, quod concipitur accidere rei cognitæ, ex eo quod cognita sit,

Esse duplex acceptio.

quodque

quodque non aliter poteſt exiſtere quàm obiectiue in intellectu,cùm ſecundario & per reflexam mentis operationem concipitur: Verbi gratia;ex eo quod hominem definitione explicauerim,habet homo quod ſit definitus; illud eſſe definitum in homine nihil eſt reale, neque aliter exiſtit quàm cùm animaduerto reflectendo me ſupra meã operationem hominem fuiſſe à me definitum. Itaque ſecunda intentio in priori acceptione,dicitur formalis, eſtque realis operatio mentis licèt reflexa. In poſteriori verò,quæ eſt magis vſitata, dicitur obiectiua, eſtque enti reali oppoſita. Et quidem hæc ſecunda intentio obiectiua,quod eſt ens rationis maximè propriè dictum,nonniſi per ſecundam intentionem formalem cognoſcitur: dumque actu percipitur,tunc ſuam exiſtentiam obiectiuam in animo ſortitur.

His igitur præſuppoſitis reſpondetur,Ens latiſſimè sũptum non conuenire enti rei,& rationis ſynonymè,vt omnes fatentur,neque etiam analogicè, niſi valde impropriè:ſed homonymè. Probatur hæc noſtra aſſertio, quia formale ſignificatũ entis, nihil aliud eſt quàm poſſe exiſtere,idque per ſe vel in alio ſubiectiue:at verò ens rationis non poteſt vnquam vere exiſtere,neque per ſe,neque in alio ſubiectiuè, ſed tantùm obiectiuè in intellectu: quod non eſt vere & realiter exiſtere,vt patet. Neque enim ſimilitudo quę intercedit inter ens rei,& rationis,ſatis eſt ad efficiendam analogiam: quemadmodum licet quædam ſimilitudo reperiatur in homine viuo & picto, non tamen licet aſſeuerare hominem analogice dici de vtroque. Aduerte tamen inter homonyma,cùm nonnulla ſint quæ propiùs accedunt ad analoga: alia verò quæ ab iiſdem remotiùs diſtẽt:eam homonymiam quæ reperitur in ente rationis & rei, aliqua ratione accedere ad analogiã. Eſt igitur Ens cõmune Enti rei,& rationis de genere homonymorum,quæ ad analoga videntur accedere.

Ad propoſitam quæſt. reſpondetur.

Quomodo Ens dicatur de ente per ſe & per accidens.

Qvaestio IV.

ENs per ſe hoc loco appellamus, quod vel ſimplicem habet naturã, vt Angelus: vel compoſitã ex partibus

Ens per ſe.

eiusdem ordinis, quarum altera rationem habeat potentię, altera vero rationem actus, cuiusmodi est compositum naturale seu corpus Physicum. Ens verò per accidens, quod constat rebus pluribus diuersi ordinis, vel quæ ita inter se affectæ sunt, vt vna non sit potentia respectu alterius: ficque ex iis non fiat per se aliquid vnum. Quare ens per accidens est simpliciter & absolutè multiplex, & secundum quid vnum, ideoque vnico nomine exprimitur. Solet enim intellectus ea quæ absolutè plura sunt, per modum vnius concipere, propter eorum inter se coniunctionem, ordinem, vel cõtensum. Vt igitur propositæ quęstioni satisfiat, respondemus: Ens de Ente per se, & per accidens æquiuoce duntaxat seu homonyme dici: Probatur, quia nihil datur commune & synonymum ei quod absolutè est vnum, & ei quod absolutè est multiplex: Sed ens per se est absolutè vnum, Ens verò per accidens absolutè multiplex: Confirmatur, quia ratio entis, quæ fingeretur communis, aut esset absolutè vna, & sic non competeret enti per accidens: aut absolutè multiplex, & sic non competeret enti per se: neque enim concipi potest quod esset simul vna & multiplex, aut neutra.

Ens per accidens.

Responsio ad propositam qu.

Quomodo ens dicatur de ente actu, & potentia.

QVAESTIO V.

PRopositæ difficultatis explicatio pendet ex alia grauiadmodum difficultate; vtrum ens in potentia, id est, quod nondum existit, sed tantum potest existere, sit verum & reale: an verò solum ens actu quod vere existit, tale dicendum sit. Si enim prius asseratur, tunc ens de vtroque synonyme dici tenendum est: si verò posterius, tunc ens de vtroque analogice tantùm dici posse arbitramur: Et quoniam ens in potentia dici potest ens vērum & reale, licet nondum habeat vllum esse actuale, verum, & reale, & quia ens vt ens non includit in sua ratione actualem existentiam in rebus creatis; idcirco probabiliùs arbitramur ens reale dici synonyme de ente actu, & potentia, quod sit eiusdem generis.

Responsio ad q. propositam.

Ens in potentia, est verũ & reale.

Quo-

Quomodo Ens dicatur de Deo, & creaturis, itemque de substantia & accidente.

Qvaestio VI.

ENs minùs late, sed magis proprie sumptum, quatenus Metaphysicæ obiectum est, Deum & creaturas, substantiam quoque & accidens verum ac reale duntaxat, suo ambitu complectitur: cætera verò minùs proprie dicta entia excludit. De eo igitur ente magis propriè dicto quæritur, primùm, quomodo dicatur de Deo & creaturis. Deinde quomodo dicatur de substantia & accidente, an synonyme, analogice, an verò homonyme. Et quidem ens istud non esse mere homonymum respectu Dei & creaturarum, substantiæ & accidentis constat; alioqui non esset aliqua ratione vnum, sed nomine duntaxat, ratione verò multiplex: proindéque Metaphysica, quæ vnitatem desumit ab obiecto non esset vna scientia. Sed tota difficultas est vtrùm sit analogum vel synonymum: & si sit analogũ, quo genere analogiæ, an secũdùm attributionem, an verò secundùm proportionem: quo loco repetenda sunt studioso lectori ea quæ de analogis & synonymis docuimus in 1. parte Logicæ. *Sensus quæstionis.*

Quod igitur spectat ad prius quæsitum: respondetur, ens analogice dici de Deo & creaturis, idque secundum vtramque analogiam, attributionis inquam & proportionis. Et quidem quòd sit genus analogum secundum attributionem probatur, quia illud est analogum secundum attributionem cuius ratio nomine significata primariò, & principaliter vni analogo competit, cæteris verò per participationem & quandam dependentiam ab isto. Atqui eo modo se habet ens respectu Dei & creaturarum, nam ratio entis primariò & principaliter Deo competit, creaturis verò, & per participationem à Deo. Quod etiam sit analogum secundum proportionem respectu eorumdem comprobatur, quia illud est analogum secundum proportionem cuius nomen idem est, & ratio secũdùm illud nomen proportionaliter duntaxat eadem. Atqui ens eo modo se habet respectu Dei & creaturarum, nomen enim commune est, vt patet, ratio verò proportionaliter eadem: licet enim Deus sit independenter, creatura vero depen- *Responsio ad prius quæsitum.*

Digitized by Google

denter, nihilominus tamen in eo conueniunt, quòd sicut per esse diuinum Deus formaliter esse concipitur, sic res creatæ per suum esse sunt actu & formaliter.

Responsio ad posterius quæsitum. Quod spectat ad posterius quæsitum. Respondetur, Ens reale per se & finitum respectu substantiæ, & accidētis, esse vtroq; modo analogum, nempe secundùm attributionē & proportionem. Et quidē quod sit analogum secundùm attributionem probatur, quia accidentia participāt rationē entis dependenter à substantia; adeò vt substātia nullo modo esse posset; nullo etiam modo essent, aut esse possent accidentia: vnde accidentia dicūtur ab Aristotele entis, id est, substantiæ entia. Quod idem sit analogum secūdùm proportionem probatur, quia ratio entis non est omnino similis & simpliciter eadem in substantia & accidēte, sed tantùm secūdùm quid & proportionaliter, quia ratio entis in substātia est esse per se: in accidēte verò esse in alio: quia tamen eo modo quo se habet substantia ad suum esse, ita se habet accidens ad suum: idcirco ratio entis dicitur proportione eadem in vtroque.

Obiectio. Obiicies forsan. Præcipua ratio propter quam negatur Ens esse genus synonymum respectu substantię & accidentis, est ea quæ affertur ab Aristot. 3. Met. c. 3. text. 10. quod generis synonymi differentiæ diuidentes sint extra præcisam ipsius rationem formalem, verbi gratia, animalis differentiæ diuisiuæ, rationale inquam, & irrationale sunt extra præcisam rationem animalis. At verò differentiæ diuisiuæ entis non sunt extra præcisam rationē ipsius cùm sint entia. Atqui si ista ratio valeret, sequeretur substantiam non esse genus synonymum; quia differentiæ diuisiuæ substantiæ sunt etiam substantiæ.

1. Responsio. Respondetur primò, rationem illam Aristot. esse quidem satis probabilem, non tamen esse præcipuam: neque enim aliquod genus tam dicitur synonymum, quod differentiæ ipsum diuidentes sunt extra ipsiusmet conceptum, quàm quòd ipsum sit extra differentiarum sui diuisiuarū conceptum: adeò vt ipsius ratio præcisa distinctè concipi possit absq; conceptu differentiarum diuidentium. Atqui ratio substantiæ distinctè satis concipi potest absque differentiis ipsam diuidentibus, nempe corporeo & incorporeo: Ratio verò entis non item. Qui enim concipit ens non concipiendo modum quo est, nempe per se, vel in alio, non-

nisi

nisi confusè illud concipit. Est enim ratio entis magis annexa suis modis (qui habent rationem differentiarum diuidentium) quam synonymum aliquod genus suis differentijs diuidentibus. Et hoc valdè notandum est ad explicandam analogiam entis respectu substantiæ & accidentis. Respondetur secundò, corporeum & incorporeum esse magis extra præcisam rationem substantiæ, quàm esse per se, & esse in alio, extra præcisam rationem entis: tũ quia ratio entis non potest esse absolutè præcisa ab alijs modis, vt in priori respõsione insinuauimus: tum quia isti modi non possunt exprimi sine ipso esse, quod tamen pertinet ad rationem formalem entis. *2. Responsio.*

SECVNDA PARS METAPHYSICÆ,

Sev

TRACTATVS DE PRINcipijs Entis.

Principia in scientia duplicis generis.

QVoniam principia quę traduntur in aliqua scientia sunt duplicis generis ; complexa nempe, vel incomplexa: quorum illa dicuntur generalia quędam effata seu pronunciata, ex quorum manifesta veritate dependet cæterarum omnium propositionum, quæ in tali scientia traduntur, veritas : hæc verò dicuntur prima veluti elementa & initia, ex quibus fiunt aut constant omnia de quibus instituitur scientia. Illa dicuntur principia scientiæ : hæc verò principia subjecti scibilis ; hinc duas instituemus hujus tractatus disputationes. Prior erit de principijs complexis entis, quæ sunt communissima quædam axiomata de ente, quæ quomodo se habeant explicandum erit. Posterior erit de principijs incomplexis ejusdem.

Huius tractatus disputationes duæ.

Sunt autem prinncipia incomplexa entis aut externa aut interna. Externa sunt causæ externæ, nempe efficiens & finis. Interna sunt veluti membra, ex quibus ens omne integrum & completum constare concipitur, vt

sunt essentia & existentia, actus & potentia, genus & differentia. Et quia de principijs externis dictum est in physica, vbi de causis in genere & specie disseruimus, de genere & differentia fusè satis disputatum in Dialectica: de actu verò & potentia dicendum est postea, vbi de proprietatibus Entis: idcirco in futura disputatione de principijs incomplexis entis, de essentia & existentia duntaxat disseremus.

PRIOR DISPVTATIO huius tractatus.

De Principijs complexis Entis.

Quotnam sint illa Principia.

QVAESTIO I.

ETsi primum ac præcipuum cujuscunq; scientiæ principium illud esse dicatur quod subjecti definitionem continet, cùm subjecti seu objecti scibilis definitio sit ratio demonstrandi proprietates de ipso. Quia tamen difficile est admodum veram cujusq; rei definitionem compertam habere, idcirco alia tradi solent, quæ quia notiora & magis in promptu, idcirco ad demonstrandum longè efficaciora sunt. Sunt autem in Metaphyca hæc præcipua de ente axiomata seu principia; Primum, Impossibile est idem simul esse & non esse: Secundum, Quodlibet est vel non est: quæ duo nonnunquam terminis Dialecticis exprimuntur in hunc modum: De nullo simul vera est affirmatio vel negatio. Tertium: Quicquid est, quandiu est, necesse est. Quartum: Quicquid habet esse, est verum, bonum, &c. Et ista quidem dicuntur generalissima quæ sumuntur ex totali objecto: Alia vero sunt minùs communia, quæ de partiali Metaphysicæ objecto efferuntur, vt illa de ente creato. Totum præstat suæ parti. Si ab æqualibus æqualia demas, quæ remanent sunt æqualia. His autem metaphysicis propositionibus vtuntur inferiores artifices eas ad propriam subjectam materiam contrahendo.

De Ente axiomata.

Quod-

Digitized by Google

Quodnam sit primum & firmissimum omnium principium.

Qvaestio II.

TAle debet esse ejusmodi principium, si Aristoteli creditur 4. Met. c. 7. vt vis cujuscunque demonstrationis ab ipsius veritate quodammodo pendeat: ipsum verò à seipso suum robur habeat, cujusmodi est illud ex eodem Aristotele loco citato. Impossibile est aliquid simul esse & non esse. *Qualenam esse debeat istud principium.*

Quod igitur istud sit primum principium probatur hac ratione: Illud est primum principium simpliciter quo non modò omnes conclusiones, sed etiam cætera omnia principia à priori confirmari possunt: atqui ejusmodi est supradictum principium, per quod non modò conclusiones, sed etiam cætera omnia principia à priori, idque deductione ad incommodum confirmatur. Adde quod illud censendum est primum principium simpliciter quod cùm sit necessarium, nec ostensiuè, nec deductione ad incommodum demonstrari potest. At hoc principium est ejusmodi, vt patet.

Objicies, istud potius (Quodlibet est vel non est est) dici debere principium absolutè primum cùm sit simplicius, hoc est, paucioribus terminis constet, & sit æquè commune & verum, ac illud quod ab Arist. traditum est. *Obiectio.*

Respondetur hęc non satis esse vt dicatur principiū absolutè primum, sed aliud imprimis requiri: nempe vt sit omnium aptissimum ad probanda reliqua alia principia, cujusmodi est illud quod ab Aristot. traditum est, non verò istud: præsertim cùm per illud tanquam per notius probari possit in hunc modum. Impossibile est aliquid esse & non esse: Sed si aliquid simul non esset nec non esset, aliquid simul esset & non esset: Ergo quodlibet vel est vel non est. Si instes illud ipsum, nempe impossibile est idem esse & non esse, probari posse per aliud prius, nempe per istud, impossibile est duo contradictoria simul esse vera. Occurrimus istud non esse prius & notius illo, sed potius posterius & minus notum. Sed opponet forsan aliquis saltem per istud nostrum primum principium non omnia alia, vti dicebamus, probari posse, cum multa sint principia tū in Metaphysica, tum in alijs scientijs immediata, *Solutio.* *Obiectio.* *Solutio.* *Obiectio.*

Solutio. proindéq; indemõstrabilia cum careant medio per quod possit demonstrari. Respondetur, ejusmodi principia dici immediata & indemonstrabilia ostensiuè, non tamen ductu ad ad incommodum ; hoc enim modo demonstrabilia sunt saltem impropriè: hoc est, non potest per alia principia positiuè ostendi quod vera sint illa principia ; potest tamen ad incommodum seu in absurdum duci is qui illa licèt notissima obstinato animo negare vellet, idque ex illo nostro primo principio.

An primum principium sit prorsus indemonstrabile.

QVAESTIO III.

Assertio tenenda. QVæritur vtrum istud primum principium, Impossibile est aliquid simul esse & non esse, à nullo alio principio probari possit. Cui respondetur ex Aristot. 4. Met. cap. 4. non posse, quia nec ostensiuâ nec ducente ad incommodum demonstratione id fieri potest : non quidem ostensiua, quia illa progreditur ex notioribus, nihil autem est notius primo principio : non etiam ducente ad incommodum, quia nullum est aliud majus incommodum quàm illud ad quod deducit primum principiũ, videlicèt aliquid simul esse & non esse. Docet igitur Aristot. eum qui tale principium negauerit, esse redarguendũ ex concessis: quod si nihil penitus cõcedat, contemnẽdum esse tanquam ridiculum respondentem, nec cum eo disputandum. Si quæras vtrum principium illud à quoquam negari possit ; respondetur, oretenus duntaxat negari posse, non ex animo ab eo qui mentis compos fuerit. Itaque nemo potest absolutè iudicare axioma istud esse falsum, quia termini illius propositionis adeò euidentem connexionem habent, vt illi necessariò assentiri cogatur intellectus : Nihilominus tamen videtur nonnunquam ex hypothesi posse intellectum saltem de eo dubitare, quod contingit cum vi argumentorum quæ ejusmodi pronunciati veritatem videntur eleuare, premitur, & ad angustias redigitur, eo quòd non possit illa dissoluere. Ea autem argumenta sunt quæ inferunt quasdam oppositiones tãquam veras, quæ videntur cõtradictoriæ, nec tamen sunt defectu alicujus conditionis, vt si ex eo quod Petrus paulo ante staret, nunc verò sedeat, inferas

Addubitatio.

Responsio.

istud

istud esse verum, Petrum stare & non stare, ac proinde aliquid simul esse & non esse, ideoq; non videri vsquequaq; verum istud axioma, Impossibile est idem simul esse & nõ esse. Quænam autem requirantur ad veram contradictionem dictum est in Dialectica. Vbi nota quòd si prima principia per aliquod genus causæ probari possent, maximè per efficientem aut certè exemplarem probarentur, quod tamen fieri non potest: namque veritas illorum primorum principiorum posita est in necessaria connexione attributi cũ subiecto, quę ab omni existentia terminorum abstrahit: atqui causandi ratio, præsertim in causa efficiẽte & exemplari ad existentiam rei ordinatur. Maneat igitur prædictum axioma, nempe, impossibile est aliquid simul esse & non esse, iuxta Aristotelis sententiam esse primum omnium, atque omninò indemonstrabile principium. Iam verò ad principia incomplexa accedamus. *Nota.*

POSTERIOR DISPVTATIO huius tractatus.

De Principiis incomplexis Entis essentia & existentia.

In quo posita sit ratio essentia in diuersis rerum generibus.

Qvaestio I.

RAtio cuiusque entis essentia dicitur; alias præterea fortitur appellationes; dicitur enim natura, quiddi-tas, forma totius, ratio formalis, item conceptus formalis, id est, essentialis cuiusque rei, éstque id quod primum in vnaquaque re concipi debet, cuique cætera omnia superaddi intelliguntur: nam existentia, subsistentia, inhærentia, qui sunt modi rerum valde intrinseci, essentię accidere intelliguntur. *Essentia appellatio multiplex.*

Est autem essentia integra in genere duplex, simplex nempe, vel composita. Illa est expers multiplicis gradus aut entitatis, cùm sit purissimus & simplicissimus actus, cuiusmodi est sola essentia diuina; hæc verò plures essen- *Essentia in genere duplex.*

tialis perfectionis gradus admittit, ex quibus veluti partibus componitur, quarum nonnullæ respectu aliarum dicuntur potentiales, quæ sunt communiores: aliæ verò actuales, quæ sunt specialiores. Sic enim genera respectu differentiarũ dicuntur partes potentiales, differentiæ verò partes actuales: Immò vnus gradus genericus vniuersalior respectu alterius gradus genericus vniuersalioris respectu alterius gradus generici specialioris, dicitur pars potentialis, iste verò pars actualis. Sic in homine reperiesse substantiæ, corporis viuentis, sentientis, & rationalis: ex quibus perfectionis essentialis gradibus totalis hominis essentia componitur, ita vt esse substantiæ sit pars potentialis respectu cæterorum, & esse corporis respectu esse viuentis, &c. Et quoniam vnumquodque essentiam habet prout rationem entis participat, non eodem autem modo omnia rationem entis participant: hinc fit vt essẽtiæ ratio diuerso modo se habeat in diuersis rerũ generibus, quod sequentibus conclusionibus planius explicatur.

Quænam sit essentiæ ratio in diuersis entium generibus.

1. Conclusio. Prima conclusio. In substantiis materialibus completis essentiæ rationem habet entitas totius compositi ex vtraque ipsius parte, materia videlicet simul & forma coalescens, de qua entitate suo loco in Physica dictum est.

2. Conclusio. Secunda conclusio. In substantiis spiritualibus essentię ratio in sola simpliçi forma per se subsistente posita est,

Nota. quia in Angeli nulla compositio reperitur ex materia & forma, cum sint incorporei: vbi nota essentiam angelici dici simplicem formam comparatione rerum physicarum, non quòd sit omnis compositionis expers, cùm constet genere & differentia, ac diuersis perfectionum essentialium gradibus.

3. Conclusio. Tertia conclusio. Ratio essentiæ diuinæ consistit in forma simplicissima per se subsistente, omnis prorsus compositionis experte, etiam eius quæ ex genere & differentia est, ac nullatenus differente ab existentia: in quo distinguitur ab essentia angelica quæ componitur ex genere & differentia, quæque ex natura rei differt à sua ipsius existentia.

4. Conclusio. Quarta conclusio. Essentia accidentis modus quidam est substantiæ; omne enim accidens substantiam aliqua ratione modificat. Estque accidens omne respectu substantiæ & accidentis forma & actus quidam partim conueniens

ueniens cum forma ſubſtantiali, partim ab eadem diſcrepans, vt ſuo loco docebimus, vbi de accidente ex inſtituto differemus.

Quomodo eſſentiæ rerum dicantur indiuiſibiles.

Qvaestio II.

ETſi nullæ ſint rerum creatarum eſſentiæ, quę non ſuis conſtent partibus phyſicis, aut metaphyſicis: eatenus tamen dicũtur indiuiſibiles, quòd nulla ſit natura quæ ſecundum rationem ſpecificam inæqualiter participetur ab indiuiduis, vt patet inductione: verbi gratia, natura humana non eſt ſecundùm magis vel minus in vno quam in alio homine: quo fit vt nõ dicatur vnus magis homo quàm alter. Deinde etiam, quia nihil quod pertineat ad eſſentiam addi vel detrahi poteſt, quin ſtatim mutetur, & fiat alia natura ſeu eſſentia. Ex quo intelligere eſt illud quod docet Ariſt. 8. Met. ca. 3. t. 10. eſſentias rerum numeris eſſe ſimiles: ſicut enim numerus additâ vel ſublatâ vnitate mutat ſpeciem, ſic addito vel detracto eſſentiali aliquo actu eſſentia ſeu natura rei mutat ſpeciem: Verbi gratia, ſi ad animal addas rationale, fiet homo, ſi vero ſubtracto rationali adiungas irrationale, fiet brutum. Notabis autem quædam accidentia entitatiuè, nulla tamen eſſentialiter propriè dici poſſe diuiſibilia: licet enim ſecundum magis vel minus participentur à ſubiectis, illorum tamen eſſentialis ratio manet ſemper eadem. Quo fit, vt licèt aliquid dici poſſit magis vel minus calidum, vnus tamen calor non dicatur eſſe magis calor quàm alius.

Ariſto. locum explicatur.

Nota.

Vtrùm eſſentiæ rerum ſint æternæ.

Qvaestio III.

NOn deſunt plerique graues Theologi qui eſſentias rerum æternas, & minimè producibiles, aut corruptibiles eſſe arbitrẽtur: aiunt enim eas habere eſſe quoddam ſibi ab æterno coæuum, quod vocant eſſe eſſentię, ſeu eſſe quidditatiuum, ſicque res in tempore generari ac corrumpi, non quo ad eſſentiam, ſed quo ad exiſtentiam.

Quorundam opinio.

Verum longè probabilior eſt cæterorum ſententia, nihil poſſe eſſe ſeu habere eſſe quocunque modo, niſi pro-

Aliorum probabilior ſententia.

Creaturarū esse triplex.

ductum seu extra suas causas positum. Quod vt intelligas, aduerte triplex esse rerum creaturarum concipi posse: obiectiuum, virtuale, & subiectiuum seu reale. Primum est esse cognitum in intellectu, quomodo omnia producibilia præexistunt in intellectu diuino, & ea quę fiunt per artem in mente artificis: alterū est esse in suis causis, quę dicuntur virtute suos effectus continere, quomodo rosa hyeme dicitur esse in rosario, & omnia quæcunque sunt, ab omni æternitate præextiterunt in potentia Dei exemplari & effectiua: Tertium est esse extra intellectum & causas, secundum veram & propriam existentiam.

Fatemur igitur duobus prioribus modis essentias rerum, imo res omnes dici posse sempiternas, si ad præpotentem Deum qui ab æterno omnia nouit & virtute continet, referantur: sic enim ab æterno obiectiuè simul & virtute in Deo extiterunt: verùm vterque ille modus existendi est improprius. At verò negamus essentias rerum tertio modo æternas fuisse, seu æternum esse habuisse. Quod probamus in hunc modum: Si essentiæ rerum habent esse quidditatiuum, ante sui productionem per proprias causas, & ab æterno: vel illæ essentiæ sunt omninò improductæ, vel aliquo modo productæ: prius dici nequit, sic enim daretur aliquid independens à Deo in suo esse, quod impium est asserere: si posterius concedatur, ergo sunt suo modo productæ à Deo vel tanquam à causa exemplari, vel tanquam à finali, vel tanquam ab efficiente. Atqui causa tum exemplaris, tum finalis vt sic, nullius rei producendæ vim habent, sed tantùm quatenus ipsas effectrix causa comitatur: neque tamen sic dici possunt à Deo productæ tanquam à causa efficiente, quia actio causæ efficientis ad actualem, & propriam rei producendæ existentiam terminatur; qualis non est illud esse quidditatiuum, quod authores oppositæ sententiæ comminiscuntur. Confirmatur adhuc nostra sententia hac ratione: Si res ante sui productionem habent esse quiddatiuum, non potest intelligi quomodo per generationem res traduceantur à non esse ad esse: neque enim sola existentia, sed res ipsa producitur vt existat, verbi gratia, cùm generatur homo, non sola existentia, sed natura ipsa seu essentia hominis à non esse ad esse traducitur.

Probatur prædicta sententia.

Confirmatur adhuc.

Notandum

Notandum tamen est, essentias rerum etiam antequam producantur verè dici reales, non quod realiter existant, seu quod habeant aliquod esse reale, sed quòd possint realiter existere. Dantur etiam necessariæ connexiones rerũ non existentium, æque sempiternæ, quæ quidem connexiones nihil aliud sunt formaliter quàm negationes diuersitatis inter subjectum & attributum, quæ proinde nõ nisi negatiuè existunt: Exẽpli gratia, hæc propositio, Homo est animal, dicitur esse necessaria; quia est necessaria quædam eaque perpetua connexio hominis cum animali, eo quod animal non sit quid distinctum ab homine. *Nota.*

Quid sit existentia, & quibus rebus conueniat.

QVAESTIO VI.

QVod ad prius quæsitum spectat, cùm existentia non sit rei quidditas, sed aliquid posterius, nec de quidditate rei, cùm non sit genus, nec differentia, nec materia, vel forma: nec etiam ipsa sit accidens aliquod prædicamentale, cùm ad nullam certam categoriam accidentis reuocari possit, supereſt vt dicatur esse modus quidam essentiæ intrinsecus: quo formaliter res dicitur esse actu, siue extra suas causas: antequam enim res existat dicitur potestate, & quasi latere in suis causis: tunc autem incipit existere cum virtute causarum foras prodit. Cùm autem modus sequatur rem cuius est modus, hinc fit vt si essentia sit substantialis, ipsius existentia quoque sit substantialis modus: si vero essentia sit accidentalis, ipsius quoque existentia sit modus accidentalis. *Prius quæsitum.*

Quod spectat ad posterius quæsitum. Sit prima conclusio: Existentia Deo & rebus creatis competit, verùm cum discrimine: namque Deus existit non per existentiam additam naturæ, sed per ipsammet suam essentiam; sicut quantitas dicitur extensa per se ipsam, non item res creatæ quarum essentiæ accidit existentia; hinc fit vt Deo essentiale sit existere, adeo vt repugnet ipsum non existere, non item creaturis, quæ esse possunt, & non esse: ideoque natura diuina non potest concipi nisi actu existens: si enim conciperetur non actu existens, aliquid perfectionis illi deesset, quod ab illius actuali infinitate penitus abhorreret: at verò conceptus formalis seu essentialis creaturæ abstrahit ab existentia. *Posterius quæsitum. 1. Conclusio.*

2. Conclusio. Secunda conclusio. Existentia competit substantiæ & accidenti, vario tamen modo, substantiæ quidem primo, & maximè propriè, accidenti autem secundario, & minus propriè: accidens enim nonnisi beneficio substantiæ cui adhæret naturaliter existit. Et accidentia nonnisi in subjecto, quæ substantia est, nascuntur, sustentantur, ac desinunt. Nec tamen existimes formaliter existere per existentiam substantiæ, cum suam sibi vendicent existentiam per quam etiam à substantiali subjecto separata existunt, quamuis tunc modum supernaturalem existendi sortiantur diuersum ab eo quem cum subjecto conjuncta naturaliter sibi vendicant.

3. Conclusio. Tertia conclusio. Existentia primo & per se competit singularibus & indiuiduis: secundariò & per aliud, seu secundum quid, vniuersalibus. Ea enim propriè existunt, quæ primò & per se fiunt & producuntur: atqui singularia duntaxat primò per se fiunt & producuntur; non item vniuersalia, quæ non nisi in singularibus dicuntur existere.

4. Conclusio. Quarta conclusio. Existentia primo per se competit toti composito, secundariò & minus proprie partibus, id enim quod per se fit seu gignitur, est totum compositum, quia ipse est terminus per se generationis, partes autem in quantum ad integritatem totius pertinent.

Quomodo existentia distinguuntur ab essentia.

QVAESTIO V.

COnstat quidem in Deo existentiam ab essentia minimè distingui; cum supra monuerimus existentiam Deo esse essentialem. Sed difficultas est de existentia creaturarum, quomodo ab ipsarum essentia distinguatur. Quidam solo nomine; alij realiter differre arbitrantur. Verùm probabilius mihi sentire videntur qui media incedunt via: censentque existentiam ab essentia differre non solo nomine: neq; tamen realiter, sed ex natura rei & tanquam modum à re. Cujus assertionis tres sunt partes, vt patet. Prima probatur; quia actus plusquam nomine differt à potentia, sed existentia in rebus creatis est actus essentiæ ac ipsius complementum. Adde quod si existentia in rebus creatis nullatenus differret ab essentia, non esset proprium solius diuinæ essentiæ esse suam existentiam:

Probabilior assertio.

1. Pars assertionis. Probatur.

ſtentiam : id ipſum enim vere dici poſſet de quacunque creata eſſentia. Secunda pars probatur, quia nulla eſt ratio admittendi tantam diſtinctionem, cùm per minorem æque facile explicentur ea omnia in quibus eſſentia & exiſtentia inter ſe diſcrepant: præſertim cum repugnet vnam ſeparari ab altera. Tertia pars quoque probatur, cùm enim non ſolo nomine, nec tamen realiter inter ſe differant; neceſſe eſt, vt medio quodam modo diſtinguantur, qui non alius eſſe poteſt quam ex natura rei, quod vnum à parte rei non ſit aliud. Notandum eſt autem cùm vnum ab alio diſtingui poſſit ex natura rei dupliciter, nempe formaliter vel modaliter, exiſtentiam non proprie diſtingui formaliter ab eſſentia, ſed tantùm modaliter, cùm non ſit entitas diuerſa ab entitate eſſentiæ, ſed modus duntaxat illi aduenies.

2. probatur.

3. probatur.

Nota.

Quotuplex ſit exiſtentia.

Qvaestio VI.

TRes ſunt præcipuæ diuiſiones exiſtentiæ, prima in exiſtentiam ſubſtantiæ & accidentis: ſecunda in ſimplicem & compoſitam: tertia in realem & formalem. Circa primam diuiſionem, ſciendum eſt exiſtentiam ſubſtantiæ non eſſe formaliter ſubſiſtentiam: nec etiam exiſtentiam accidentis eſſe formaliter inhærentiam, eo quod exiſtentia ſubſtantiæ ſit modus realis natura prior actuali ſubſiſtentia, & exiſtentia accidentis ſit modus quoque realis natura prior inhærentia actuali : hinc fit vt non repugnet virtute diuina ſubſtantiam exiſtere abſque propria ſubſiſtentia, vt patet in humanitate Chriſti à Verbo diuino aſſumpta, quæ licet propria ſubſiſtentia ac ſuppoſitalitate, vt loquuntur, careat: probabile tamen eſt propriam ſibi exiſtentiam retinere: hinc etiam fit, vt non repugnet virtute diuina accidens exiſtere abſque actuali inhærentia, vt patet in auguſtiſſimo Euchariſtiæ ſacramento. Sed hæc planiora fient ex ſequentibus quæſtionibus.

Exiſtentia diuiſio triplex.

De prima diuiſione.

Circa ſecundam diuiſionem, ſciendum eſt eam dici ſimplicem exiſtentiam, quæ competit rebus ſimplicibus quæ non conſtant partibus realiter inter ſe diſtinctis, vt ſunt Angeli & animæ ſeparatæ : Compoſitam verò quæ conuenit rebus quarum partes realiter inter ſe differunt, cu-

De ſecunda diuiſione.

Digitized by Google

juſmodi ſunt ſubſtantiæ naturales ſeu phyſicæ. Vt enim partes illæ ſuas habent entitates partiales reipſa diuerſas, ſic etiam ſuas ſibi vendicant partiales exiſtentias, ex quibus totalis ex ipſis compoſita coaleſcit.

De tertia diuiſione. Circa tertiam, ſciendum eſt exiſtentiam realem eam dici quæ ſequitur entitatem realiter ab alia ſeparabilem: formalem vero quæ ſequitur formalitatem alicujus rei ab ipſa minimè ſeparabilem: quæ quidem ratio exiſtentiæ ſi cum altera comparetur, cenſetur valde imperfecta; Verbi gratia, exiſtentia realis in quantitate & figura, cenſetur illa ſecundùm quam res illæ perfectæ exiſtunt in vna eadémque entitate: at exiſtentia formalis ſecundùm quam figura differt ex natura rei à quantitate, eſt tantùm illa quæ conſequitur formalitatem propriam figuræ.

De ſubſiſtentia, vbi de hypoſtaſi & ſuppoſito.

QVAESTIO VII.

1. Difficultas: Subſiſtere accipitur modis quinque.

PRimùm explicandum eſt, quid ſit ſubſiſtentia, ac diſtinguenda in primis eſt huius vocabuli acceptio: Subſiſtere enim quinque modis præſertim dicitur. Primò enim idem eſt, ac vere & realiter eſſe. Secundo idem eſt ac alteri quocunque modo ſubeſſe, quomodo in æde fundamentum ſubſiſtere dicitur: Tertio & magis philoſophicè accipitur pro eſſe per ſe quatenus opponitur ei quod dicitur eſſe in alio per modum accidentis: quomodo quælibet ſubſtantia ſiue completa ſiue incõpleta dicitur ſubſiſtere. Quarto ſtrictiori ſignificatu ſumitur pro eſſe per ſe completè, quomodo ſolæ ſubſtantiæ primæ ſeu particulares dicuntur ſubſiſtere, quamuis dependenter ab alieno ſuppoſito exiſtant, vt contingit in humanitate Chriſti. Quinto maximè ſtricta acceptione ſubſiſtere ſumitur pro eſſe per ſe completè & independenter ab alio in quo ſubſiſtat, quomodo ſola ſuppoſita dicuntur propriè ſubſiſtere. Ex quibus intelligere eſt ſubſiſtentiam propriè ſumptam eſſe modum realem quo natura conſtituitur ſuppoſitum. Eſt autem ſuppoſitum propriè ſubſtantia ſingularis completa, & incommunicabilis ſubſtantialiter.

2. Difficultas. Secundò explicandum eſt, quomodo diſtinguantur hæc omnia, videlicet exiſtentia per ſe, ſubſiſtentia, ſuppoſitalitas,

sitalitas, personalitas, hypostasis, suppositum & persona. Respondetur, existentiam per se esse modum existēdi peculiarem substantiæ quatenus accidenti opponitur, quod non existit per se, sed in alio. Subsistentia verò ex communiori sententia idem est ac suppositalitas seu hypostasis sensu abstracto, éstque modus proprius substantiæ particularis seu individuæ, quatenus substantialiter est incommunicabilis: quamuis non desint qui subsistentiam velint esse existentiam per se substantiæ completæ & cōmunicabilis, suppositalitatem autem esse subsistentiam incommunicabilem: Quare hi authores non ducunt (sicut nec fortè est) absurdum in diuinis duplicem subsistentiam admittere, vnam absolutam seu essentialem, alteram relatiuam seu personalem, quam suppositalitatem appellant; illam vnicam, naturæ: hanc verò triplicem, tribus personis conuenire arbitrantur: verùm an hæc ita se habeant viderint Theologi. Personalitas est subsistentia incommunicabilis intelligenti naturæ competens. Suppositum seu hypostasis in sensu cōcreto, est subsistantia singularis per se existens completè & incommunicabiliter. Ex quo intelligis, neque accidentia, neque vniuersales substantias, neque etiam partes aut etiam particulares substantias communicabiles, vt est natura diuina communis tribus personis diuinis, posse dici suppositа. Denique persona est rationale suppositum, vt in diuinis, Pater, Filius, & Spiritus S. in creatis verò, hic angelus, hic homo, &c.

Existentia per se.

Subsistentia.

Suppositalitas seu hypostasis in abstracto.

Personalitas.

Suppositum seu hypostasis in concreto.

Persona.

Tertio explicandum est quis sit modus quem suppositum vel persona superaddit naturæ singulari existenti. Respondetur in diuinis suppositum nihil includere, quod sit à parte rei distinctum à natura, cùm in Deo nulla possit esse realis compositio ob summam eius infinitatem & simplicitatem. In rebus autem creatis dicimus suppositum addere ad naturam aliquid reale & positiuum: nempe modum quendam existendi per se incommunicabiliter; qui modus est aliquid substantiale seu intrinsecum substantiæ, appellaturque propriè subsistentia. Quod autem modus ille sit aliquid substantiale & non merum accidens, ex eo patet, quod suppositum, vt tale, sit ens per se: ex substantia autem & accidente non nisi ens per accidens fieri potest. Adde quod in Deo reperitur perfectissima ratio suppositi, nullum tamen accidens. Porrò id

3. *Difficultas. Quidnam suppositum addit ad naturam*

Digitized by Google

quod in rebus creatis ſuppoſitum addit ad naturam, ab ipſa diſtinguitur ex natura rei tanquam modus à re cuius eſt modus, ſicuti de exiſtentia diximus.

4. difficultas Subſtantia non exiſtit niſi ſubſiſtat.

Quarto explicandum eſt an natura poſſit exiſtere ſine ſubſiſtentia. Reſpondetur ſubſtantiam creatam, indiuiduam & completam non poſſe naturaliter exiſtere quin ſubſiſtat. Ille enim modus exiſtendi ſecũdùm legem Dei ordinariã neceſſario debetur ſubſtantiæ completæ actu exiſtenti; ita vt ex principiis ipſius eſſentialibus naturali quadam emanatione flueret, ſi tali modo ſubſtãtia per abſolutam Dei potentiam deſtitueretur, ac per eandem potentiã naturalis ille fluxus non impediretur. Notandũ tamen eſt, cùm natura ſingularis ſit natura prior ſua propria ſubſiſtentia: hinc fieri poteſt virtute diuina, vt ſi ſine tali modo ſibi naturali, ſiue alieno ſuppoſito terminetur, vt contingit in ſtupendo Incarnationis myſterio, in quo natura humana proprio ſuppoſito deſtituta, alieno nempe diuino verbo ſubſiſtente terminetur, ſiue omni ſuppoſito tùm proprio cùm alieno deſtituta, cum ſola ſua propria exiſtentia diuinitùs conſeruetur. Ratio autem cur potiùs repugnet rem eſſe ſine propria exiſtẽtia quam ſine propria ſubſiſtẽtia, eſt, quia repugnat rem actu eſſe formaliter per aliud eſſe, quàm per ſuũ: ſi enim res conciperetur habere aliud eſſe quàm ſuum, iam verè ipſa non eſſet, ſed potius id cuius haberet eſſe. At verò nullum ſequitur abſurdum: poſito quod aliquid iãper ſe formaliter exiſtens per alienã ſubſiſtentiam ſeu hypoſtaſim incõmunicabiliter ſubſiſtat.

Dubitatio. Reſponſio.

Quæres vtrũ detur alius modus exiſtendi in natura dũ ſubſiſtit in alieno ſuppoſito. Reſpondetur probabile eſſe, dari quendã modũ naturæ eo modo ſubſiſtentis diuersũ ab eo quem ſortiretur ſi in proprio ſuppoſito ſubſiſteret, appellarique poſſe exiſtentiam actualem diuerſam ab inhærentia accidentium: Tum quod per inhærentiam accidentia ſunt in materia tanquam in ſubiecto illam informando accidentariò; at natura humana, verbi gratia, non eſt in verbo diuino tanquam in ſubiecto quod informet, ſed tanquam in termino à quo extrinſecè terminatur, vt non poſſit cõmunicari alteri ſuppoſito: tùm quod modus inhærendi in proprio ſubiecto accidenti eſt naturalis; modus verò inexiſtendi, ſubſtantiæ ſupernaturalis: denique quòd ille ſit accidentalis, iſte verò ſubſtantialis.

Quomodo in exiſtentia differat ab inhærentia.

De iñ-

De inhærentia.

Qvaestio VIII.

COnstat quidem ex iis quæ passim supra docuimus, inhærentiam esse modum existendi accidentis proprium. De qua duæ supersunt difficultates explicandæ.

Prior est: vtrùm ab ipsa accidentis formali ratione seu natura differat. Respondetur inhærentiam quidem aptitudinalem in formali ratione accidentis contineri: verùm inhærentiam actualē saltem ex natura seu essentia esse diuersam: sicut enim fieri nequit vt accidens non sit aptum inhærere, sic etiam euenire potest vt interdum actu non inhæreat, licet nihil, quod ad eius essentiam attineat, immutetur, sicut supra diximus subsistentiam actualē à substantia distingui à natura rei. Quod autem inhærentia propriè dicta, quæ est actualis, diuersa sit ab accidentis essentia, ex eo liquet, quod ratio accidentis posita sit in eo quod sit forma subiecti completi seu totius cōpositi actu existentis: ex quo aliud sequitur, nempe quod non possit naturaliter existere, nisi in subiecto per se completo: hoc autem modo existere nihil aliud est quàm inhærere: Ex quo intelligis inhærentiam non esse rationem formalem accidentis, sed modum existendi ipsius naturalem.

Prior diff. euentus. *Responsio.* *Assertio probatur.*

Posterior difficultas est, quemnam modum existendi sortiantur accidentia, cùm virtute diuina separantur à subiecto, existúntque separata: neque enim illis tūc competit inhærentia, neque tamen illis potest competere subsistentia vel existentia per se, quæ solius substantiæ propria est. Respondemus igitur accidentia separata alio modo existere quàm coniuncta, non quidem positiuè, sed negatiuè quatenùs carent actuali inhærentia quam habebant antequam separarentur: existunt quidem realiter vt antea, sed non actu inhærent, neque tamen per se subsistunt, sed virtute diuina fulciūtur: quemadmodum anima rationalis dum est in corpore, habet actum quendam seu modum actualem informādi: cùm autem à corpore separatur, illum deperdit, incipítque alio modo esse non quidem positiuo, sed negatiuo, eo quod non amplius actu informet corpus: idem dici potest de oculo qui alio modo se habet postquam excæcatus est quàm anteà, non quidem positiuè, sed negatiuè: Sicque accidens separatum nec est

Posterior diff. facilitat. *Responsio.*

Digitized by Google

in se,nec se sustentat,nec in alio tanquam in subiecto vel termino , sed ab alio vel per aliud à quo sustentatur seu conseruatur.

De Entitate.

QVAESTIO IX.

ENtitas quasi entis quantitas,non se tenet ex parte existentiæ,quemadmodum subsistentia & inhærentia: sed ex parte essentię.Sicut autē essentia,ita etiam entitas, tam de accidente quàm de substantia dicitur: est enim idem realiter cū ipsa essentia,differt tamē ab ipsa formaliter seu potius ex natura rei sicut modus à re cuius est modus.

Quid sit formaliter entitas.

Est igitur Entitas formaliter sumpta in rebus corporeis (quibus maximè competit) modus quidem intrinsecus secundùm quem sunt diuisibiles entitatiue, vt loquūtur, seu in partes quas vocant entitatiuas: Sicque essentiæ rerum quæ præciso illo modo sunt prorsus indiuisibiles,vt supra docuimus,adiuncto illo modo aliquam habent, etiam absque vlla formali extinctione diuisibilitatis rationem ; secundum quam dicimus sub eadem magnitudine plus vel minus substantię subesse posse,vt patet in corporum condensatione vel rarefactione.Corpus enim densū sub pedali quantitate plures habet partes entitatiuas quā corpus rarum eiusdem magnitudinis,proindeque vere dici potest illam magnitudinem plus continere substantię quàm istam,quod tamen de substantia ratione suæ essentiæ præcisè dici non potest,sed ratione suæ entitatis. Ex quo intelligis entitatem ratione aliqua distingui ab essētia.Nec tantùm in substantiis,sed etiam accidentibus,licèt minùs proprie,partes entitatiuæ reperiuntur, præsertim iis quæ suscipiūt magis & minus;nam plures gradus caloris, frigoris , & cæterarum qualitatum quæ intendi possunt & remitti,sunt ipsarum partes entitatiuæ. Porrò in rebus incorporeis seu spiritualibus illa ratio diuisibilitatis secundum partes entitatiuas propriè locum non habet;vnde in illis non dicitur esse maior vel minor entitas secundùm substantiam , sed in ordine ad locum quem maiorem vel minorem præsentialiter occupare possunt.

Nota

Nota tamen obiter, nonnunquam entitatem, quatenus significat entis rationem, in abstracto, interdum accipi pro cujusque rei natura seu essentia, siue in partes entitatiuas sit diuisibilis, siue non, sicque substantia Angeli propriè dici potest entitas. Sed hæc de principijs entis, atque adeò de secunda parte Metaphysicæ satis. *Nota.*

TERTIA PARS METAPHYSICÆ.

SEV

TRACTATVS DE PROprietatibus Entis.

TRes erunt hujus tractatus disputationes, quarum prima erit de proprietatibus entis in genere: Secunda de singulis proprietatibus entis incomplexis, nempe vno, vero, bono: Denique tertia erit de singulis proprietatibus entis complexis, quę nempe enti diuisim competunt, vt esse idem vel diuersum necessarium vel contingens, esse actu vel potentia. *Tres huius Tractatus disputationes.*

PRIMA DISPVTATIO huius tractatus.

De Proprietatibus Entis in genere.

Vtrùm dentur vera proprietates Entis.

QVAESTIO I.

QVemadmodum singula Entium genera suas habent proprietates quæ in inferioribus scientijs demonstrantur; ita quoque Ens qua ratione est ens, proprias affectiones habeat necesse est, in quibus considerandis ac demonstrandis primus philosophus occupatur. Et certè cũ enti, vtsic, conueniat esse vnum, verum, bonum, nec tamen ista ipsi conueniant vt principia, aut causę, vel partes; *Assertio negatiua.* *Probatur.*

necesse est vt conueniant tanquam proprietates, cùm sint ipso ente natura saltem posteriores. Verùm objicies: Subjectum non includitur in præcisa ratione vnius veri, boni, quæ solent dici proprietates ipsius, alioqui proprietates illę nihil essent: Ergo ens non habet veras & legitimas proprietates. Respondetur ens quidem prædicari de vno, vero, bono in concreto expressis; non tamen includi conceptum entis in formali & præciso conceptu vnitatis, veritatis, bonitatis; sic enim spectatæ in abstracto & præcisè proprietates illæ, sunt relationes quædam rationis, vel negationes quæ excludunt formalem conceptum entis realis: nec tamen desinunt proprietates illæ dici reales, quia citra omnem mentis operationem enti vt enti conueniunt, nec vulgo dicuntur proprietates entis, nisi quatenus cum ipso identificantur, nominibusq; concretis exprimuntur. Non est autem absurdum subjectum includi in conceptu materiali suarum proprietatum; sic enim homo includitur in conceptu materiali risibilis; risibile enim significat id quod ridere potest; illud autem nihil aliud est præter hominem: neque opus est ad rationem istarum proprietatum, quod vera & propria emanatione fluant ab ente: satis enim est, quod rationem entis quocumque modo consequantur. Adde hoc enti peculiare & proprium esse, idque ob summam naturæ ipsius cum suis proprietatibus communionem, & (vt ita loquar) identitatem, vt ipso communi loquendi & concipiendi vsu ipsius formalis ratio includatur in conceptu formali suarum proprietatum: ita vt ipsa ratio entitati vulgo includatur in ipso conceptu vnitatis, veritatis, & bonitatis in abstracto, quamuis, si sermo sit de omnino præciso illarum conceptu, aliter sentiendum sit, vt paulò antè dictum est.

Obiectio.

Solutio.

Quotnam sint entis proprietates.

QVAESTIO II.

Proprietatum Entis genera duo.

DVo solent assignari genera passionum quæ cum ente reciprocentur. Aliæ enim sunt simplices, videlicet vnum, verum, bonum: aliæ conjunctæ, nempe esse actu vel potentia, esse idem vel diuersum, esse contingens vel necessarium. Inter quæ duo genera passionum id discri-

id discriminis est, quòd priores sigillatim sumptæ absque vlla disiunctione cum ente conuertantur; posteriores verò non nisi cum disiunctione. Quod igitur spectat ad numerum proprietatum entis simplicium, nempe vnum, verum, bonum: communis est omnium philosophorum sententia, has esse tres enumeratas, quæ sic colliguntur. Passiones seu proprietates entis debent aliquid addere supra ens, cum omnis proprietas addat aliquid ad rationem subiecti cuius est proprietas. At non possunt addere aliquid positiuum reale, cum nec sint formaliter entia, vt clarius patebit ex sequentibus, nec modi reales entis, vt supra probatum est 1. part. huius Metaphys. poster. disput. q. 2. Cùm igitur nihil possint addere ad rationem entis positiuum reale, necesse est vt aliquid addant vel negatiuũ, vel positiuum rationis seu per dominationem aut conuenientiam, ad aliquid extrinsecum. Priori modo constituitur passio seu proprietas vnius, quia negatio illa diuisionis, in se, in qua præcipuè consistit ratio vnitatis, consequitur, omne ens secundum se & absolutè consideratum, & conuenit omni enti vt sic: posteriori modo constituuntur duæ aliæ passiones, vna per respectum seu conuenientiam rationis ad intellectum, dicitúrque verum: alia per habitudinem & conuenientiam rationis ad appetitum seu voluntatem, dicitúrque bonum. Nam hæ duæ facultates (nempe intellectus & voluntas) sunt maximè vniuersales, & respiciunt omne ens sub diuersa ratione.

Assertio tenenda de numero simplicium proprietatum entis.

Non desunt tamen qui ad tres supradictas entis passiones alias addi posse contendant. Inprimis non tantùm illa tria, sed & alia duo, nempe, res, & aliquid, cum ente reciprocantur: sunt enim sex omninò transcendentia, nempe Res, ens, vnum, bonum, aliquid, verum, quorum quinque videntur esse entis propria, Respondetur Rem, & aliquid, esse vocabula synonyma seu paronyma cum ente; idem enim planè significant quod ipsum ens, sicque non sunt propriè passiones ipsius. Secundo, pulchrum, & perfectum videntur esse proprietates in genere non secus ac bonum. Respondetur primò, pulchrum non reciprocari cum ente, sed minus latè patere: ad rationem enim pulchritudinis propriè dictæ tria desiderantur, nempe integritas omnium partium, deinde earum debita proportio, denique nitor quidam: quę omnia non in quouis ente re-

Contra prædictam assertionem. 1. Obiectio.

Solutio.

2. Obiectio. Solutio 1.

periuntur. Secundo respondetur perfectum quatenus significat id cui nihil deest quod naturæ suæ congruat, idem esse ac bonum transcendens; quatenus verò significat id cui nihil perfectionis addi potest, non reciprocari cum ente. Denique si opponas intelligibile, & appetibile,

3. Obiectio. Solutio.

videri generales entis proprietates: Respondetur intelligibile quatenus est proprium entis realis, reuocari ad verum; appetibile verò ad bonum à quibus minimè distinguuntur. Quod spectat ad numerum passionum entis complexarum. Respondetur has vulgo recenseri, quarum prima est, esse actu vel potentia; secunda, esse idem vel diuersum; tertia, esse necessarium, vel contingens; quarta esse caducum vel æternum: quinta, esse finitum vel infinitum; sexta, esse mobile vel immobile; septima, esse causam vel effectum: octaua esse vnum vel multiplex; nona, esse verum vel falsum: decima esse bonum vel malum: Vbi nota cùm hic ens dicitur esse vnum vel multiplex, esse verum vel falsum, bonum vel malum: aut aliquas ex his proprietatibus, non sumi generalissime & transcendentaliter, aut ens latissimè & impropriè accipi. Cæterum non de ijs omnibus, sed de tribus duntaxat complexis proprietatibus, nempe necessario & contingenti eodem & diuerso, & actu & potentia agemus: reliquæ enim proprietates, vel nullam inuoluunt difficultatem, vel si quæ sit, ex supradictis aut ex ijs quæ sequuntur facile poterit intelligi.

Quotnam sint complexæ proprietates Entis.

Quem habeant inter se ordinem simplices entis proprietates.

Supereſt hic difficultas enodanda de ordine trium simplicium proprietatum inter se. Respondetur, primam ordine, esse vnum; secundam, verum, tertiam, bonum. Et quidem quod vnum sit prima proprietas patet, quia per modum absoluti enti competit: verum autem & bonum, per modum respectiui: nempe in ordine ad intellectum & appetitum: quod autem absolutum est, ordine præcedit respectiuum. Verum autem prius est bono: eo quod inter has affectiones is ordo seruetur, qui inter intellectum & voluntatem cernitur: sed intellectus, qui omnia suo ratione veri cognoscit, prior est voluntate, quæ versatur circa bonum: quare sequenti disputatione, de ijs eodem ordine differemus, nempe de vno imprimis, tum de vero, tandem de bono.

SECVN-

SECVNDA DISPVTATIO *huius tractatus.*

De simplicibus proprietatibus entis.

DE VNO.

Vtrum vnum sit vera passio entis.

QVAESTIO I.

VT cuiusque entis in specie, sic entis in genere sua est vnica ratio: alioqui non iam ens erit, sed entia. Ex quo intelligere est, vnum, esse proprietatem entis inseparabilem: ita vt impossibile sit concipere aliquid ens, aut per modum entis, nisi illud idem, vnum, aut per modum vnius concipias; alioquin non ens, sed entia conciperes: Entia autem, vt sic, non habent vnum, & eundem conceptum, neque sunt obiectum per se Metaphysicæ. Est autem vnum istud, quod est passio entis, propriè dictum: nempe reale, per se & absolutè spectatum. Reale inquam, ne putes illud pendere ab operatione intellectus, non quod formalis ratio istius vnitatis sit aliquid positiuum, sed quod, licèt sit aliquid negatiuum, enti tamen citra omnem mentis operationem conueniat. Per se verò, ne putes vnum per accidens, quod secundùm quid dicitur vnum, cùm sit absolutè multiplex, esse proprietatem entis. Denique absolutè spectatum, ne existimes ens impropriè & eo modo dici vnum quo Socrates dicitur esse quid vnum cum Platone in ratione hominis. *Quomodo ens dicatur vnum.*

Quid vnum addat Enti, seu quis sit formalis & praecisus conceptus Vnius.

QVAESTIO II.

QVæstio est, quid sit illud in quo posita est ratio vnitatis transcendentalis, an sit aliquid positiuum & reale, an vero aliquid rationis aut negatiuum, vel priuatiuum. Cui sequentibus assertionibus satisfiet.

Prima assertio. Vnum nihil addit enti reale & positi- 1. *Assertio.*

uum,quo ab ipso formaliter propriè loquendo,seu essentialiter distinguatur: quia si aliquid reale positiuum enti superaddi posset, quod ab ipso essentialiter distingueretur:sequeretur aliquid & positiuum realiter essentiale nõ esse ens formaliter,quod repugnat:nihil enim potest esse aut dici realiter essentiale, cuius non sit realis essentia, ac proinde quod non sit formaliter ens.

2. Assertio. Secunda assertio. Licet vnum sit idem reipsa & formaliter cum ente,habet tamen conceptum ratione ratiocinata diuersum à conceptu entis,quia aliud est concipere vnum vt sic, aliud concipere ens vt ens, alioqui non esset ratio cur ens diceretur subiectum, vnum verò diceretur passio subiecti seu proprietas.

3. Assertio. Tertio assertio. Vnum addit enti negationem diuisionis à seipso per modum priuationis,adeo vt materialiter vnũ significet ens, formaliter verò negationem diuisionis in seipso. Vnde sequitur vnum nihil aliud esse quam ens nõ diuisum. Licet autem id quod dicitur vnum non modo sit indiuisum in se,sed etiam simul diuisum sit à quouis alio: in illo tamen præcipuè,non in isto consistit ratio vnitatis

Dubitatio. transcendentalis. Quæres forte an multiplex seu multitudo quæ vni opponitur,dicat perfectionem. Respondetur,si

Responsio. materialiter spectetur,dicere perfectionem,quia sic significat plura entia:si verò formaliter spectetur,non includere vllam perfectionem,quia sic nihil aliud significat quam

Nota. plures indiuisiones. Porrò notandum est quod diximus, vnum significare negationem diuisionis per modum priuationis: quia negatio illa diuisionis non est vera priuatio,quia non est necesse,vt subiectum quod connotat, sit aptum ad recipiendam illam diuisionem. Sic enim Deus maximè propriè vnus est,nec tamen aptus diuidi.

De variis vnitatum generibus.

QVAESTIO III.

ETsi de sola vnitate transcendentali,quę adæquata est entis proprietas,hoc loco agendum esset: non tamen omnino à proposito alienum videtur de cæteris quoque vnitatum generibus pauca in hac præsenti quæstione tradere.

Vnitatum genera quinque. Constituuntur vulgo quinque vnitatum genera; nempe vni-

Digitized by Google

vnitas transcendentalis, categorica, numerica, formalis, & vniuersalis. Transcendentalis est ea quæ per se primò competit enti vt ens est, & cæteris rebus quatenus sunt entia. Categorica est, quam volunt esse propriam quantitatis discretæ, ita vt ex multiplici eiusmodi vnitate, constet quantitas illa discreta seu numerus. Numerica est ea quæ naturam inferioribus incommunicabilem afficit, seu quæ sequitur differentiam individualem cuiuscunque naturæ: licet natura illa numero vna, possit esse communicabilis pluribus suppositis, vt patet in natura diuina, quę licet essentialiter vna, tribus tamen personis est communicata. Vnitas formalis est illa, quæ cuiusque rei formalem rationem consequitur, abstrahítque ab vniuersali & numerica: quare formalis vnitas in rebus creatis est multiplicabilis in inferioribus, quia fieri potest, vt natura, cuius est ista formalis vnitas, multiplicetur: adeo vt tot sint formales vnitates, quot erunt partes subiectiuæ illius naturæ. Itaque in eo duntaxat formalis vnitas distinguitur à transcendentali, quod transcendentalis rationem entis præcisam consequatur, formalis verò rationem cuiusque rei propriam. Denique vniuersalis potest accipi duobus modis, primo quidem pro ea, quæ naturam vniuersalem aptam inesse multis ante omnem operationem intellectus denominat, quam alij vocant vnitatem præcisionis; Aliter verò pro vnitate quadam rationis, quæ competit naturis per operationem intellectus abstractis ab inferioribus: per illam enim abstractionem res dicuntur vniuersales vniuersalitate quadam rationis: vnde etiam vnitas rationis duntaxat illis sub ea consideratione competit.

Transcendentalis.

Categorica.

Numerica.

Formalis.

Vniuersalis.

Repete ea quæ in 1. pa. Log. de vniuers. generatim diximus.

Quodnam sit principium vnitatis numericæ seu indiuiduationis.

QVAESTIO IV.

INdiuiduatio quoddam genus est indiuisionis quod proprium est vnitatis numericæ: quę quidem significat indiuisionem in multa inferiora, simulque ex consequēti diuisionem à qualibet re alia singulari. Quæritur autem quodnam sit principium eiusmodi indiuiduationis, vndenam, verbi gratia, habeat hic homo puta Socrates, quod sit hic homo, & non alius quiuis. Vbi aduerte, cum prin-

Quid sit indiuiduatio.

Sensus propositę quæst. aperitur.

Digitized by Google

cipium possit esse duplex, aliud externum, nempe efficiens & finis; aliud verò internum seu formale: quemadmodum si quæratur principium vnde habet lignum quod sit calidum, poterit assignari principium externum, nempe ignis qui calefacit; vel internum, nempe calor productus in ipso ligno quod est principium à quo formaliter est ac dicitur calidum. Cum igitur hoc loco quærunt Metaphysici quodnam sit principium indiuiduationis, id maxime intelligunt de principio formali à quo res vnaquæque habet quod sit hæc, non illa, vel alia.

Opiniones varia. Mirum est quàm inter se dissentiant super ea re Philosophi & Theologi: dum alij principium istud nullum esse contendunt à parte rei, alij negatiuum esse volunt, nempe negationem tum diuisionis à seipso, cum identitatis cum alio: alij peculiarem accidentium concursum, alij quantitatem terminatam: alij materiam signatam: alij denique existentiam ipsam. Verùm licet nonnulla ex iis vel ad indiuiduationem præsupponantur, vel indiuiduationis vestigia quædam sint & indicia, nullum tamen ex iis verum & essentiale est indiuiduationis principium.

Probabilior sententia. Itaque longè probabilius alij, inter quos Scotus, qui rem istam subtilius discussérunt, arbitrati sunt formale principium indiuiduationis in vnaquaque re esse differentiam quandam & positiuam & primò incommunicabilem, quę adiuncta speciei per se constituat indiuiduum siue substantiale: vnde differentia illa indiuidualis in substantiis est substantialis, in accidentibus accidentalis, vtrobique verò intrinseca & essentialis, non quidem speciei cui accidit, sed indiuiduo quod constituit, præceditque eiusmodi numerica seu indiuidualis differentia omnè aliud accidentarium discrimen quod inter diuidua reperiri solet.

Confirmatur. Quod igitur principium illud indiuiduationis sit vera & realis differẽtia probatur: quia ea quæ verè, positiuè, & realiter inter se differunt, non nisi per veram & realem differentiam distinguuntur. Atqui indiuidua non modò materiali seu physica, verum etiam spiritualia verè positiue & realiter inter se differunt, etiam seclusis omnibus accidentibus: Ergo non nisi per veram, realem & positiuam differentiã, quæ nõ potest esse alia quàm numerica: (differentia enim specifica communis est & multo magis

generica

generica(cumque illa seclusis omnibus accidentibus semper remaneat, signum est illam non esse accidentariam indiuiduo, sed illi congenitam, & aliquo modo essentialem, præsertim cum ex ipsa differentia & natura specifica vnum per se constituatur. Petrus enim non tantùm quatenus homo, sed etiam quatenus talis homo, est quid vnum per se in genere substantię, quod non esset si differentia numerica, quæ speciei aduenit, non esset ejusdem generis cum natura specifica cui aduenit, ac proinde in substantijs non esset substãtialis, sed accidẽs aliquod vel plura accidentia, vt plerique arbitrantur. Cæterùm hoc indiuationis principium Scotus barboro satis, at non parum significatiuo termino, Hæccitatem vocat, alij differentiam indiuiduantem vel indiuidualem nuncupant.

An quod semel periit possit idem numero reproduci.

Qvaestio V.

Qvæstio hæc tres difficultates continet: Prima est, An id viribus naturæ nusquam fieri possit. Secunda est, num saltem repugnet absoluta Dei virtute fieri. Tertia, vtrum par sit quoad præsentem difficultatem in omnibus ratio. Quare totidem assertionibus propositæ quæstioni satisfiet.

Prima assertio. Eadem numero res semel corrupta non potest viribus naturæ eadem numero reproduci. Probatur, quia omne agens naturale determinatur ad hunc numero effectum producendum per omnes particulares circumstantias quæ ipsius productionem comitantur: nempe locum, tempus, motum, &c. quæ cùm non possint naturaliter eædem numero simul concurrere, fit vt non possit amplius agens naturale determinari ad eundem numero effectum producendum. Et certè id experientiâ satis probatum videtur: neque enim id naturæ creatæ possibile existimandum est quod nusquam hactenus vllius agentis viribus contigit: hinc natum illud Aristotelicum axioma, A priuatione ad habitum non dari regressum. *1. Assertio.* *Confirmatur.*

Digitized by Google

2. *Assertio.* Secunda assertio. Absoluta Dei virtute potest quod se-
Probatur. 1. mel perijt idem numero reproduci. Probatur; quia si quid obstaret quominus idem numero reproduci posset, illud esset maximè quòd idem numero motus, tempus & actio non possent iterum concurrere vt agens determinaretur ad eundem numero effectum producendum, vti in præcedente assertione docuimus: Verum hoc non obstat, quia agens virtutis infinitæ, vt est Deus, ab istis non dependet vt hunc vel illum effectum producat, sed omnia ex libera agendi facultate prout operatur; vnde illud Apostoli, *Qui omnia operatur secundum consilium voluntatis suæ.* Adde quod si res semel productas & postea deperditas Deus non posset reproducere, sequeretur diuinam potentiam, quæ infinita est, ipsa rerum productione diminui, quod absurdissimum est.

3. *Assertio.* Tertia assertio. Probabilissimum est repugnare res natura sua transeuntes, siue successiuas siue momentaneas easdem numero etiam uirtute diuina reproduci, verbi
Probatur. gratiâ, motum, tempus, actiones item & passiones siue instantaneas, siue successiuas. Probatur, quia cum res illæ non sint permanentes, sed successiuæ, aut momentaneæ, videntur omnino pendere à tempore in quo fluunt, aut ab instanti in quo fiunt. Quare cùm repugnet eandem partem, aut momentum temporis imaginarij saltem, quod est prima mensura omnis mutationis, vnquam recurrere, videtur etiam repugnare, eandem numero actio-
Obiectio. nem, passionem, aut motum reproduci. Si objicias ex præcedenti assertione posse eundem numero effectum virtute diuina reproduci; jam verò motum, tempus intrinsecum, actionem item passionem esse idem numero & realiter cùm ipso effectu seu re quæ eadem numero reproducitur; ac proinde ea omnia eadem numero recuperari.
Solutio. Respondetur, licèt illa omnia quoad realitatem eadem recuperentur, non tamen quoad formalitatem: ideoque non debent absolutè simpliciter dici eadem numero. Et certè si mundus iste in nihilum redigeretur, & postea ex nihilo reproduceretur, quis dicat eandem fore creationem cum ea quæ ante quinque annorum millia extitit; licèt tamen idem foret numero vtriusque productionis terminus?

De

De diuisione entis in vnum & multa.

QVAESTIO VI.

CIrca diuisionem entis in vnum & multa, siue in vnum & multiplex ambigitur, præsertim quo tandem pacto vni multa opponantur. Quod vt commodius percipiatur, nonnulla prius animaduertenda sunt: Et quidem imprimis, vnum esse natura saltem prius quauis multitudine; quod vel hinc perspicuum est, quod Deus primum rerum omnium principium perfectissimè sit vnus, omnisque entium multitudo ab eo profecta sit; quo fit etiam vt omnia quò magis prope ad illud summe vnum accedunt, eo magis vnita & minùs diuisa sint. Adde quod posita quauis multitudine, necessario concedenda est vnitas, non contra, posita vnitate multitudo semper sequitur. Præterea notandum est vnum esse prius diuiso, quia nihil diuisum concipi potest quod non prius, scilicet antequam diuideretur fuerit vnum: vbi enim nulla præcessit vnitas, nulla fieri potest diuisio.

Notandum. 1.

Notandum. 2.

His ita positis, dicimus cum Aristotele 10. Met. c. 6. vnum & multa non opponi contradictoriè, quoniam contradictionis altera pars de ente dici debet, altera de non ente: At vnum & multa de ente, nusquam vero de non ente per se & propriè dicuntur: Nec etiam opponi relatiuè, neque enim illa mutuo se semper actu inferunt: neque enim propriè quis dicat vnum esse multorum vnum, aut multa esse vnius multa. Dicendum igitur est illa aliquo pacto opponi tum priuatiuè, tum etiam contrariè: Priuatiuè quidem quatenus habent rationem diuisibilis & indiuisibilis, sicut linea & punctus dicuntur aliqua ratione opponi priuatiuè, licet vtrumque sit positiuum. Contrariè verò, quia cùm neutrum respectu alterius sit merè negatiuum aut priuatiuum, & tamen vnum ab alio non mediocriter dissideat, ea ratione videntur esse contraria.

Quomodo vnum & multa opponantur.

* *
*

DE VERO.

An verum sit propria passio entis.

QVAESTIO VII.

Affectio probatur.

VErum esse propriam entis affectionem vel ex eo probari potest, quod tria quæ ad rationem legitimæ proprietatis necessaria sunt in ipso reperiantur. Etenim verum consequitur ens, deinde cum ipso reciprocatur, denique addit enti conceptum aliquem formalem diuersum ab ipso conceptu entis. Deinde verum primo & per se de ente prædicatur: neque tamen vt principium, vel causa, vel differentia seu modus contrahens, vel vt pars, ergò vt proprietas. Denique omne ens in quantum ens, id est, in quantum est aut esse potest, diuino intellectui conforme est: illud autem nihil aliud est quàm esse verum. Hæc tamen ex sequentibus quæstionibus planiora fient.

Quid sit veritas & quotuplex.

QVAESTIO VIII.

Veritas in genere describitur.

VEritas in genere describi potest: Conformitas seu adæquatio rei & intellectus. In qua definitione duplex inuoluitur comparatio, vna intellectus cognoscentis, ad id quod cognoscitur: altera rei cognitæ ad intellectum cognoscentem, vnde nata est distinctio duplicis veritatis: vna dicitur veritas cognitionis, altera dicitur veritas rei cognitæ. Quibus & tertium genus veritatis licet minus proprium addi potest, nempe veritas signi. Quod vt planiùs intelligatur, notandum est quod docet Aristoteles lib. de Interpr. c. 3. & 6. Metap. t. 6. veritatem in tribus diuerso modo reperiri, nempe in intellectu formaliter, tanquam in subjecto; in rebus cognitis fundamentaliter tanquam in causa; denique in voce vel in scripto figuraliter, vt ita loquar, seu repræsentatiuè tanquam in signo. Vnde sicut sanum denominat animal formaliter tale, medicinam causaliter, & vrinam tanquam signum sanitatis quæ est in animali: haud secus veritas intellectum denominat formaliter verum, res verò objectas intellectui, causaliter: quia nempe sunt causæ veritatis intellectiuæ: denique voces & scripta denominantur vera tanquam

Veritas in rebus reperitur.

signa

Digitized by Google

signa illius veritatis quæ est formaliter in intellectu, & casualitur seu fundamentaliter in rebus. Ex quibus patet quod quema lmo lam sanum primò & formaliter dicitur de animali tanquam de præcipuo analogato, de cęteris autem per comparationem ad illud: sic verum primo & præcipuè dicitur de solo intellectu verò, de aliis autem in ordine ad ipsum intellectum. Confirmatur, quia sicut propositiones vocales, vt scripta, sunt interpretes, & signa conceptuum animi, ita non dicuntur vera, nisi extrinsecè in ordine ad veritatem intellectus. Idémque sentiendum de rebus quæ eatenus dicuntur veræ, quatenus obiiciuntur veræ cognitioni intellectus: At cognitio ipsa dicitur vera, quia intrinsecè & formaliter talis est.

Veritas in intellectu propriè residet.

Porro diligenter notandum est hoc loco nos hactenus locutos esse de veritate rerum in ordine ad intellectum creatum: res enim alio modo, & quidem transcendentaliter ac magis propriè dicuntur veræ in ordine ad intellectum increatum, quomodo accipi debet veritas, cùm dicitur entis proprietas, de qua sequenti quæstione.

In quo posita sit ratio veritatis transcendentalis.

QVAESTIO IX.

Quid sit veritas transcendentalis.

VEritas, à qua res creatæ dicuntur verę, est conformitas earum cum intellectu diuino, siue cum rationibus formalibus ipsarum, quæ sunt in mente diuina. Probatur, quia veritas cuiusque rei, est conformitas ipsius cũ propria & prima sui mensura: at hæ rationes formales quæ existunt in mente diuina, quæque sunt ipsa mens diuina, sunt proprię ac primę mensuræ rerum omnium. Est igitur veritas cuiusque rei conformitas cum illis rationibus formalibus seu diuinis conceptibus. Adde quod res non dicuntur veræ nisi in ordine ad intellectum, in quo propriè ac formaliter residet veritas. Atqui non dicuntur veræ ea veritate de qua loquimur, nempe veritate transcendentali, quia sunt conformes intellectui creato, cùm decipi possit intellectus creatus, imò veritas intellectiua ab ipsarum rerum veritate dependeat. Quocirca necessarium est vt à conformitate cum intellectu diuino dicantur veræ.

Digitized by Google

Relatio conformitatis ad intellectum diuinum non est realis.

Est autem relatio ista conformitatis rerum creatarum cum intellectu diuino ipsas contemplante, rationis, non realis. Quo fit vt veritas transcendentalis nihil positiuum & reale addat Enti, sicque ens non includatur in formali & præcisa ratione suæ proprietatis. Vt autem intelligas, quomodo ista relatio non sit realis, sciendum est intellectum diuinum, licèt reipsa & formaliter vnum, virtute tamen distingui in Practicum & Theoreticum. Practicus dicitur, per quem Deus res nouit quatenus ipsas procreat aut procreare statuit, quomodo Idæas appellat D. Thomas rationes rerum factibilium à Deo quatenus sunt factibiles: Theoreticus vero per quem res nouit vt se habẽt. Relatio igitur conformitatis rerum creatarum ad intellectum diuinum practicum realis est, non secus ac relatio effectus ad causam: fũdatúrque ista relatio in entitate rei creatæ, quo sensu aliàs docuimus creaturam referri ad Deum relatione reali transcendentali: At relatio conformitatis quam habent res creatæ cum intellectu diuino Theoretico seu speculatiuo, est relatio rationis. Res enim quatenus cadunt sub intellectum Theoreticum, vt sic, nõnisi obiectiuè existunt, sicque relatio conformitatis cum isto intellectu quæ illis vt sic conuenit, non est realis, sed rationis: fundatur enim eiusmodi relatio in esse potentiali & obiectiuo creaturæ, non autem in esse actuali.

Relatio practica conformitatis duplex.

Ex quibus sequitur veritatem transcendentalem nihil aliud esse quàm relationem conformitatis rerum ad diuinum intellectum speculatiuum: quæ relatio non sit realis, sed rationis: sicque veritas transcendentalis rerum dependet ab intellectuali veritate Dei, quæ est maximè propria veritas, atque adeo omnis veritatis fons & origo: sicque ens non potest concipi formaliter verum, nisi quatenus cognitioni diuinæ conformatum.

Quid sit falsum.

Ex iis etiam colligi potest quid sit falsum, nempe esse diuinationem ab intellectu diuino. Vbi nota nihil hoc modo falsum dici posse, nisi quod fictitium & impossibile est: quæcunque enim possibilia sunt vt sic, rationem aliquam sui habent in intellectu diuino, ac proinde transcẽdentaliter vera sunt. Nota etiam falsitatem in reali subiecto, nempe in intellectu creato reperiri posse, quatenus à rerum obiectarum veritate dissentit. Res autem ipsę nõnisi impropriè dici possunt falsæ, & quidẽ in ordine ad intellectum

Digitized by Google

tellectũ creatum,quatenus falso concipiuntur,aut propter sui obscuritatem intellectum in errorem inducunt.

DE BONO.

An bonum sit proprietas entis.

Qvaestio IX.

Etsi de bono fusè satis in ipso limine nostræ philosophiæ moralis disseruimus quatenus pertinet ad moralem philosophum: quia tamen aliter cõsideratur à Metaphysico, nempe quatenus est propria quædam entis affectio, idcirco nonnulla supersunt de bono Metaphysicè spectato explicanda. Et quidem quod spectat ad propositam difficultatem, respondemus bonum esse proprietatem entis non secus ac vnum & verum, vt supra docuimus. Quemadmodum enim id omne quod est, aut esse potest, in quantum saltem esse potest, diuino intellectui conforme est ac proinde verum est: Ita etiam diuinæ voluntati conueniens est; ac proinde bonum est.

Verùm obiicies, pleraque entia non videri bona: negat enim Aristoteles 3. Metap. c. 2. boni rationem inueniri in Entibus mathematicis: Deinde bonum & perfectum reciprocarentur; at pleraque entia sunt imperfecta, vt materia prima. Præterea nonnulla sunt ex genere suo mala vt actus & habitus natura sua vitiosi. Denique in diuinis, relationes personales omnis perfectionis ac bonitatis sunt expertes, alioqui aliqua esset perfectio in vna persona quæ non esset in altera. Verùm respondetur ad primum in entibus mathematicis, quatenus vera sunt entia, reperiri bonitatem transcendentalem veri & realis cuiusque entis propriam, non verò bonitatem aut malitiam moralem, de quo loco citato videtur loqui Aristoteles, cùm ibi expressis verbis dicat Mathematicas disciplinas nullam habere rationem bonorum & malorum. Ad secũdum respondemus, etsi materia prima non sit perfecta perfectione morali aut naturali; esse tamen perfectam perfectione transcendentali: quæ est negatio defectus cuiusque rei in suo genere, vt postea explicabimus. Idemque dicendum de quocunque ente, quod in aliquo genere imperfectum est. Ad tertium respondetur: illa quæ in genere morum

Digitized by Google

mala sunt, in genere entium, & secundùm suam substantiam seu entitatem posse dici transcendentaliter bona. Ad vltimum respondemus, valde controuersum esse apud Theologos, vtrùm attributa personalia, præsertimque relationes personales includant perfectionem quatenus personalia sunt, an non: vtrumque enim valde probabile est. Verùm quicquid sit, cùm eiusmodi relationes, & alia id genus attributa personalia non sint entia nisi quatenus identificantur cum natura diuina, quæ est ipsa essentialis bonitas: nihil etiam absurdi est, ea omnia hoc sensu dici bona, imo optima. Ex quibus liquet nihil esse ens, quod non sit suo modo bonum.

Verùm dices, saltem quædam videri bona, quæ non sunt entia, sicque bonum non reciprocari cum ente. Bonum enim idem est quod appetibile, appetuntur autem interdum non entia, vt priuatio vitæ tum suæ tum alienæ, imò posset interdum appeti id quod prorsus impossibile est: sic Deum non esse appetunt damnati. Respondemus illa omnia quæ verè non sunt entia, non esse per se nec propter se expetibilia: sed vel ratione alicuius entis aut commodi adiuncti, vel certè quatenus entia esse putantur, aut aliquam entis rationem induunt. Responderi etiam posset, cùm bonum dicitur idem esse quod appetibile, ibi bonum accipi latè, quatenus complectitur tum reale bonum, cùm apparens: sicque negandum bonum transcendentale conuerti cum appetibili.

Quænam sit ratio boni transcendentalis.

QVAESTIO XI.

Varie opiniones.

VAlde dissentiunt Metaphysici in assignanda ratione formali bonitatis transcendentalis. Quibusdam enim placet bonum formaliter esse quid respectiuum, aliis esse quid absolutum: nonnullis partim absolutum, partim respectiuum.

Probabilior sententia.

Nobis certè probabilissimum videtur bonum significare formaliter aliquid respectiuum, nempe relationem conuenientis, connotando tamen aliquid absolutum, nempe ipsum ens, cum quo re ipsa identificatur. Quid autem sit illud respectiuum, quod significat bonum, seu quænam sit relatio quam formaliter includit, sequen-

Digitized by Google

sequentibus assertionibus declarabimus.

Prima assertio. Relatio quam bonum addit enti, est re- 1 Assertio.
latio rationis. Probatur, quia enti reali in genere vt ens est, nihil addi potest quod habeat rationem entis realis; illud enim non adderetur Enti, sed in ipso iam includeretur.

Secunda assertio. Relatio quam bonum formaliter significat, non est relatio finis, aut appetibilis, sed conuenientis, non quidem relatio finis: non enim id omne quod est actu bonum, præsertim transcendentale, est actu finis, vt in Moralibus docuimus: non entis relatio appetibilis, quia appetibilitas est aliquid posterius ipsa bonitate. Ideo enim aliquid appetibile est, quia bonum est, vt ibidem docuimus. Quod igitur bonum formaliter dicat rationem conuenientis probatur, quia nihil in bono reperitur, quod sit causa appetibilitatis quam conuenientia: in tantum enim aliquid appetitur in quantum vnicuique conueniens est. Ratio igitur bonitatis in ejusmodi relatione posita est. 2 Assertio.

Tertia assertio. Bonitas transcendentalis, cùm sit prima rerum omnium bonitas, posita est in conuenientia ipsarum cum Deo: quòd si bonitatem intelligas etiam increatam, posita erit in conuenientia, Dei quidem ad se ipsum, & rerum omnium ad eundem. Vt enim Deus est verus atque adeo verissimus, quia est omnino conformis conceptui quem habet de perfectissimo ente: cætera autem suo quæque gradu vera, quatenus majorem minoremue cum vno illo eodemque conceptu qui rerum omnium conceptum eminenter continet, conformitatem habent. Ita idem est bonus, imò optimus bonitate transcendentali, quatenus sibi est conuenientissimus, cætera autem magis minusue bona, quatenus plus minusue diuinæ bonitati congruunt. Confirmatur ista conclusio, quia sicut diuina cognitio antecedit omnem creatam cognitionem, ita diuina appetitio quamcumque appetitionem aliam: ideoque prius res sunt appetibiles Deo quam cæteris rebus: res autem non sunt Deo appetibiles, nisi quatenus illi congruentes. Consistit igitur prima rerum bonitas in eo quod Deo conueniant, seu diuinæ appetitioni congruant. 3 Assertio.

Digitized by Google

An idem sit bonum quod perfectum.

QVAESTIO XII.

REspondetur sicut bonum & ens idem sunt re ipsa, ratione tamen aliqua differunt: ita quoque existimandum est de bono & perfecto. Non videtur autem perfectum transcendentaliter sumptum vllo modo distingui ab ente: nihil enim addit quod ab ipsa ratione entis realis præcisè distinguatur. Perfectum enim, si vim nominis spectes, significat id cui nihil deest ad sui rationem, siue id cui sua adest entitas & perfectio. Itaque rem esse perfectam transcendentaliter, est rem esse, id quod esse debet in ratione entis. Ex quo intelligere est, perfectum non esse proprietatem entis, cùm idem sit plane quod ipsum ens, ac proinde ratio formalis boni, non est ratio formalis perfecti, vt quidam sibi persuadent, alioqui bonum, vt sic, non includeret ordinem seu respectum aliquem transcendentalem ad appetitum, quod communi philosophorum omnium sententiæ repugnat.

Quod sit perfectum formaliter.

Quid sit malum, & an reperiri possit aliquod malum absque bono.

QVAESTIO XIII.

QVoniam oppositorum eadem est disciplina, non abs re videtur de malo non secus ac de bono nonnihil hoc loco disserere, de quo duæ difficultates occurrunt explicandæ.

Quod ad priorem spectat; respondemus malum esse priuationem peculiaris alicujus boni: peculiaris, inquam, non transcendentalis: quoniam ens vt ens non potest esse malum, sed in aliqua peculiari ratione entis. Sic ens naturale malum dicetur, si aliquid ei desit ad ipsius integritatem requisitum. Ens artificiale malum dicitur, si ab artis præceptis nonnihil deficiat. Malum morale si à rectæ rationis dictamine aberret. Quare meritò malum describit Sanctus Dionysius cap. 4. de Diuinis nominibus, id quod corrumpit & destruit naturam.

Prior difficultas qua proposita soluitur.

Quod spectat ad posteriorem difficultatem, Respondetur nihil adeò esse malum quod non habeat aliquid boni-

Posterior difficultas explicatur.

bonitatis adjunctum: sic vt repugnet dari malum absque bono. Omne enim malum cùm sit priuatio & non mera negatio, in aliquo ente semper fundatur, nam omnis priuatio connotat subjectum in quo est: atque illud subjectum quod dicitur malum est ens, ac proinde vt sic, est bonum bonitate saltem transcendentali, quæ rationem entis vt ens est consequitur: hinc fit vt ea quæ vel pessima existimantur, secundùm aliquam rationem sint bona, vt sæpius insinuamus de dæmonibus, prauis habitibus, & actibus. Objicies dari aliquid summè bonũ, nempe Deum, proindéque consentaneum videri vt detur aliquid summè seu infinitè malum, quod ex consequenti omni specie bonitatis careat. Respondetur nullam implicare contradictionem dari aliquid infinitum in ratione boni: at verò apertam sequi contradictionem si daretur infinitè malum; esset enim simul & non esset, ex hypothesi quod daretur; nec tamen esset, qua repugnat aliquid verè esse quod non sit verum ens reale, proindéque non sit verè bonum saltem transcendentaliter. *Obiectio.* *Solutio.*

TERTIA DISPVTATIO
huius tractatus.

De proprietatibus complexis entis.

De necessario et contingenti.

Quid & quotuplex sit necessarium.

Qvaestio I.

Necessitas eadem plane ac immutabiliter modus quidam est entis, quo se habet eodem modo & immutabiliter. Dicitur autem ens necessarium duobus modis, vel quoad esse, nempe quia necessariò existit, vel quoad fieri, quia necessariò productum est. Rursus necessarium quoad esse dicitur dupliciter; primum quod absolutè & simpliciter habet esse immutabile, ita vt repugnet illud nõ existere, cuiusmodi est solus Deus; aliter etiã dicitur necessarium quoad esse, quod licet habeat esse acceptum ab *Ens necessarium dicitur dupliciter.* *Quoad esse.*

Digitized by Google

alio, tamen habet illud esse naturaliter incorruptibile, vt Cœli & substantiæ spirituales. Vt autem aliquid necessarium quo ad fieri dicatur, non satis est quod à causa necessariò agente producatur, sed debet necessario produci. Nam etsi ignis in palea excitatus ab igne necessario agente productus sit, non tamen fuit necessario productus si ignis ad paleam liberè fuerit applicatus, nisi ex hypothesi quod fuerit applicatus, & reliquæ conditiones requisitæ ad ignem illum excitandum concurrerint.

Quoad fieri.

An detur ens aliquod simpliciter necessarium.

QVAESTIO II.

Assertio tenenda.

DEus optimus maximus est ens omnimodè & simpliciter necessarium: nihilque aliud præter Deum.

Prior pars assertionis.

Prior pars probatur, quia Deus habet esse independens ab alio, proindeque illi essentiale & absolutè necessarium.

Posterior pars assertionis.

Posterior pars etiam comprobatur. Cum enim res omninò sint aut per essentiam, aut per efficientiam, Deusque solus propter suam ipsius infinitatem dicatur esse per essentiam, cætera nonnisi per efficientiam erunt, sicque accipient esse superadditum suæ naturæ & ipsi quodammodo accidentarium, quo fit vt illud esse non possit dici absolutè necessarium: Vbi aduerte res alias posse non esse per potentiam physicam, nempe res naturales corruptibiles: alias verò per potentiam Logicam, seu per non repugnantiam duntaxat, vt sunt res spirituales: principiúmque mutabilitatis illarum esse tum materiam, cùm agens naturale: illam quidem, quia potest & formam mutare, hoc vero, quia potest illam de materia extrudere: Harum verò mutabilitatis principium esse finitam naturæ conditionem ejusque dependentiam ab alio. Ex quo intelligere est, res omnes creatas saltem respectu potentiæ logicæ dici posse contingentes quoad esse.

Nota.

Aduersus priorem partem. Obiectio.

Verum aduersus priorem partem prædictæ assertionis oppones: Si Deus esset omninò immutabilis, quoad esse, immutabilis quoque foret quoad operari, quia operatio diuina immanens est Deo essentialis. Atqui Deus mutatur quoad ejusmodi operationem, quia quandiu aliquid exisit, tandiu Deus nouit simul etiam & vult illud esse. Cùm autem existit, tunc nõ amplius Deus nouit aut vult illud idem esse. Adde quod Deus libere vult ea quæ sunt

Confirmatur. Obiectio.

extra

extra se,ergo mutabiliter,quia liberè velle,est ita velle vt possit non velle. Verùm respondetur Deum cognoscere mutabilia immutabiliter,& tẽporaria cognitione ęterna: quia ab omni æternitate vidit & videt vno quasi intuitu quicquid in quouis tempore accidit. Itaque cum diuina cognitio non pendeat à rebus cognitis, nec à tẽpore, non mutatur,licèt res illæ varientur. Itaq; Deus in puncto immutabili æternitatis,cui respondent omnes tẽporis differẽtiæ tanquam ipsi præsentes,per vnicam simplicissimam notitiam videt rem aliquam per aliquod temporis spatiũ non esse & per aliud esse. Quod autem per vnicum actum id possit præstare,prouenit ex infinitate & eminentia diuini intellectus. Ad illud quod addebatur, Respondemus Deum,si potuerit,non velle ea quæ voluit & elegit liberrimè ab omni æternitate,non tamen mutabilẽ dici posse: quia non est existimandum actus volitionis & nolitionis circa idem obiectum in Deo esse oppositos aut minimum diuersos,sunt enim actus illi vna simplicissima potentia, imò essentia, quæ vnico actu eminenter continet omnes etiã diuersissimos actus. Quòd si Deus in sacris literis,conuerti,sententiã mutare significetur: Respondetur ista omnia Deo tribui per anthropopathiam,vt loquũtur Theologi,& accommodatè ad nostrum intelligendi captum.

Solutio.

Ad confirmationem responsio.

An detur ens simpliciter necessarium quoad fieri, seu ex necessaria efficientia sua causæ.

QVAESTIO III.

REspondemus nullum esse , quia cum Deus sit princeps,& suprema rerum omnium causa,& quidem liberrima simul & potentissima,plenumque habeat in alias causas dominium : potest cum libuerit cuiusuis entis productionem impedire. Non est tamen negandum pleraque necessariò euenire in suo genere , & posito ordinario Dei concursu , qui non solet nisi rarò admodum naturalibus agentibus denegari. Quæres , an Deus sit causa necessaria respectu quorumcunque effectuum,ita vt quicquid molitur necessariò contingat. Respondemus in Deo duplicem modum operandi cõsiderari,vnũ quo solus operatur, vt cum aliquid ex nihilo pro-

Assertio.

Nota.

Quæstio.

Solutio.

creat; alterũ quo cum secundis causis siue necessariò siue liberè operãtibus concurrit. Proinde modo Deus est causa necessaria, quia nunquam frustratur suo effectu, nec ab vlla re vnquam impeditur: posteriori verò modo, Deus non est ita causa necessaria vt semper sequatur effectus: quia sic se accommodat creaturis, vt pro illarum conditione modificetur concursus ipsius diuinæ potestatis.

De contingentia, an sit, quid, & vnde sit.

QVAESTIO IV.

QVia contingentia est modus specialis entis necessitati contrarius, ideo de illa consequẽter agendũ est.

1. *Quæsitum, An sit.* Quod igitur attinet ad primum quæsitũm, patet dari contingentiam, quia dantur effectus contingentes siue ex liberis agentibus pendeant, siue ex causis per accidens, casu videlicet vel fortuna. Patet etiam ex iis quæ docuimus ex Aristot. tum in Logica, vbi de futuris contingentibus, tum in Ethica vbi de libero arbitrio, tum in Physica, vbi de causis per accidens.

2. *Quæsitum, Quid sit.* Quod ad secundum quæsitum attinet: Contingentia est modus quo res mutabiliter se habet siue quoad esse, siue quoad fieri; quando scilicet res ita est vt possit non esse, vel ita non producitur vt possit non produci.

3. *Quæsitum, Vnde sit.* Quod spectat ad tertiũ quæsitum; sciendum est imprimis rerum contingentiam spectari posse vel ratione existentiæ, quatenus res potest definere vel ratione productionis, quatenus potest impediri ne producatur. Contingentiæ ergo priori modo spectatæ causa prima generalis est voluntas Dei, qui vult res quasdam semper esse, alias verò ad aliquod tempus duntaxat. Causa verò peculiaris duplex est, vna interna, scilicet materia, propter potentiam contradictionis; altera externa, nempe agens cõtrarium à quo res potest interimi. Sin autem contingentia spectetur ratione productionis, illius contingentiæ causa primaria solus est Deus, qui cùm voluerit quosdam effectus esse necessarios, quosdam verò contingentes: causas quoque alias voluit esse, quæ necessario, alias quæ cõtingenter suos effectus producerent. Cum autem effectuum contingentium quidam sint voluntarij, quidam verò naturales; volũtariorum causa est voluntas hominis quatenus

quatenus libera, naturalium verò duplex dicitur causa per accidens, nempe casus & fortuna, de quibus in Physicis.

DE EODEM ET DIVERSO.

Quanam sint præcipua identitatum & distinctionum genera.

QVAESTIO V.

Tria distinctionum genera.

QVoniam tot eadémque sunt identitatum genera, quot diuersitatum seu distinctionum, præsenti quæstioni satisfactum fuerit, si omnia distinctionum genera exposita fuerint. Sunt igitur in genere tria distinctionum genera, scilicet distinctio realis, à natura rei, & rationis: de quibus sigillatim dicendum est, si priùs notaueris distinctionem realem esse omnium maximam distinctionem, à natura rei minorem; deniq; distinctionem rationis esse minimam: & quidem in distinctione reali haberi rationem existentiæ, in distinctione à natura rei, haberi rationem essentiæ seu naturæ: denique in distinctione rationis haberi maximè rationem nostri conceptus formalis.

Quomodo se habeat distinctio realis.

QVAESTIO VI.

Quidnam requiratur vt vnum ab alio realiter distinguatur.

DIstinctio realis dicitur qua aliquid ab alio distinguitur, vt res vna ab alia re, aut vt pars integrans ab alia integrante. Vt autem vnum ab alio distinguatur tanquam res à re, non satis est vt vno sublato alterum possit remanere: sed necessarium est vt vel seorsim esse possint per diuersas existentias saltem virtute diuina; vel vt eorum vnum habeat rationem producẽtis, alterum verò rationem producti. Prius est necessarium in rebus creatis inter se comparatis quas tunc iudicamus reipsa, seu tanquam rem à re differre, cùm non repugnat eas esse seorsim. Posterius sufficit in diuinis, & rebus creatis respectu Dei; nam personæ diuinæ non possunt seorsim separatæ existere, cùm vna sit in altera per circumincessionem, vt loquuntur Theologi, & tamen realiter distinguuntur, quia vna respectu alterius est producens, altera verò pro-

ducta. Similiter repugnat creaturas à Deo seorsim separatas existere, cùm ab ipso tanquam à causa conseruante in suo esse dependeant, & tamen ab ipso realiter distinguuntur, quia verè ab ipso sunt productæ. Huius rei ratio est, quia nihil producit seipsum, ideoque necessarium est vt id quod producitur vera productione, sit res distincta à re producente. Cæterùm huius distinctionis realis qua vnum reipsa distinguitur ab alio, triplex est gradus. Primus inter ipsa suppositа, quæ primò per se realiter diuersa sunt, vt inter Petrum, Paulum, hunc & istum lapidem, quæ distinctio est maximè realis. Secundus inter ea quæ possunt esse in diuersis suppositis, vt inter pleraque accidentia. Tertius inter ea quæ habent diuersas omnino subsistentias partiales, vt sunt partes integrantes, vt manus, caput, &c. item componentes, vt materia & forma.

Distinctionis realis gradus triplex.

Quomodo se habeat distinctio à natura rei.

QVAESTIO VII.

Quid sit hæc distinctio.

DIstinctio à natura rei, est qua aliquid ab alio distinguitur præcisa intellectus operatione, siue illud distinguatur realiter, siue non. Distinctio hęc est triplex, nimirum formalis, & potentialis. Formalis autem distinguitur in formalem essentialem, & formalem puram. Formalis essentialis est, quâ distinguuntur diuersæ essentiæ entitatéue, siue simplices, siue compositę, & ea quæ habẽt diuersas eiusmodi essentias siue entitates: aut ita sunt inter se affecta, vt aliquid essentiæ entitatísue includatur in vno, quod non includitur in altero: Hoc pacto distinguũtur naturæ seu essentiæ hominis & equi, Petri & Pauli, itémque homo & equus, Petrus & Paulus, animal & homo, sensitiuum & rationale. Formalis pura est ea, qua plura distinguuntur suis rationibus formalibus obiectiuis, licèt essentia & entitate non differant, quia vnum nihil entitatis aut essentiæ includit, quod alterum non includat: quomodo non tantum diuinæ personæ inter se, sed etiam relationes ipsæ personales distinguuntur; non enim tantùm realiter, sed etiam à natura rei & quidem formaliter hoc sensu distinguuntur.

Quotuplex sit Formalis.

2. Modalis.

Modalis distinctio est, quo entia per modos qui non sunt formaliter entia, aut ipsi modi tum inter se tum ab entibus

entibus distinguuntur, quo pacto quantitas existens in subjecto distinguitur à seipsa extra subjectum existente. Quo etiam modo distinguitur natura subsistens in proprio supposito à seipsa subsistente in alieno, qualis etiam distinctio reperitur inter essentiam & existentiam, & inter ipsos varios existendi modos, vt inter modum quo accidens existit conjunctum cum subjecto, aut ab eodem separatum, & quo substantia existit in proprio supposito vel alieno.

Potentialis est ea, qua partes integrantes totius homogenei, vt partes aquæ dum in eo sunt distinguuntur, quatenus sunt potestate ab eadem separabiles, & à se inuicem: nec enim repugnat ejusmodi partes à se inuicem realiter distingui: quæcunque autem realiter distinguuntur, distinguuntur etiam ex natura rei, quamuis non è contra. 3. Potentialis.

Quomodo se habeat distinctio rationis.

Qvaestio VIII.

Distinctio rationis duplex.

Tertium genus distinctionis est distinctio rationis quæ fit per solum intellectum, eademque duplex est: Vna quæ nullum in rebus habet fundamentum cur res fiant multiplices, quæ nullo modo sunt multæ, vt si Socratem quatenus subjectum est in ista propositione, Socrates est Socrates, ab ipsomet distinguas quatenus est attributum in eadem propositione. Eodem modo etiam distinguuntur conceptus objectiui concreti ab abstractis substantiarum vniuersalium, vt si humanitatem distinguas ab homine: eodem genere distinctionis distinguuntur non entia inter se, itemque entia rationis inter se, dicique solet hæc distinctio rationis ratiocinantis. Altera est rationis ratiocinatæ, quæ fit ab intellectu pro varia occasione in rebus ipsis inuenta, quomodo in lumine distinguuntur vis calefactiua ab exsiccatiua: & Theologi distinguunt diuina attributa, tùm à diuina essentia, cùm à se inuicem.

DE ACTV ET POTENTIA.

Quid sit ens esse in actu vel in potentia.

QVAESTIO IX.

Notanda hactria.

QVemadmodum esse necessarium vel contingens, esse idem vel diuersum: ita esse in actu vel potentia, proprietas entis complexa est: eo quod entium quædam sunt in actu, quædam in potentia, verumque sit generatim asserere omne ens esse in actu vel in potentia.

Verùm, vt hanc proprietatem entis distinctiùs intelligas, aduerte ista tria distingui, nempe ens esse actu vel potentia, ens esse actum vel potentiam, & ens esse in actu vel in potentia. Dicitur enim ens esse actu, quod vere existit: esse verò potentia quod nondũ est, potest tamen aliquando esse. Ens verò esse actum nihil aliud est, quam esse perfectionem siue complementũ alterius. Esse potentiam nihil aliud est, quam esse aptum ad patiendum vel agẽdum. Denique ens esse in actu, est ipsum ens habere actum aliquem seu perfectionem: esse verò in potentia, est ipsum ens habere potentiã ad aliud: ita vt esse in actu dicat modum quendam entis, quatenus habet aliquem actum: esse vero in potentia dicat modum entis quatenus habet potentiam ad aliquid. Ex quo intelligere est quid sit discriminis inter actum & esse in actu, item inter potentiam & esse in potentia, quòd actus & potentia sint entia duntaxat incompleta secundùm vsitatam acceptionem, vel modi entium incompletorum: at vero esse in actu vel in potentia, sunt modi entis completi: quod est obiectum Metaphysicæ. Illud etiam notatu dignum est, actum & potentiam tripliciter spectari posse, nempe vel tanquam inferiora quædam, seu partes subiectiuas entis, quomodo formaliter sunt entia etiam completa: vel tanquam interna quædam entis principia, seu partes integrantes entis completi, quomodo ens omne creatum completum, dicitur constare actu & potentia quomodo dici etiam possunt entia, sed incompleta: vel denique tanquam proprietates entis complexas, quomodo impropriè actus & potentia sumuntur pro esse in actu & in potentiâ, quomodo non dicuntur entia, sed modi entis.

Esse actu vel potentia.

2. Esse actũ vel potentiam.

3. Esse in actu vel in potentia.

Actus & potentia tripliciter spectari possunt.

Actus dicit perfectionem, potentia vero imperfectionem.

Porrò sicut actus semper aliquid perfectionis significat, ita potentia quatenus actui opponitur, semper aliquid imper-

imperfectionis inuoluit. Quare in quouis composito siue physico siue metaphysico, pars nobilior actus dicitur; deterior verò potentia, vt in corpore physico, forma dicitur actus, materia verò appellatur potentia; & in cõposito metaphysicè spectato, differentia dicitur actus, genus verò potentia. Denique id omne quod aduenit, cõplet, & perficit, dicitur actus: quod verò suscipit, completur & perficitur, dicitur potentia. Si quæras vtrùm actus & potẽtia sint semper in eodem genere? Respondetur id esse necessarium in actu & potentia essentiali, vel cõponente, ex quibus fit vnum per se; non verò in aliis, vt patet in materia quę est de genere substantiæ & accidentibus ad quæ se extendit ipsius materiæ potentia. Sic potentia agendi & operatiò quæ est actus illi respondens, sunt in diuerso genere.

De potentia actiua & passiua.

Qvaestio X.

CVm docemus hîc proprietatem entis complexam esse vt sit in actu vel in potentia: per illud esse in potentia, intelligitur esse in potentia ad agendum vel patiendum, quæ dicitur potentia actiua vel passiua; de qua duo præsertim explicanda sunt. 1 *Difficultas. Quid sit.*

Primum est, quid sit. Respondetur, potentiam actiuam esse principium transmutandi seu traducendi aliquid à non esse ad esse siue secundum substantiam siue secundũ accidens: potentiam verò passiuam esse principium quo aliquid transmutari potest, idque secundum esse substantiale vel accidentarium: Ex. gr. malleus dicitur esse in potentia actiua vt tundat, lapis in potentia passiua vt tundatur. Item ignis in potentia actiua vt calefaciat, lignum verò in potentia passiua vt calefiat.

Alterum vtrum cuilibet potentiæ actiuæ respondeat passiua eiusdem generis ipsi adæquata, & econtra. Cui respondetur, cùm duplex sit potentia, altera diuina, altera naturalis & creata, distinguendum esse inprimis de potẽtia diuina, illa enim tripliciter spectari potest. Primò quidem prout conformatur potentiæ actiuæ naturalium agentium, quomodo nihil nisi naturale producit, & quidẽ illi potentiæ Dei ordinariæ respondet potentia passiua naturalis. Secundò spectari potest potentia diuina prout 2. *Difficultas, an cuilibet potentia actiua respõdeat passiua. Respondetur. Primò de potentia diuina.*

se extendit ad supernaturales quosdam effectus producendos in ipsis rebus naturalibus: sic enim Deus potest aquæ baptismali conferre vim productiuam gratiæ, & animæ rationali tum gratiæ tum gloriæ dotes infundere: cui diuinæ potentiæ respondet in rebus ipsis potentia passiua obedientalis. Tertiò spectari potest quatenus se vlterius adhuc extendit ad quosdam effectus producendos etiam extra omne subiectum naturale ex nihilo, cui diuinæ potentiæ respondet potentia passiua logica, seu non repugnantia, quam dicunt esse obiectiuam, seu rerum possibilitatem: neque enim Deus potest aliquid quocumque modo producere nisi ipsum sit possibile.

Respondetur secundo de potentia creata.

Quod attinet ad potentiam creatam seu naturalem. Respondetur primo cuilibet potentiæ actiuæ naturæ respondere passiuam ejusdem generis, hoc est, naturalem tam respectu accidentium, quàm formarum substantialium, quæ per potentiam actiuam produci possunt, quanuis sit discrimen aliquod inter potentiam quam habet materia ad formas materiales quæ ex illius potestate educuntur, & eam quam habet ad formas spirituales, videlicet ad animas rationales, vt dictum est in Physicis. Secundo respondetur non esse necesse vt cuilibet potentiæ passiuæ naturali respondeat passiua ejusdem ordinis, vt patet in materia prima quæ habet potentiam naturalem ad omnes formas etiam præteritas, vt aliàs docuimus, cùm tamen non detur potentia actiua naturalis quæ possit illas excitare, sed tantùm supernaturalis, nempe omnipotentia Dei.

De potentia neutra.

QVAESTIO XI.

POtentiam neutram appellant Philosophi passiuam quandam potentiam rerum naturalium in ordine ad ea quæ naturaliter ab ipsis neque appetuntur, neque refugiuntur. De qua quæstio est vtrùm sit eadem ac naturalis potentia passiua de qua præcedenti quæstione diximus, an verò diuersa sit; itaut neque sit naturalis, neque violenta, sed mediæ conditionis, nempe neutra.

Potentia passiua considerari potest dupliciter.

Quod vt intelligas, notandum est potentiam passiuam considerari posse dupliciter: primo quidem ratione solius principij receptiui respectu quorundam actuum, videlicet

delicet materiæ,quo modo potẽtia passiua respectu cuiuscunque formæ dicitur naturalis: nihil enim accidere potest rebus naturalibus quod sit materiæ secundùm se spectatę violentum cum ipsius naturalis appetitus feratur ad quaslibet formas naturales : Altero modo spectari potest potentia passiua ratione totius compositi naturalis , hoc est,non tãtùm ratione materiæ,sed etiam ratione formæ; quomodo potentia passiua respectu quorundam actuũ dicitur naturalis,respectu aliorum violenta,denique respectu aliorum neutra; hoc est, neque naturalis, neque violenta;exempli gratia,si spectes potentiam passiuam ignis ad motum sursum,deorsum, & circularem ratione soliùs materiæ præcisæ,sane erit naturalis;materia enim est capax cuiuscumque motus indiscriminatim ; si verò illam spectes ratione ignis, cum sit naturale igni sursum ferri, violentum ferri deorsum:denique circũferri neque naturale neque violentum: hinc fit vt potentia ignis ad motũ sursum sit naturalis,ad motum deorsum violenta, deniq; ad modum circularem neutra. Est autem hæc potentia neutra,realiter eadem cum potẽtia passiua naturali totius compositi , distinguitur tamen ab ipsa ex natura rei aut saltem ratione ratiocinata, idque propter diuersam habitudinem ad diuersos actus : respectu enim quorundam dicitur naturalis,respectu verò aliorum dicitur neutra.

Potentia Naturalis. Violenta. Neutra.

Vtrum admittenda sit potentia obiectiua.

Qvaestio XII.

Etsi non videatur negandum rebus in priori saltem naturæ instanti quam existant competere possibilitatem qua dicuntur posse produci seu poni actu extra suas causas , quæ possibilitas potest dici potentia obiectiua, negandum tamen est illam possibilitatem seu potentiam obiectiuam quæ concipitur , conuenire enti priusquam existat aut producatur,esse aliquid positiuum & reale:nihil enim aliud formaliter esse videtur obiectiua illa potentia quam non repugnantia, seu carentia repugnantiæ in re producenda vt sit,vel fiat ; Quanquam alij vocant potentiam logicam. Ex quo intelligis entia realia futura non dici positiuè possibilia , nisi fortè extrinseca denominatione à potentia aliqua actiua positiua à qua possunt

Potentia obiectiua non est aliquid reale.

Digitized by Google

produci, vel à potentia passiua subiecti præexistentis ex qua possunt educi.

Vtrùm detur potentia obedientialis.

QVAESTIO XIII.

Assertio tenenda.

COmmunis Theologorum sententia est, admittendam esse eiusmodi potentiam obedientialem, qua subiectum aliquod naturale dicatur posse recipere formas suapte natura supernaturales, vt sunt fides, gratia, &c. dici suapte natura supernaturales, quia etsi effectus aliquis supernaturaliter producatur, si tamen non fuerit natura sua supernaturalis, non alia quàm naturalis potentia requiretur ad eum recipiendum. Est autem discrimen inter potentiam passiuam naturalem, & obedientialem, quod naturalis præterquam quod sit capax recipiendi alicuius actus, ad eum naturaliter aspirat, seu naturalem habet ad eum inclinationem: obedientialis verò solam dicit capacitatem recipiendi actum supernaturalem, idque per comparationem ad diuinam potestatem absque vlla inclinatione aut appetitu naturali ad eundem actum. Præterea differt potentia logica seu non repugnantia, à potentia obedientiali, quòd hæc supponat semper aliquid reale in quo sit, videlicet subiectum quod possit supernaturalem actum recipere; illa autem nequaquam, cùm in pura negatione repugnantiæ posita sit. Si quæras vtrùm quemadmodum potentia passiua obedientialis, detur etiam obedientialis actiua? Respondeo probabile esse illam dari: possunt enim non tantùm in recipiendo, sed etiam in agendo supra suæ naturæ vim potestati diuinæ obsequi agentia naturalia, vt patet in aqua Baptismi, quæ per potentiam obedientialem actiuam concurrit etiam physicè, vt docent Theologi, ad productionem gratiæ, qui est effectus supernaturalis in eo qui sacrosancta illa baptismi aqua abluitur. Verùm hæc de proprietatibus entis dicta sufficiant.

Qui differat potentia obedientialis à passiua naturali.

Qui differat à potentia Logica.

Dubitatio. Solutio.

QVAR-

QVARTA PARS METAPHYSICÆ,

SEV

TRACTATVS DE PARtibus Entis.

PArtes entis hoc loco subiectiuas, hoc est, ipsius *Tres huius tractatus disputationes.* species intelligimus, in quas analogice diuiditur ens, vt sunt substantia & accidens; cumque substantia sit creata, eaque vel spiritualis, vel corporea, alia verò increata nempe Deus: idcirco de iis deinceps, prætermissâ substantiâ corporea, quæ ad Physicum non ad Metaphysicum pertinet, disseremus: atque adeò tractatum istum in tres disputationes diuidemus: quarum prima erit de substantia & accidente in genere: secunda de substantia creata spirituali seu de intelligentiis: tertia, de substantia increata, nempe Deo optimo maximo, vt in eum finem omnis nostra hæc Philosophica institutio referatur ac desinat, à quo veritatis ac sapientiæ lumen omne deriuatur.

PRIMA DISPVTATIO huius tractatus.

De substantia & accidente generatim.

Quî differat substantia ab accidente.

QVÆSTIO I.

PAuca supersunt de substantia & accidente generatim explicanda, præter ea quæ in tertio tractatu primæ partis Dialecticæ tradidimus. Quod vero spectat ad præsentem quæstionem, respondemus multiplex esse discrimen inter vtrumque: differunt enim ratione, dignitate, & ordine: Ratione quidem seu definitione & natura differunt, quòd substantia definiatur Ens per se: Accidens verò *Substantia & accidens differunt: Ratione.*

definiatur, Ens per aliud siue in alio: quòd illa nullo, hoc verò semper aliquo subiecto indigeat in quo existat, & quo sublato pereat necesse est. Subiectum autem accidẽtis substantia est, quare cùm accidens nonnisi per substantiam sit ens, idcirco dicitur entis ens, atque adeò ipsũ ens, nonnisi analogicè, hoc est, præcipuè de substantia, & minùs præcipuè de accidẽte prædicatur, vt suprà docuimus.

2. *Dignitate.* Deinde dignitate differunt, quòd substantia longè nobilior sit accidente, cùm ab ipsa accidẽs dependeat, nec nisi in ordine ad ipsam definiri possit. Adde quod substantia nobiliori modo existat quàm accidens, & accidẽs sit propter substantiam, non verò substantia propter accidẽs. Denique ordine differunt, quod substantia sit prior accidẽte temporis & naturæ ordine: tẽporis inquam, tum quia datur aliqua substantia, quæ tempore vel potius æternitate antecedit quodlibet accidens, nẽpe Deus Optimus Maximus: tum quia subiectum potest esse prius tempore eo accidente quod in ipso recipitur: at nullum accidens potest esse prius tempore suo subiecto: ordine verò naturæ, quia omne subiectum est natura prius iis quæ sunt in illo.

3 *Ordine.*

In quo forma accidentalis cum substantiali conueniat.

Porrò accidens non mediocrem habet conuenientiam cum forma substantiali: vt enim accidens nequaquam existit à subiecto separatum: ita nec forma seiungi potest à materia in qua semel recepta est: Et quemadmodũ accidens, ita & forma definiuntur in ordine ad suum subiectum: & sicut ex accidente & subiecto esse aliquod accidentarium, ita ex materia & forma esse substantiale cõstituitur. Differunt tamen in multis. Primo, quod subiectum formæ substantialis, nempe materia prima, naturaliter non possit esse sine illa, aut alia loco illius succedente: at subiectum potest omnino priuari sua forma accidentaria, etsi nulla suppleatur, vt cùm aër priuatur lumine, qui nempe non desinit esse ens completum absque illa. Secundò ex forma substantiali & materia fit vnum per se, quia se habent vt actus & potentia eiusdem generis: at ex forma accidentaria & subiecto non item. Tertiò, forma substantialis secundùm se, est essentialiter incompleta: at verò forma accidentaria est in sua ratione formali completa, ideoque collocari potest in directa serie suæ categoriæ, non item forma substantialis.

In quo differat.

In

In quo posita sit formalis ratio accidentis, & an possit Deus conseruare accidens seorsim à subiecto.

Qvaestio II.

CVm vnumquodque per id constituatur, per quod præcipuè ab alijs distinguitur : constet autem ex præcedenti quæstione accidens à substantia distingui, præsertim quod non existat per se, sed in alio, quod est inhærere : hinc fit vt meritò arbitremur formalem rationem accidentis in ejusmodi inhærentia positam esse. Verùm cùm aliud sit accidens actu inhærere, aliud verò posse inhærere, hinc duplex inhærentia distinguitur, vna actualis, cùm actu inhæret accidens : altera aptitudinalis, cùm accidens licèt actu non inhæreat, potest tamen inhærere. Dicimus autem rationem formalem seu essentiam accidentis non in actuali, sed in aptitudinali inhærentia positam esse. Sicque licèt accidens concipiatur separatum à subjecto, non desinit propterea esse essentialiter ac formaliter accidens, quia concipitur semper aptum vt inhæreat subjecto.

Inhærentia duplex.

Accidens separatum est semper accidens.

Sicque nihil repugnat Deum (qua est infinita potestate) separare accidens à subjecto, illudque separatum conseruare, quod fide credimus accidere in augustissimo Eucharistiæ sacramento. Si quid enim obstaret, illud esset maximè quod videretur euerti ratio accidentis : tunc enim verè non inhæret, sicque non videretur esse accidens. Respondetur enim etsi tunc non inhæreat, semper tamen esse accidens, quia semper manet aptum inhærere. Objicies fortè : Esse accidentis est inesse, at si separetur à subjecto non inerit, ergo verè non erit. Respondetur veram esse majorem vt plurimum, & iuxta ordinariam naturæ legem, si intelligantur de inhærentia actuali, non tamen semper : si tamen de inhærentia aptitudinali intelligatur, semper quidem vera erit illa propositio, hoc nimirum sensu, quod esse accidentis, est posse inesse : & tunc negandum est accidens separatum non inesse in eodem sensu, nempe non posse inesse.

Obiectio.

Solutio.

Digitized by Google

ducta. Similiter repugnat creaturas à Deo seorsim separatas existere, cùm ab ipso tanquam à causa conseruante in suo esse dependeant, & tamen ab ipso realiter distinguuntur, quia verè ab ipso sunt productæ. Huius rei ratio est, quia nihil producit seipsum, ideoque necessarium est vt id quod producitur vera productione, sit res distincta à re producente. Cæterùm huius distinctionis realis qua vnum reipsa distinguitur ab alio, triplex est gradus. Primus inter ipsa suppositа, quæ primò per se realiter diuersa sunt, vt inter Petrum, Paulum, hunc & istum lapidem, quæ distinctio est maximè realis. Secundus inter ea quæ possunt esse in diuersis suppositis, vt inter pleraque accidentia. Tertius inter ea quæ habent diuersas omnino subsistentias partiales, vt sunt partes integrantes, vt manus, caput, &c. item componentes, vt materia & forma.

Distinctionis realis gradus triplex.

Quomodo se habeat distinctio à natura rei.

QVAESTIO VII.

Quid sit hæc distinctio. Quotuplex sit. Formalis.

DIstinctio à natura rei, est qua aliquid ab alio distinguitur præcisa intellectus operatione, siue illud distinguatur realiter, siue non. Distinctio hęc est triplex, nimirum formalis, & potentialis. Formalis autem distinguitur in formalem essentialem, & formalem puram. Formalis essentialis est, quâ distinguuntur diuersæ essentiæ entitatéue, siue simplices, siue compositę, & ea quæ habẽt diuersas eiusmodi essentias siue entitates: aut ita sunt inter se affecta, vt aliquid essentiæ entitatísue includatur in vno, quod non includitur in altero: Hoc pacto distinguũtur naturæ seu essentiæ hominis & equi, Petri & Pauli, itémque homo & equus, Petrus & Paulus, animal & homo, sensitiuum & rationale. Formalis pura est ea, qua plura distinguuntur suis rationibus formalibus obiectiuis, licèt essentia & entitate non differant, quia vnum nihil entitatis aut essentiæ includit, quod alterum non includat: quomodo non tantum diuinæ personæ inter se, sed etiam relationes ipsæ personales distinguuntur; non enim tantùm realiter, sed etiam à natura rei & quidem formaliter hoc sensu distinguuntur.

2. Modalis.

Modalis distinctio est, quo entia per modos qui non sunt formaliter entia, aut ipsi modi tum inter se tum ab entibus

Digitized by Google

entibus distinguuntur, quo pacto quantitas existens in subjecto distinguitur à seipsa extra subjectum existente. Quo etiam modo distinguitur natura subsistens in proprio supposito à seipsa subsistente in alieno, qualis etiam distinctio reperitur inter essentiam & existentiam, & inter ipsos varios existendi modos, vt inter modum quo accidens existit conjunctum cum subjecto, aut ab eodem separatum, & quo substantia existit in proprio supposito vel alieno.

3. Potentialis. Potentialis est ea, qua partes integrantes totius homogenei, vt partes aquæ dum in eo sunt distinguuntur, quatenus sunt potestate ab eadem separabiles, & à se inuicem: nec enim repugnat ejusmodi partes à se inuicem realiter distingui: quæcunque autem realiter distinguuntur, distinguuntur etiam ex natura rei, quamuis non è contra.

Quomodo se habeat distinctio rationis.

Qvaestio VIII.

Distinctio rationis duplex.

Tertium genus distinctionis est distinctio rationis quæ fit per solum intellectum, eademque duplex est: Vna quæ nullum in rebus habet fundamentum cur res fiant multiplices, quæ nullo modo sunt multæ, vt si Socratem quatenus subjectum est in ista propositione, Socrates est Socrates, ab ipsomet distinguas quatenus est attributum in eadem propositione. Eodem modo etiam distinguuntur conceptus objectiui concreti ab abstractis substantiarum vniuersalium, vt si humanitatem distinguas ab homine: eodem genere distinctionis distinguuntur non entia inter se, itemque entiá rationis inter se, dicíque solet hæc distinctio rationis ratiocinantis. Altera est rationis ratiocinatæ, quæ fit ab intellectu pro varia occasione in rebus ipsis inuenta, quomodo in lumine distinguuntur vis calefactiua ab exsiccatiua: & Theologi distinguunt diuina attributa, tùm à diuina essentia, cùm à se inuicem.

DE ACTV ET POTENTIA.

Quid sit ens esse in actu vel in potentia.

QVAESTIO IX.

Notanda hactria.

QVemadmodum esse necessarium vel contingens, esse idem vel diuersum: ita esse in actu vel potentia, proprietas entis complexa est: eo quod entium quædam sunt in actu, quædam in potentia, verumque sit generatim asserere omne ens esse in actu vel in potentia.

Verùm, vt hanc proprietatem entis distinctiùs intelligas, aduerte ista tria distingui, nempe ens esse actu vel potentia, ens esse actum vel potentiam, & ens esse in actu vel in potentia. Dicitur enim ens esse actu, quod vere existit: esse verò potentia quod nondũ est, potest tamen aliquando esse. Ens verò esse actum nihil aliud est, quam esse perfectionem siue complementũ alterius. Esse potentiam nihil aliud est, quam esse aptum ad patiendum vel agẽdum. Denique ens esse in actu, est ipsum ens habere actum aliquem seu perfectionem: esse verò in potentia, est ipsum ens habere potentiã ad aliud: ita vt esse in actu dicat modum quendam entis, quatenus habet aliquem actum: esse vero in potentia dicat modum entis quatenus habet potentiam ad aliquid. Ex quo intelligere est quid sit discriminis inter actum & esse in actu, item inter potentiam & esse in potentia, quòd actus & potentia sint entia duntaxat incompleta secundùm vsitatam acceptionem, vel modi entium incompletorum: at vero esse in actu vel in potentia, sunt modi entis completi: quod est obiectum Metaphysicæ. Illud etiam notatu dignum est, actum & potentiam tripliciter spectari posse, nempe vel tanquam inferiora quædam, seu partes subiectiuas entis, quomodo formaliter sunt entia etiam completa: vel tanquam interna quædam entis principia, seu partes integrantes entis completi, quomodo ens omne creatum completum, dicitur constare actu & potentia quomodo dici etiam possunt entia, sed incompleta: vel denique tanquam proprietates entis complexas, quomodo impropriè actus & potentia sumuntur pro esse in actu & in potentiâ, quomodo non dicuntur entia, sed modi entis.

Esse actu vel potentia. *2. Esse actũ vel potentiam.* *3. Esse in actu vel in potentia.* *Actus & potentia tripliciter spectari possunt.* *Actus dicit perfectionem, potentia vero imperfectionem.*

Porrò sicut actus semper aliquid perfectionis significat, ita potentia quatenus actui opponitur, semper aliquid imper-

imperfectionis inuoluit. Quare in quouis compoſito ſiue phyſico ſiue metaphyſico, pars nobilior actus dicitur; deterior verò potentia, vt in corpore phyſico, forma dicitur actus, materia verò appellatur potentia; & in cõpoſito metaphyſicè ſpectato, differentia dicitur actus, genus verò potentia. Denique id omne quod aduenit, cõplet, & perficit, dicitur actus: quod verò ſuſcipit, completur & perficitur, dicitur potentia. Si quæras vtrùm actus & potẽtia ſint ſemper in eodem genere? Reſpondetur id eſſe neceſſarium in actu & potentia eſſentiali, vel cõponente, ex quibus fit vnum per ſe; non verò in aliis, vt patet in materia quę eſt de genere ſubſtantiæ & accidentibus ad quæ ſe extendit ipſius materiæ potentia. Sic potentia agendi & operatiò quæ eſt actus illi reſpondens, ſunt in diuerſo genere.

De potentia actiua & paſſiua.

Qvaestio X.

CVm docemus hîc proprietatem entis complexam eſſe vt ſit in actu vel in potentia: per illud eſſe in potentia, intelligitur eſſe in potentia ad agendum vel patiendum, quæ dicitur potentia actiua vel paſſiua; de qua duo præſertim explicanda ſunt. 1 *Difficultas. Quid ſit.*

Primum eſt, quid ſit. Reſpondetur, potentiam actiuam eſſe principium tranſmutandi ſeu traducendi aliquid à non eſſe ad eſſe ſiue ſecundum ſubſtantiam ſiue ſecundũ accidens: potentiam verò paſſiuam eſſe principium quo aliquid tranſmutari poteſt, idque ſecundum eſſe ſubſtantiale vel accidentarium: Ex.gr. malleus dicitur eſſe in potentia actiua vt tundat, lapis in potentia paſſiua vt tundatur. Item ignis in potentia actiua vt calefaciat, lignum verò in potentia paſſiua vt calefiat.

Alterum vtrum cuilibet potentiæ actiuæ reſpondeat paſſiua eiuſdem generis ipſi adæquata, & econtra. Cui reſpondetur, cùm duplex ſit potentia, altera diuina, altera naturalis & creata, diſtinguendum eſſe inprimis de potẽtia diuina, illa enim tripliciter ſpectari poteſt. Primò quidem prout conformatur potentiæ actiuæ naturalium agentium, quomodo nihil niſi naturale producit, & quidẽ illi potentiæ Dei ordinariæ reſpondet potentia paſſiua naturalis. Secundò ſpectari poteſt potentia diuina prout 2. *Difficultas, an cuilibet potentia actiua reſpõdeat paſſiua. Reſpondetur. Primò de potentia diuina.*

Digitized by Google

se extendit ad supernaturales quosdam effectus producendos in ipsis rebus naturalibus: sic enim Deus potest aquæ baptismali conferre vim productiuam gratiæ, & animæ rationali tum gratiæ tum gloriæ dotes infundere: cui diuinæ potentiæ respondet in rebus ipsis potentia passiua obedientalis. Tertiò spectari potest quatenus se vlterius adhuc extendit ad quosdam effectus producendos etiam extra omne subjectum naturale ex nihilo, cui diuinæ potentiæ respondet potentia passiua logica, seu non repugnantia, quam dicunt esse objectiuam, seu rerum possibilitatem: neque enim Deus potest aliquid quocumque modo producere nisi ipsum sit possibile.

Respondetur secundo de potentia creata.

Quod attinet ad potentiam creatam seu naturalem. Respondetur primo cuilibet potentiæ actiuæ naturæ respondere passiuam ejusdem generis, hoc est, naturalem tam respectu accidentium, quàm formarum substantialium, quæ per potentiam actiuam produci possunt, quanuis sit discrimen aliquod inter potentiam quam habet materia ad formas materiales quæ ex illius potestate educuntur, & eam quam habet ad formas spirituales, videlicet ad animas rationales, vt dictum est in Physicis. Secundo respondetur non esse necesse vt cuilibet potentiæ passiuæ naturali respondeat passiua ejusdem ordinis, vt patet in materia prima quæ habet potentiam naturalem ad omnes formas etiam præteritas, vt aliàs docuimus, cùm tamen non detur potentia actiua naturalis quæ possit illas excitare, sed tantùm supernaturalis, nempe omnipotentia Dei.

De potentia neutra.

QVÆSTIO XI.

POtentiam neutram appellant Philosophi passiuam quandam potentiam rerum naturalium in ordine ad ea quæ naturaliter ab ipsis neque appetuntur, neque refugiuntur. De qua quæstio est vtrùm sit eadem ac naturalis potentia passiua de qua præcedenti quæstione disseruimus, an verò diuersa sit; itaut neque sit naturalis, neque violenta, sed mediæ conditionis, nempe neutra.

Potentia passiua considerari potest dupliciter.

Quod vt intelligas, notandum est potentiam passiuam considerari posse dupliciter: primo quidem ratione solius principij receptiui respectu quorundam actuum, videlicet

Digitized by Google

delicet materiæ,quo modo potẽtia passiua respectu cuiuscunque formæ dicitur naturalis: nihil enim accidere potest rebus naturalibus quod sit materiæ secundùm se spectatę violentum cum ipsius naturalis appetitus feratur ad quaslibet formas naturales: Altero modo spectari potest potentia passiua ratione totius compositi naturalis, hoc est,non tãtùm ratione materiæ,sed etiam ratione formæ; quomodo potentia passiua respectu quorundam actuũ dicitur naturalis,respectu aliorum violenta,denique respectu aliorum neutra; hoc est, neque naturalis, neque violenta;exempli gratia,si spectes potentiam passiuam ignis ad motum sursum,deorsum, & circularem ratione soliùs materiæ præcisæ,sane erit naturalis;materia enim est capax cuiuscumque motus indiscriminatim; si verò illam spectes ratione ignis, cum sit naturale igni sursum ferri, violentum ferri deorsum:denique circũferri neque naturale neque violentum: hinc fit vt potentia ignis ad motũ sursum sit naturalis,ad motum deorsum violenta, deniq; ad modum circularem neutra. Est autem hæc potentia neutra,realiter eadem cum potẽtia passiua naturali totius compositi, distinguitur tamen ab ipsa ex natura rei aut saltem ratione ratiocinata, idque propter diuersam habitudinem ad diuersos actus: respectu enim quorundam dicitur naturalis,respectu verò aliorum dicitur neutra.

Potentia Naturalis. Violenta. Neutra.

Vtrum admittenda sit potentia obiectiua.

Qvaestio XII.

ETsi non videatur negandum rebus in priori saltem naturæ instanti quam existant competere possibilitatem qua dicuntur posse produci seu poni actu extra suas causas, quæ possibilitas potest dici potentia obiectiua, negandum tamen est illam possibilitatem seu potentiam obiectiuam quæ concipitur, conuenire enti priusquam existat aut producatur,esse aliquid positiuum & reale:nihil enim aliud formaliter esse videtur obiectiua illa potentia quam non repugnantia, seu carentia repugnantiæ in re producenda vt sit,vel fiat; Quanquam alij vocant potentiam logicam. Ex quo intelligis entia realia futura non dici positiuè possibilia, nisi fortè extrinseca denominatione à potentia aliqua actiua positiua à qua possunt

Potentia obiectiua non est aliquid reale.

Digitized by Google

produci, vel à potentia passiua subiecti præexistentis ex qua possunt educi.

Vtrùm detur potentia obedientialis.

QVAESTIO XIII.

Assertio tenenda.

COmmunis Theologorum sententia est, admittendam esse eiusmodi potentiam obedientialem, qua subiectum aliquod naturale dicatur posse recipere formas suapte natura supernaturales, vt sunt fides, gratia, &c. dici suapte natura supernaturales, quia etsi effectus aliquis supernaturaliter producatur, si tamen non fuerit natura sua supernaturalis, non alia quàm naturalis potentia requiretur ad eum recipiendum. Est autem discrimen inter potentiam passiuam naturalem, & obedientialem, quod naturalis præterquam quod sit capax recipiendi alicuius actus, ad eum naturaliter aspirat, seu naturalem habet ad eum inclinationem: obedientialis verò solam dicit capacitatem recipiendi actum supernaturalem, idque per comparationem ad diuinam potestatem absque vlla inclinatione aut appetitu naturali ad eundem actum. Præterea differt potentia logica seu non repugnantia, à potentia obedientiali, quòd hæc supponat semper aliquid reale in quo sit, videlicet subiectum quod possit supernaturalem actum recipere; illa autem nequaquam, cùm in pura negatione repugnantiæ posita sit. Si quæras vtrùm quemadmodum potentia passiua obedientialis, detur etiam obedientialis actiua? Respondeo probabile esse illam dari: possunt enim non tantùm in recipiendo, sed etiam in agendo supra suæ naturæ vim potestati diuinæ obsequi agentia naturalia, vt patet in aqua Baptismi, quæ per potentiam obedientialem actiuam concurrit etiam physicè, vt docent Theologi, ad productionem gratiæ, qui est effectus supernaturalis in eo qui sacrosancta illa baptismi aqua abluitur. Verùm hæc de proprietatibus entis dicta sufficiant.

Qui differat potentia obedientialis à passiua naturali.

Qui differat à potentia Logica.

Dubitatio. Solutio.

QVAR-

QVARTA PARS METAPHYSICÆ,

SEV

TRACTATVS DE PARtibus Entis.

DArtes entis hoc loco subiectiuas, hoc est, ipsius species intelligimus, in quas analogice diuiditur ens, vt sunt substantia & accidens; cumque substantia sit creata, eaque vel spiritualis, vel corporea, alia verò increata nempe Deus: idcirco de iis deinceps, prætermissâ substantiâ corporea, quæ ad Physicum non ad Metaphysicum pertinet, disseremus: atque adeò tractatum istum in tres disputationes diuidemus: quarum prima erit de substantia & accidente in genere: secunda de substantia creata spirituali seu de intelligentiis: tertia, de substantia increata, nempe Deo optimo maximo, vt in eum finem omnis nostra hæc Philosophica institutio referatur ac desinat, à quo veritatis ac sapientiæ lumen omne deriuatur.

Tres huius tractatus disputationes.

PRIMA DISPVTATIO huius tractatus.

De substantia & accidente generatim.

Quî differat substantia ab accidente.

QVÆSTIO I.

PAuca supersunt de substantia & accidente generatim explicanda, præter ea quæ in tertio tractatu primæ partis Dialecticæ tradidimus. Quod vero spectat ad præsentem quæstionem, respondemus multiplex esse discrimen inter vtrumque: differunt enim ratione, dignitate, & ordine: Ratione quidem seu definitione & natura differunt, quòd substantia definiatur Ens per se: Accidens verò

Substantia & accidens differunt Ratione.

definiatur, Ens per aliud ſiue in alio: quòd illa nullo, hoc verò ſemper aliquo ſubiecto indigeat in quo exiſtat, & quo ſublato pereat neceſſe eſt. Subiectum autem accidẽtis ſubſtantia eſt, quare cùm accidens nonniſi per ſubſtantiam ſit ens, idcirco dicitur entis ens, atque adeò ipſũ ens, nonniſi analogicè, hoc eſt, præcipuè de ſubſtantia, & minùs præcipuè de accidẽte prædicatur, vt ſuprà docuimus.

2. *Dignitate.* Deinde dignitate differunt, quòd ſubſtantia longè nobilior ſit accidente, cùm ab ipſa accidẽs dependeat, nec niſi in ordine ad ipſam definiri poſſit. Adde quod ſubſtantia nobiliori modo exiſtat quàm accidens, & accidẽs ſit propter ſubſtantiam, non verò ſubſtantia propter accidẽs.

3 *Ordine.* Denique ordine differunt, quod ſubſtantia ſit prior accidẽte temporis & naturæ ordine: tẽporis inquam, tum quia datur aliqua ſubſtantia, quæ tempore vel potius æternitate antecedit quodlibet accidens, nẽpe Deus Optimus Maximus: tum quia ſubiectum poteſt eſſe prius tempore eo accidente quod in ipſo recipitur: at nullum accidens poteſt eſſe prius tempore ſuo ſubiecto: ordine verò naturæ, quia omne ſubiectum eſt natura prius iis quæ ſunt in illo.

In quo forma accidentalis cum ſubſtantiali conuenit. Porrò accidens non mediocrem habet conuenientiam cum forma ſubſtantiali: vt enim accidens nequaquam exiſtit à ſubiecto ſeparatum: ita nec forma ſeiungi poteſt à materia in qua ſemel recepta eſt: Et quemadmodũ accidens, ita & forma definiuntur in ordine ad ſuum ſubiectum: & ſicut ex accidente & ſubiecto eſſe aliquod accidentarium, ita ex materia & forma eſſe ſubſtantiale cõſtituitur.

In quo differat. Differunt tamen in multis. Primo, quod ſubiectum formæ ſubſtantialis, nempe materia prima, naturaliter non poſſit eſſe ſine illa, aut alia loco illius ſuccedente: at ſubiectum poteſt omnino priuari ſua forma accidentaria, etſi nulla ſuppleatur, vt cùm aër priuatur lumine, qui nempe non deſinit eſſe ens completum abſque illa. Secundò ex forma ſubſtantiali & materia fit vnum per ſe, quia ſe habent vt actus & potentia eiuſdem generis: at ex forma accidentaria & ſubiecto non item. Tertiò, forma ſubſtantialis ſecundùm ſe, eſt eſſentialiter incompleta: at verò forma accidentaria eſt in ſua ratione formali completa, ideoque collocari poteſt in directa ſerie ſuæ categoriæ, non item forma ſubſtantialis.

In

In quo posita sit formalis ratio accidentis, & an possit Deus conseruare accidens seorsim à subiecto.

Qvaestio II.

CVm vnumquodque per id constituatur, per quod præcipuè ab alijs distinguitur : constet autem ex præcedenti quæstione accidens à substantia distingui, præsertim quod non existat per se, sed in alio, quod est inhærere : hinc fit vt meritò arbitremur formalem rationem accidentis in ejusmodi inhærentia positam esse. Verùm cùm aliud sit accidens actu inhærere, aliud verò posse inhærere, hinc duplex inhærentia distinguitur, vna actualis, cùm actu inhæret accidens : altera aptitudinalis, cùm accidens licèt actu non inhæreat, potest tamen inhærere. Dicimus autem rationem formalem seu essentiam accidentis non in actuali, sed in aptitudinali inhærentia positam esse. Sicque licèt accidens concipiatur separatum à subjecto, non desinit propterea esse essentialiter ac formaliter accidens, quia concipitur semper aptum vt inhæreat subiecto.

Inhærentia duplex.

Accidens separatum est semper accidens.

Sicque nihil repugnat Deum (qua est infinita potestate) separare accidens à subjecto, illudque separatum conseruare, quod fide credimus accidere in augustissimo Eucharistiæ sacramento. Si quid enim obstaret, illud esset maximè quod videretur euerti ratio accidentis : tunc enim verè non inhæret, sicque non videretur esse accidens. Respondetur enim etsi tunc non inhæreat, semper tamen esse accidens, quia semper manet aptum inhærere. Obijcies fortè : Esse accidentis est inesse, at si separetur à subjecto non inerit, ergo verè non erit. Respondetur veram esse majorem vt plurimum, & iuxta ordinariam naturæ legem, si intelligantur de inhærentia actuali, non tamen semper : si tamen de inhærentia aptitudinali intelligatur, semper quidem vera erit illa propositio, hoc nimirum sensu, quod esse accidentis, est posse inesse : & tunc negandum est accidens separatum non inesse in eodem sensu, nempe non posse inesse.

Obiectio.

Solutio.

Digitized by Google

Quomodo accidens conueniat nouem summis generibus.

QVAESTIO III.

Assertio tenenda.

Probatur.

CVm ex decem summis generibus nouem sint accidentia, vt constat ex ijs quæ docuimus in Logica; Quæritur, vtrum ratio accidentis in genere conueniat illis synonymè, an verò analogicè duntaxat. Respondetur, nonnisi analogicè conuenire: alioqui darentur duo duntaxat summa genera, primò inter se diuersa, quod repugnat doctrinæ Peripateticæ. Deinde nullus est conceptus obiectiuus accidentis ratione simpliciter præcisus à conceptibus inferiorum, adeò vt dum concipitur accidens vt accidens, nulla quidem natura specialis alicujus accidentis determinatè concipiatur: neque etiam præcisa aliqua entitas ab entitate nouem summorum generum, sed entitates illæ omnes in confuso & indeterminatè concipiuntur. Denique docuimus in Logica rationem entis, ac proinde accidentis in quantum est ens, magis propriè quibusdam accidentium generibus conuenire quam alijs.

Obiectio.

Si obijcias, rationem subsistendi seu per se existendi contrahere ens ad verum genus synonymum substantiæ, proindéque rationem inhærendi seu existendi in alio, illud idem ens contrahere ad verum & synonymum genus accidentis, cùm vtrinque par esse ratio videatur. Respondemus disparem esse rationem subsistentiæ & inhærentiæ, illa enim significat modum essendi vniformem eodem modo se habentem in omnibus completis substantijs, at verò inhærentia aptitudinalis significat aptitudinem modificandi substantiam ipsi inhærendo non præcisè eandem, sed absolutè & simpliciter multiplicem: ideoque accidens quod per illam constituitur, non est aliquid præcisè & simpliciter vnum. Quare concludendum est accidens respectu nouem summorum generum esse genus analogum duntaxat, non synonymum.

Solutio.

An

An idem numero accidens possit simul esse in pluribus subiectis, & an plura numero accidentia possint simul esse in eodem subiecto.

Qvaestio IV.

Dvæ hic difficultates inter se satis connexæ proponuntur. Quod igitur spectat ad priorē, respondetur naturaliter fieri non posse, vt idem numero accidens sit in distinctis numero subiectis: eo quod vnitas numerica accidentium naturaliter pendet ab vnitate numerica subiectorum, itaut vnicum numero accidens, vnicum numero subiectum necessario desideret. Diximus autem naturaliter, nam virtute diuina id fieri posse minimè repugnat: sicut nec repugnat eadem virtute vnum idémque numero in pluribus locis collocari. *De priori difficultate. Assertio tenenda.*

Quod verò spectat ad posteriorem difficultatem, nihil quidē videtur repugnare virtute diuina plura accidētia numero dūtaxat diuersa in eodem subiecto collocari; sicut nec diuinæ potestati repugnat plura corpora in eodē loco reponere. An verò id naturaliter possit contingere, & quomodo, sequentibus conclusionibus explicabitur. *De posteriori difficultate.*

Prima conclusio. Accidentia quæ per motū physicū veramq; mutationem producūtur, non possunt vt plurimùm esse plura numero eiusdem generis in eodem subiecto. Cū enim per vnicum numero accidens subiectum agēti physico sufficienter simile reddatur, non est quod agens, aliud numero diuersum in eodem subiecto producat. *1. Conclusio.*

Secunda conclusio. Ex qualitatibus quæ in vnam intēsiorem coalescunt, fieri non potest vt dentur plures numero diuersæ in eodem subiecto: nulla enim est alia ratio quare plures gradus caloris, verbi causa, vnicum numero intensiorem calorem constituant, quàm quia simul omnes in eodem numero subiecto recipiuntur: quo fit, vt si omnes illi gradus caloris in diuersis subiectis producantur, tunc sint omnes remissi & numero distincti. *2. Conclusio.*

Tertia conclusio. Constat ex iis quę docuimus in Logica, vbi de relationibus, posse accidentia relatiua plura numero esse in eodem subiecto: Exempli gratia, possunt esse plures paternitates in eodem patre ad plures filios. Nec *3. Conclusio.*

tantùm relatiua, verumetiam pleraque absoluta possunt esse plura numero in eodem subjecto, vt patet in speciebus intentionalibus duorum candidorum & sonis. Adde etiam continuitates & successiones quæ videtur esse ejusdem rationis in quocumq; motu; proindéq; cùm non repugnet subjectũ aliquod idem numero diuersis motibus simul affici: poterunt in eodem subjecto reperiri plures continuitates & successiones numero diuersæ. Cæterum cùm duarum lucernarum lumina concurrunt in aëre medio; non existimandum duo lumina remanere distincta, sed ex ijs vnum numero intensius lumen coalescere.

Nota.

SECVNDA DISPVTATIO *huius tractatus.*

De substantia creata spirituali, seu de Intelligentiis.

An dentur Intelligentiæ.

QVAESTIO I.

Quinam angelos negauerint.

INtelligentias, hoc est, spirituales substantias è medio sustulerunt inter Iudæos Saducæi, & inter paganos Athei: at verò non modò ratio, sed & fides Christiana docet dari Angelos seu naturas quasdam intelligentes sublimioris conditionis quàm sint reliquæ omnes corporeæ: & quamuis id ex ordinarijs naturæ effectibus demonstrari nequeat, cùm res corporeæ nullam habeant necessariam cum illis cognationem, nisi fortasse iuxta Aristotelicum dogma, dicas ex motu cœlestium orbium necessariò colligi intelligentias ipsorum motrices. Verùm aliàs docuimus non esse necessarias Aristotelis demonstrationes, quibus id quibusdam necessariò inferri videtur: Dari tamen Angelos ipse totius mundi ordo videtur conuincere, ad quem spectat vt non nisi adhibitis extremis media colligantur. Cùm igitur constet in hac rerum vniuersitate dari res quasdam partim corporeas, partim spirituales, nempe homines, consentaneum est, vt sicut ex vna parte dantur res plane corporeæ homine inferiores, sic ex

Quibusdam indubitanter dari Angelos conuincitur

Digitized by Google

sic ex alia parte dentur res planè spirituales ipso homine superiores, quæ dicuntur Intelligentiæ. Quòd si de extraordinariis naturæ affectibus sermo sit, ex iis licet necessariò concludere, dari quasdam naturas quæ imperium habeant in res hasce visibiles & materiales, saltem quod ad motum localem attinet, vt patet ex iis quæ contingunt in energumenis seu possessis à dæmone, item ex apparitionibus quibusdam, ex iis quoque quæ fiunt arte magica, & oraculis, & aliis id genus diuinationibus, quæ prouidentiam humanam longè excedunt.

Quid sint intelligentiæ.

QVÆSTIO II.

QVas Philosophi vocant Intelligentias à præstantissima ipsarum operatione, Theologi non quidem naturæ, sed officij nomine angelos, hoc est, nuncios siue missos appellant, eo quod à Deo tanquam suæ voluntatis internuntij ad homines mitti soleant. Et quamuis hoc angeli vocabulum absolutè sumptum in bonam partem accipiatur, nihilominus tamen cum additione improbis spiritibus seu dæmonibus tribuitur. Quod spectat ad vocabulum istud dæmonis, seu dæmonij, licèt Platonici nomen istud promiscuè vsurpent, ad spiritus quoslibet significandos, siue bonos, siue malos, in sacris tamen paginis sumitur ad significãdos malignos duntaxat spiritus, in quibus mira est rerum omnium scientia sine charitate. Vocabulum autem istud Græcum est, sicut & vocabulum Angeli, idémque significat ac sciens.

Intelligentiæ.

Angeli.

Dæmones seu dæmonij.

Constat autem apud omnes, angelos siue bonos siue malos esse subtiles admodum natura, promptos, agiles, multarum rerum etiam abditissimarum notitia præditos: an verò sint puri spiritus & omnis corporeæ molis prorsus expertes, olim etiam apud Christianos controuersum fuit. Verùm pristina illa veterum patrum in Ecclesia contensio iam diu exoleuit, adeo vt nunc temerarium esset asserere Angelos esse corporeos, cum Ecclesia Cath. contrarium summo consensu approbet, idque satis expressè sensisse videatur Concilium Lateranense tertium. Accedunt aperta sacræ Scripturæ testimonia, vt Luc. 8. Christus dæmonem qui quendam energumenum possidebat, interrogans quodnam illi nomen esset,

Angeli sunt omnes corporeæ molis expertes.

respondit, Legio, quia multi sumus. Legio autem apud veteres, sex hominum millia complectebatur: fieri autem non poterat vt in exiguo hominis corpore tanta multitudo substantiarum corporearum contineretur. Denique idem ratio suadet. Cum enim in rerum natura existant res adeò corporeæ vt nihil quicquam spirituale admixtum habeant, congruum erat ordini Vniuersi, vt essent aliquæ spirituales, quæ nihil plane corporeum admitterent. Consule S. Thom. 1. part. q. 50. art. 1. Ex his facile est colligere Angelos non componi ex materia & forma, vt docet S. Thom. loco citato, art. 2. materia enim per se corporea est: quare cum Angeli ex supradictis sint penitus incorporei, nihil quicquam materiæ admittunt. Non est tamen in illis neganda compositio ex essentia & existentia, cùm possint esse & non esse: Item ex genere & differentia, cùm habeant aliquid essentiale in quo conueniunt cum rebus corporeis, nempe quòd sint substantiæ creatæ, & aliquid etiam in quo ab eisdem dissentiunt, nempe quod sint spirituales. Quæres hic, num saltem adiuncta sibi naturaliter habeant quædam corpora sicut anima rationalis, quę licet sit omnino spiritualis, indiget tamen ad sui perfectionem vniri corpori. Respondetur non ita esse, ac disparem esse Angeli & animæ rationalis ex hac parte rationem. Anima enim rationalis cùm habeat esse intellectuale imperfectum, non habet sibi congenitam rerum notitiam, sed necesse est, vt illã è rebus sensibilibus, per sensus corporeos hauriat, ideóque corpori vniatur necesse est. At verò Angelus habet esse intellectuale perfectum: habétq; ab initio naturaliter sibi consignatas rerum omnium imagines, quas proinde à rebus sensilibus non emendicat.

Non componuntur ex materia & forma.

Non egent vlla corporum affinitate.

Vtrùm angeli assumant corpora.

QVAESTIO III.

Assertio tenenda.

COnstat quidem ex antedictis Angelos neq; esse corpora, neque habere corpora naturaliter sibi vnita. Quæritur iam vtrum interdum assumant corpora. Respondetur ita esse, quod ex apparitionibus Angelorum in sacris literis satis apertè colligitur. Cum enim Angeli ea eiusmodi apparitionibus communiter ab omnibus viderentur,

Digitized by Google

derentur, non est existimandum eos apparuisse in visione prophetiæ duntaxat, id est secundum imaginationē: illud enim quod imaginaria visione percipitur, est in sola imaginatione videntis. Sic Angeli apparētes Abrahæ, visi sūt non tātùm ab ipso, sed à tota familia eius, & à Loth. & ciuibus Sodomorum. Similiter Angelus qui apparuit Tobiæ, ab omnibus videbatur. Assumunt autem Angeli corpora vt plurimum ex aere, ipsum condensando & figurādo, & etiam nonnunquam adhibitis occultis agētibus alterādo, quod tam boni quam mali præstare possunt. Adde etiā, præsertim si de bonis sermo sit, posse Deum illis præstare corpora, non tantū secundum quantitatem, aut figurā, sed etiam secundum qualitates in instāti absque vllo agente naturalium immutata: imo & organicis seu heterogeneis partibus quasi mēbris instructa. Solent etiā angeli, præsertim mali, corpora recēs emortua assumere. Cēterū assumptio non fit per informationē aut aliam vnionē substantialem, sed coniunctionem motoris cum re motā.

Grauis difficultas.

Verùm grauis hic difficultas oritur, num possint angeli in eiusmodi corporibus assumptis opera vitæ exercere, verbi causa, vt loqui, comedere, nutriri, accrescere, gignere: cum illa nonnunquā videantur contigisse, vt constat multis experientiis quæ etiam in sacris literis habentur consignatæ. Respondemus tamē non posse opera vitæ propria ab Angelis in illis corporibus exerceri. Ratio in promptu est: Cuius enim est potentia, eius quoque est actio, vnde nihil potest habere opus vitæ quod non habeat vitam seu animam, quę est potentiale principium talis actionis; atqui assumpta illa corpora carent anima, nec viuunt: quare in illis non potest opus vitæ exerceri ab Angelis. Itaque angeli propriè non loquuntur, sed aliquid præstant locutioni persimile, quatenus in are sonos efformant humanis vocibus quam simillimos: neque etiam verè comedunt, quia corpus assumptum ab Angelo, non est talis naturæ, vt in ipsum possit alimentum conuerti, cum illud corpus careat calore natiuo, cæterisque partibus ad perageudam nutritionem requisitis. Ex quo sequitur vt corpora illa non possint vitaliter augeri, cum vitalis accretio semper cum nutritione coniuncta sit. Denique angelos non posse vere generare alibi dictum est, nempe in Physicis, vbi de generatione.

Assertio tenenda.

produci, vel à potentia passiua subiecti præexistentis ex qua possunt educi.

Vtrùm detur potentia obedientialis.

QVAESTIO XIII.

Assertio tenenda.

COmmunis Theologorum sententia est, admittendam esse eiusmodi potentiam obedientialem, qua subiectum aliquod naturale dicatur posse recipere formas suapte natura supernaturales, vt sunt fides, gratia, &c. dici suapte natura supernaturales, quia etsi effectus aliquis supernaturaliter producatur, si tamen non fuerit natura sua supernaturalis, non alia quàm naturalis potentia requiretur ad eum recipiendum. Est autem discrimen inter potentiam passiuam naturalem, & obedientialem, quod naturalis præterquam quod sit capax recipiendi alicuius actus, ad eum naturaliter aspirat, seu naturalem habet ad eum inclinationem: obedientialis verò solam dicit capacitatem recipiendi actum supernaturalem, idque per comparationem ad diuinam potestatem absque vlla inclinatione aut appetitu naturali ad eundem actum. Præterea differt potentia logica seu non repugnantia, à potentia obedientiali, quòd hæc supponat semper aliquid reale in quo sit, videlicet subiectum quod possit supernaturalem actum recipere; illa autem nequaquam, cùm in pura negatione repugnantiæ posita sit. Si quæras vtrùm quemadmodum potentia passiua obedientialis, detur etiam obedientialis actiua? Respondeo probabile esse illam dari: possunt enim non tantùm in recipiendo, sed etiam in agendo supra suæ naturæ vim potestati diuinæ obsequi agentia naturalia, vt patet in aqua Baptismi, quæ per potentiam obedientialem actiuam concurrit etiam physicè, vt docent Theologi, ad productionem gratiæ, qui est effectus supernaturalis in eo qui sacrosancta illa baptismi aqua abluitur. Verùm hæc de proprietatibus entis dicta sufficiant.

Qui differat potentia obedientialis à passiua naturali.

Qui differat à potentia Logica.

Dubitatio. Solutio.

QVAR-

QVARTA PARS METAPHYSICÆ,

SEV

TRACTATVS DE PARtibus Entis.

PArtes entis hoc loco subiectiuas, hoc est, ipsius speciei intelligimus, in quas analogice diuiditur ens, vt sunt substantia & accidens; cumque substantia sit creata, eaque vel spiritualis, vel corporea, alia verò increata nempe Deus: idcirco de iis deinceps, prætermissâ substantiâ corporea, quæ ad Physicum non ad Metaphysicum pertinet, differemus: atque adeò tractatum istum in tres disputationes diuidemus: quarum prima erit de substantia & accidente in genere: secunda de substantia creata spirituali seu de intelligentiis: tertia, de substantia increata, nempe Deo optimo maximo, vt in eum finem omnis nostra hæc Philosophica institutio referatur ac desinat, à quo veritatis ac sapientiæ lumen omne deriuatur.

Tres huius tractatus disputationes.

PRIMA DISPVTATIO huius tractatus.

De substantia & accidente generatim.

Quî differat substantia ab accidente.

QVÆSTIO I.

PAuca supersunt de substantia & accidente generatim explicanda, præter ea quæ in tertio tractatu primæ partis Dialecticæ tradidimus. Quod vero spectat ad præsentem quæstionem, respondemus multiplex esse discrimen inter vtrumque: differunt enim ratione, dignitate, & ordine: Ratione quidem seu definitione & natura differunt, quòd substantia definiatur Ens per se: Accidens verò

Substantia & accidens differunt Ratione.

Digitized by Google

definiatur, Ens per aliud siue in alio: quòd illa nullo, hoc verò semper aliquo subiecto indigeat in quo existat, & quo sublato pereat necesse est. Subiectum autem accidẽtis substantia est, quare cùm accidens nonnisi per substantiam sit ens, idcirco dicitur entis ens, atque adeò ipsũ ens, nonnisi analogicè, hoc est, præcipuè de substantia, & minùs præcipuè de accidẽte prædicatur, vt suprà docuimus.

2. *Dignitate.* Deinde dignitate differunt, quòd substantia longè nobilior sit accidente, cùm ab ipsa accidẽs dependeat, nec nisi in ordine ad ipsam definiri possit. Adde quod substantia nobiliori modo existat quàm accidens, & accidẽs sit propter substantiam, non verò substantia propter accidẽs. Denique ordine differunt, quod substantia sit prior accidẽte temporis & naturæ ordine: tẽporis inquam, tum quia datur aliqua substantia, quæ tempore vel potius æternitate antecedit quodlibet accidens, nẽpe Deus Optimus Maximus: tum quia subiectum potest esse prius tempore eo accidente quod in ipso recipitur: at nullum accidens potest esse prius tempore suo subiecto: ordine verò naturæ, quia omne subiectum est natura prius iis quæ sunt in illo.

3 *Ordine.*

In quo forma accidentalis cum substantiali conueniat.

Porrò accidens non mediocrem habet conuenientiam cum forma substantiali: vt enim accidens nequaquam existit à subiecto separatum: ita nec forma seiungi potest à materia in qua semel recepta est: Et quemadmodũ accidens, ita & forma definiuntur in ordine ad suum subiectum: & sicut ex accidente & subiecto esse aliquod accidentarium, ita ex materia & forma esse substantiale cõstituitur. Differunt tamen in multis. Primo, quod subiectum formæ substantialis, nempe materia prima, naturaliter non possit esse sine illa, aut alia loco illius succedente: at subiectum potest omnino priuari sua forma accidentaria, etsi nulla suppleatur, vt cùm aër priuatur lumine, qui nempe non desinit esse ens completum absque illa. Secundò ex forma substantiali & materia fit vnum per se, quia se habent vt actus & potentia eiusdem generis: at ex forma accidentaria & subiecto non item. Tertiò, forma substantialis secundùm se, est essentialiter incompleta: at verò forma accidentaria est in sua ratione formali completa, ideoque collocari potest in directa serie suæ categoriæ, non item forma substantialis.

In quo differat.

In

In quo posita sit formalis ratio accidentis, & an possit Deus conseruare accidens seorsim à subiecto.

Qvaestio II.

CVm vnumquodque per id constituatur, per quod præcipuè ab alijs distinguitur: constet autem ex præcedenti quæstione accidens à substantia distingui, præsertim quod non existat per se, sed in alio, quod est inhærere: hinc fit vt meritò arbitremur formalem rationem accidentis in ejusmodi inhærentia positam esse. Verùm cùm aliud sit accidens actu inhærere, aliud verò posse inhærere, hinc duplex inhærentia distinguitur, vna actualis, cùm actu inhæret accidens: altera aptitudinalis, cùm accidens licèt actu non inhæreat, potest tamen inhærere. Dicimus autem rationem formalem seu essentiam accidentis non in actuali, sed in aptitudinali inhærentia positam esse. Sicque licèt accidens concipiatur separatum à subjecto, non desinit propterea esse essentialiter ac formaliter accidens, quia concipitur semper aptum vt inhæreat subiecto.

Inhærentia duplex.

Accidens separatum est semper accidens.

Sicque nihil repugnat Deum (qua est infinita potestate) separare accidens à subjecto, illudque separatum conseruare, quod fide credimus accidere in augustissimo Eucharistiæ sacramento. Si quid enim obstaret, illud esset maximè quod videretur euerti ratio accidentis: tunc enim verè non inhæret, sicque non videretur esse accidens. Respondetur enim etsi tunc non inhæreat, semper tamen esse accidens, quia semper manet aptum inhærere. Obijcies fortè: Esse accidentis est inesse, at si separetur à subjecto non inerit, ergo verè non erit. Respondetur veram esse majorem vt plurimum, & iuxta ordinariam naturæ legem, si intelligantur de inhærentia actuali, non tamen semper: si tamen de inhærentia aptitudinali intelligatur, semper quidem vera erit illa propositio, hoc nimirum sensu, quod esse accidentis, est posse inesse: & tunc negandum est accidens separatum non inesse in eodem sensu, nempe non posse inesse.

Obiectio.

Solutio.

Digitized by Google

Quomodo accidens conueniat nouem ſummis generibus.

QVAESTIO III.

Aſſertio tenenda.

Probatur.

CVm ex decem ſummis generibus nouem ſint accidentia, vt conſtat ex ijs quæ docuimus in Logica; Quæritur, vtrum ratio accidentis in genere conueniat illis ſynonymè, an verò analogicè duntaxat. Reſpondetur, nonniſi analogicè conuenire: alioqui darentur duo duntaxat ſumma genera, primò inter ſe diuerſa, quod repugnat doctrinæ Peripateticæ. Deinde nullus eſt conceptus obiectiuus accidentis ratione ſimpliciter præciſus à conceptibus inferiorum, adeò vt dum concipitur accidens vt accidens, nulla quidem natura ſpecialis alicujus accidentis determinatè concipiatur: neque etiam præciſa aliqua entitas ab entitate nouem ſummorum generum, ſed entitates illæ omnes in confuſo & indeterminatè concipiuntur. Denique docuimus in Logica rationem entis, ac proinde accidentis in quantum eſt ens, magis propriè quibuſdam accidentium generibus conuenire quam alijs.

Obiectio.

Si obijcias, rationem ſubſiſtendi ſeu per ſe exiſtendi contrahere ens ad verum genus ſynonymum ſubſtantiæ, proindéque rationem inhærendi ſeu exiſtendi in alio, illud idem ens contrahere ad verum & ſynonymum genus accidentis, cùm vtrinque par eſſe ratio videatur.

Solutio.

Reſpondemus diſparem eſſe rationem ſubſiſtentiæ & inhærentiæ, illa enim ſignificat modum eſſendi vniformem eodem modo ſe habentem in omnibus completis ſubſtantijs, at verò inhærentia aptitudinalis ſignificat aptitudinem modificandi ſubſtantiam ipſi inhærendo non præcisè eandem, ſed abſolutè & ſimpliciter multiplicem: ideoque accidens quod per illam conſtituitur, non eſt aliquid præcisè & ſimpliciter vnum. Quare

concludendum eſt accidens reſpectu nouem ſummorum generum eſſe genus analogum duntaxat, non ſynonymum.

An

An idem numero accidens possit simul esse in pluribus subiectis, & an plura numero accidentia possint simul esse in eodem subiecto.

QVAESTIO IV.

DVæ hic difficultates inter se satis connexæ proponuntur. Quod igitur spectat ad priorē, respondetur naturaliter fieri non posse, vt idem numero accidens sit in distinctis numero subiectis: eo quod vnitas numerica accidentium naturaliter pendet ab vnitate numerica subiectorum, itaut vnicum numero accidens, vnicum numero subiectum necessario desideret. Diximus autem naturaliter, nam virtute diuina id fieri posse minimè repugnat: sicut nec repugnat eadem virtute vnum idémque numero in pluribus locis collocari. *De priori difficultate Assertio tenenda.*

Quod verò spectat ad posteriorem difficultatem, nihil quidē videtur repugnare virtute diuina plura accidentia numero dūtaxat diuersa in eodem subiecto collocari; sicut nec diuinæ potestati repugnat plura corpora in eodē loco reponere. An verò id naturaliter possit contingere, & quomodo, sequentibus conclusionibus explicabitur. *De posteriori difficultate.*

Prima conclusio. Accidentia quæ per motū physicū veramq; mutationem producūtur, non possunt vt plurimùm esse plura numero eiusdem generis in eodem subiecto. Cū enim per vnicum numero accidens subiectum agēti physico sufficienter simile reddatur, non est quod agens, aliud numero diuersum in eodem subiecto producat. *1. Conclusio.*

Secunda conclusio. Ex qualitatibus quæ in vnam intēsiorem coalescunt, fieri non potest vt dentur plures numero diuersæ in eodem subiecto: nulla enim est alia ratio quare plures gradus caloris, verbi causa, vnicum numero intensiorem calorem constituant, quàm quia simul omnes in eodem numero subiecto recipiuntur: quo fit, vt si omnes illi gradus caloris in diuersis subiectis producantur, tunc sint omnes remissi & numero distincti. *2. Conclusio.*

Tertia conclusio. Constat ex iis quę docuimus in Logica, vbi de relationibus, posse accidentia relatiua plura numero esse in eodem subiecto: Exempli gratia, possunt esse plures paternitates in eodem patre ad plures filios. Nec *3. Conclusio.*

Digitized by Google

tantùm relatiua, verumetiam pleraque abſoluta poſſunt eſſe plura numero in eodem ſubjecto, vt patet in ſpeciebus intentionalibus duorum candidorum & ſonis. Adde etiam continuitates & ſucceſſiones quæ videtur eſſe ejuſdem rationis in quocumq; motu; proindéq; cùm non repugnet ſubjectũ aliquod idem numero diuerſis motibus ſimul affici: poterunt in eodem ſubjecto reperiri plures continuitates & ſucceſſiones numero diuerſæ. Cæterum cùm duarum lucernarum lumina concurrunt in aëre medio; non exiſtimandum duo lumina remanere diſtincta, ſed ex ijs vnum numero intenſius lumen coaleſcere.

Nota.

SECVNDA DISPVTATIO huius tractatus.

De ſubſtantia creata ſpirituali, ſeu de Intelligentiis.

An dentur Intelligentiæ.

QVAESTIO I.

Quinam angelos negauerint.

INtelligentias, hoc eſt, ſpirituales ſubſtantias è medio ſuſtulerunt inter Iudæos Saducæi, & inter paganos Athei: at verò non modò ratio, ſed & fides Chriſtiana docet dari Angelos ſeu naturas quaſdam intelligentes ſublimioris cõditionis quàm ſint reliquæ omnes corporeæ: & quamuis id ex ordinarijs naturæ effectibus demonſtrari nequeat, cùm res corporeæ nullam habeant neceſſariam cum illis cognationem, niſi fortaſſe iuxta Ariſtotelicum dogma, dicas ex motu cœleſtium orbium neceſſariò colligi intelligentias ipſorum motrices. Verùm aliàs docuimus non eſſe neceſſarias Ariſtotelis demonſtrationes, quibus id quibuſdam neceſſariò inferri videtur: Dari tamen Angelos ipſe totius mundi ordo videtur conuincere, ad quem ſpectat vt non niſi adhibitis extremis media colligantur. Cùm igitur conſtet in hac rerum vniuerſitate dari res quaſdam partim corporeas, partim ſpirituales, nempe homines, conſentaneum eſt, vt ſicut ex vna parte dantur res plane corporeæ homine inferiores, ſic ex

Quibuſdam indubitati dari Angelos conuincitur

sic ex alia parte dentur res planè spirituales ipso homine superiores, quæ dicuntur Intelligentiæ. Quòd si de extraordinariis naturæ affectibus sermo sit, ex iis licet necessariò concludere, dari quasdam naturas quæ imperium habeant in res hasce visibiles & materiales, saltem quod ad motum localem attinet, vt patet ex iis quæ contingunt in energumenis seu possessis à dæmone, item ex apparitionibus quibusdam, ex iis quoque quæ fiunt arte magica, & oraculis, & aliis id genus diuinationibus, quæ prouidentiam humanam longè excedunt.

Quid sint intelligentiæ.

QVÆSTIO II.

QVas Philosophi vocant Intelligentias à præstantissima ipsarum operatione, Theologi non quidem naturæ, sed officij nomine angelos, hoc est, nuncios siue missos appellant, eo quod à Deo tanquam suæ voluntatis internuntij ad homines mitti soleant. Et quamuis hoc angeli vocabulum absolutè sumptum in bonam partem accipiatur, nihilominus tamen cum additione improbis spiritibus seu dæmonibus tribuitur. Quod spectat ad vocabulum istud dæmonis, seu dæmonij, licèt Platonici nomen istud promiscuè vsurpent, ad spiritus quosuis significandos, siue bonos, siue malos, in sacris tamen paginis sumitur ad significãdos malignos duntaxat spiritus, in quibus mira est rerum omnium scientia sine charitate. Vocabulum autem istud Græcum est, sicut & vocabulum Angeli, idémque significat ac sciens.

Intelligentiæ.

Angeli.

Dæmonis seu dæmonij.

Constat autem apud omnes, angelos siue bonos siue malos esse subtiles admodum natura, promptos, agiles, multarum rerum etiam abditissimarum notitia præditos: an verò sint puri spiritus & omnis corporeæ molis prorsus expertes, olim etiam apud Christianos controuersum fuit. Verùm pristina illa veterum patrum in Ecclesia contensio iam diu exoleuit, adeo vt nunc temerarium esset asserere Angelos esse corporeos, cum Ecclesia Cath. contrarium summo consensu approbet, idque satis expressè sensisse videatur Concilium Lateranense tertium. Accedunt aperta sacræ Scripturæ testimonia, vt Luc. 8. Christus dæmonem qui quendam energumenum possidebat, interrogans quodnam illi nomen esset,

Angeli sunt omni corpore molis exortes.

Digitized by Google

respondit, Legio, quia multi sumus. Legio autem apud veteres, sex hominum millia complectebatur: fieri autem non poterat vt in exiguo hominis corpore tanta multitudo substantiarum corporearum contineretur. Denique idem ratio suadet. Cum enim in rerum natura existant res adeò corporeæ vt nihil quicquam spirituale admixtum habeant, congruum erat ordini Vniuersi, vt essent aliquæ spirituales, quæ nihil plane corporeum admitterent. Consule S. Thom. 1. part. q. 50. art. 1. Ex his facile est colligere Angelos non componi ex materia & forma, vt docet S. Thom. loco citato, art. 2. materia enim per se corporea est: quare cum Angeli ex supradictis sint penitus incorporei, nihil quicquam materiæ admittunt. Non est tamen in illis neganda compositio ex essentia & existentia, cùm possint esse & non esse: Item ex genere & differentia, cùm habeant aliquid essentiale in quo conueniunt cum rebus corporeis, nempe quòd sint substantiæ creatæ, & aliquid etiam in quo ab eisdem dissentiunt, nempe quod sint spirituales. Quæres hic, num saltem adiuncta sibi naturaliter habeant quædam corpora sicut anima rationalis, quę licet sit omnino spiritualis, indiget tamen ad sui perfectionem vniri corpori. Respondetur non ita esse, ac disparem esse Angeli & animæ rationalis ex hac parte rationem. Anima enim rationalis cùm habeat esse intellectuale imperfectum, non habet sibi congenitam rerum notitiam, sed necesse est, vt illā è rebus sensibilibus, per sensus corporeos hauriat, ideóque corpori vniatur necesse est. At verò Angelus habet esse intellectuale perfectum: habétq; ab initio naturaliter sibi consignatas rerum omnium imagines, quas proinde à rebus sensilibibus non emendicat.

Non componuntur ex materia & forma.

Non egent vlla corporum affinitate.

Vtrùm angeli assumant corpora.

QVAESTIO III.

Assertio tenenda.

CONstat quidem ex antedictis Angelos neq; esse corpora, neque habere corpora naturaliter sibi vnita. Quæritur iam vtrum interdum assumant corpora. Respondetur ita esse, quod ex apparitionibus Angelorum in sacris literis satis apertè colligitur. Cum enim Angeli in eiusmodi apparitionibus communiter ab omnibus viderentur,

Digitized by Google

derentur, non est existimandum eos apparuisse in visione prophetiæ duntaxat, id est secundum imaginationē: illud enim quod imaginaria visione percipitur, est in sola imaginatione videntis. Sic Angeli apparētes Abrahæ, visi sūt non tātùm ab ipso, sed à tota familia eius, & à Loth, & ciuibus Sodomorum. Similiter Angelus qui apparuit Tobiæ, ab omnibus videbatur. Assumunt autem Angeli corpora vt plurimum ex aere, ipsum condensando & figurādo, & etiam nonnunquam adhibitis occultis agētibus alterādo, quod tam boni quam mali præstare possunt. Adde etiā, præsertim si de bonis sermo sit, posse Deum illis præstare corpora, non tantū secundum quantitatem, aut figurā, sed etiam secundum qualitates in instāti absque vllo agente naturalium immutata: imo & organicis seu heterogeneis partibus quasi mēbris instructa. Solent etiā angeli, præsertim mali, corpora recēs emortua assumere. Cęterū assumptio non fit per informationē aut aliam vnionē substantialem, sed coniunctionem motoris cum re mota.

Grauis difficultas.

Verùm grauis hic difficultas oritur, num possint angeli in eiusmodi corporibus assumptis opera vitæ exercere, verbi causa, vt loqui, comedere, nutriri, accrescere, gignere: cum illa nonnunquā videantur contigisse, vt constat multis experientiis quæ etiam in sacris literis habentur consignatæ. Respondemus tamē non posse opera vitæ propria ab Angelis in illis corporibus exerceri. Ratio in promptu est: Cuius enim est potentia, eius quoque est actio, vnde nihil potest habere opus vitæ quod non habeat vitam seu animam, quę est potentiale principium talis actionis; atqui assumpta illa corpora carent anima, nec viuunt: quare in illis non potest opus vitæ exerceri ab Angelis. Itaque angeli propriè non loquuntur, sed aliquid præstant locutioni persimile, quatenus in are sonos efformant humanis vocibus quam simillimos: neque etiam verè comedunt, quia corpus assumptum ab Angelo, non est talis naturæ, vt in ipsum possit alimentum conuerti, cum illud corpus careat calore natiuo, cæteriśque partibus ad peragendam nutritionem requisitis. Ex quo sequitur vt corpora illa non possint vitaliter augeri, cum vitalis accretio semper cum nutritione coniuncta sit. Denique angelos non posse vere generare alibi dictum est, nempe in Physicis, vbi de generatione.

Assertio tenenda.

Quo numero sint Angeli.

QVAESTIO IV.

DVbitatum olim fuit exiguóne an magno numero essent Angeli. Nonnulli ex vetustioribus Peripateticis intelligentiarum numerum penes numerum orbium cælestium definierunt: vnde nonnulli decem tantum intelligentias admiserunt esse, quod totidem essent orbes cælorum totales: alij quadraginta septem, vel quadraginta nouem ad summum, eo quod totidem essent cœlorum orbes partiales. Non enim alio fine isti intelligentias admittebant quàm vt cælos indefesso labore circumuoluerent. Verùm ingentem esse Angelorum numerum sacræ paginæ satis apertè testantur: vt Daniel 7. *Millia millium ministrabant ei, & decies centena millia assistebant ei*, vbi ponitur numerus certus pro incerto. Deinde cum constet ex iisdem sacris literis vnicuique hominum Angelum custodem deputari, totque homines iam extiterint, extent, & futuri sint, & præter istos multi alij sint qui ad hominum custodiam minimè deputantur; hinc coniici potest quanta sit Angelorum multitudo. Quare meritò S. Tho. 1.p.q.50.artic.3. concludit quod substantiæ immateriales excedant secundum multitudinem substantias materiales quasi incomparabiliter, iuxta illud D. Dionys. c.9. Cœlest. Hierar. Multi sunt beati exercitus supernarum mentium infirmam & constrictam excedentes nostrorum materialium numerorum commensurationem. Innumeram quoque esse malorum Angelorum seu dæmonum multitudinem Platonici agnouerunt, qui alios aëreos, alios igneos, alios terrestres esse arbitrabantur, licèt non omnes illos malos esse voluerint. Sacræ verò literæ id satis apertè testantur, vt cum in Apocalypsi dicitur, Draco secum traxisse tertiam partem stellarum. Quibus verbis significatur magnam Angelorum multitudinem simul cum Lucifero principe corruisse. Ex eodem loco illud etiam colligitur, non tot Angelos peccauisse quot permanserunt, vt docet S. Tho. 1. part. quæ. 63. art. 9. sicque plures esse bonos quàm malignos spiritus, qui fortasse non nisi tertiam bonorum partem adæquant.

Angelorum ingens numerus.

Dæmonum ingens multitudo.

Obiectio. Obijcies forsan. Quo magis aliquid est propinquum vni, tanto minus est multiplicatum, vt in numeris apparet: natura

natura autem Angelica ſummæ vnitati nempe Deo, longe vicinior eſt quàm alia quæuis natura : quare videtur, quod ſit multitudine omnium minima. Verùm reſpondetur ſatis in eo elucere intelligentiarum vnitatem & ſimplicitatem, quod in ſui compoſitione paucioribus indigeant quàm res materiales & corporeæ : præſertim cum illa Angelorum multitudo diuinæ majeſtatis dignitatem commendet, ſiquidem regia majeſtas ſubditorum multitudine honoratur. *Solutio.*

Quodnam ſit diſcrimen inter Angelos.

QVAESTIO V.

MVltiplex à Philoſophis ac Theologis diſcrimen inter Angelos aſſignatur. Primùm enim ordine differunt : tres enim dicuntur eſſe illorum Hierarchiæ, in quarum vnaquaque tres ſunt ordines. In prima quidem primum ordinem tenent Seraphim, ſecundum Cherubim, tertium Throni. In ſecunda hierarchia primum ordinem tenent Dominationes, ſecundum Virtutes, tertium Poteſtates. Denique in tertia, primum tenent ordinem Principatus, ſecundum Archangeli, tertium Angeli. Eſt autem Hierarchia, ſi nomen ſpectes, idem ac ſacer principatus. Duo autem in quouis principatu conſidera itur, nempe Princeps, & multitudo ordinata ſub principe. Si igitur ſacrum illum cœleſtis militiæ principatum ſpectes ex parte imperantis ſeu principis, non niſi vnus dicetur : Si autem eundem conſideres ex parte multitudinis gubernatæ, multiplex videbitur : & quidem triplex penes triplicem modum quo gubernantur à Principe; qui enim ſunt ſupremæ hierarchiæ, modo quodam eminentiori gubernantur, eo quod diuinas illuminationes multo nobilius participant : qui verò ſecundæ ſunt, media quadam ratione, denique qui ſunt infimæ, adhuc minus perfecta ratione gubernantur, vt ſcite & ſubtiliter differit S. Thom. 1. p. 108. art. 1. Iam verò cum vna hierarchia dicat vnum principatum, id eſt, vnam multitudinem ordinatam vno modo ſub principis gubernatione ; non eſſet autem multitudo ordinata, ſi in multitudine diuerſi ordines non eſſent : Hinc fit vt ipſa Hierarchiæ ratio ordinum diuerſitatem requirat : Quæ quidem diuerſitas ordinum ſecundum diuerſa officia & actus conſideratur,

1. *diſcrimen inter Angelos ratione ordinis.*

Hierarchia quid.

Angelorum hierarchiæ tres.

Vnius cuiuſque hierarchia ordo triplex.

& ad tria reuocari poteſt, ſecundùm quod quælibet multitudo perfecta habet principium, medium, & finem: hinc fit vt in vnaquaque hierarchia tres ſint ordines, non plures nec pauciores. Plura vide apud D. Thomam quæſtione citata.

2. diſcrimen ratione morum.

Secundò, differunt Angeli moribus, quòd alij ſint boni, alij mali, quorum omnia integra quidem eſt natura ſed illorum voluntas recta & bono iugiter adhærens, iſtorum verò peruerſa ac labefactata, ac malo immobiliter addicta, ita vt ſicuti illi nequeunt offendere, ſic nec iſti reſpicere.

3. diſcrimen ratione officij.

Tertiò differunt officio: quòd bonorum angelorum alij ſingulis hominibus præſint, alij vrbibus, alij Rebuſpublicis, prouincijs, imperijs, &c.

4. ratione naturæ & ſpeciei.

Quartò differunt natura & ſpecie. Probabilior enim eſt D. Thom. & omnium ferme Scholaſticorum ſententia, angelos vnius Hierarchiæ eſſe diſparis naturæ ab angelis alterius hierarchiæ: Et rurſus in vnaquaque hierarchia angelos primi ordinis eſſe diuerſæ ſpeciei ab angelis alterius ordinis. An vero omnes angeli eiuſdem ordinis ſint ejuſdem ſpeciei, an verò ſinguli inter ſe non tantùm numero, ſed etiam ſpecie differant, controuertitur inter Theologos. Negat S. Thom. fieri poſſe vt plures Angeli ſint ejuſdem ſpeciei infimæ, itaut numero tantùm differant inter ſe: eo quòd arbitretur nullum eſſe in Angelis indiuiduationis ſeu diſtinctionis numericæ principium; cùm illud velit eſſe materiam ſignatam, quæ in Angelis nulla eſt. Verum ruinoſo nititur fundamento, ſuperiùs enim docuimus intrinſecum eſſe vnicuique rei actu exiſtenti indiuiduationis principium. Itaque probabile arbitramur, omnes angelos vnius ejuſdemque ordinis eſſe ejuſdem ſpeciei, & numero duntaxat differre, licèt non ſit negandum accidentaria quædam diſcrimina inter illos reperiri. Cæterùm notàdum eſt eos qui ſunt diuerſarum hierarchiarum magis eſſentialiter differre, quàm eos qui ſunt diuerſorum tantum ordinum in eadem hierarchia. Verùm hæc de Angelis ſatis quod ad noſtrum inſtitutum attinet, nam hæc & reliqua de Angelis ſubtiliùs diſcutere ad Theologum pertinet.

Dubitatio.

Aſſertio tenenda.

TERTIA

TERTIA DISPVTATIO
huius tractatus.

De substantia increata, nempe Deo.

Quonam pacto Deus à bonis cognosci possit.

Qvaestio I.

Etsi præcipua difficultas sit, vtrùm possimus in hac vita solo lumine naturali de Deo cognoscere, non tantum quod sit, sed etiam quid sit: siue an possimus formare conceptum quidditatiuum de Deo: quia tamen aliæ quoque difficultates huic annexæ sunt, idcirco illas omnes figiliatim dissoluemus, adhibitis sequẽtibus assertionibus. 1. *Assertio.*

Prima assertio. Non tantùm quod sit Deus, sed etiam quid ipse sit possumus imperfectè etiam in hac vita lumine naturali cognoscere. Probatur: quia vi naturalis discursus possumus colligere Deum esse ens infinitum, substantiam increatam, actum purissimum, causam absolutè primam, summè bonum, altissimum, incomprehensibilem, &c. quæ omnia essentialiter Deo competunt, & quidem peculiariter, cùm nulli alteri enti possint competere. Itaque cùm animo complector ens infinitum vel increatum, aut aliquid simile, effingo mihi conceptum de Deo peculiarem, quo quid ipse sit imperfectè cognosco: sicque constat nos posse in hac vita formare conceptus de Deo peculiares & proprios.

Secunda assertio. Nemo perfectam vndequaque Dei notitiam naturæ viribus assequi potest in hac vita, iuxta illud Ioannis 1. *Deum nemo vidit vnquam: Verum, vnigenitus Dei filius qui est in sinu Patris ipse enarrauit.* Et scribit Apostolus, nos etiam fidei lumine illustratos ex parte duntaxat Deum cognoscere, & veluti per speculum ac in ænigmate. 2. *Assertio.*

Tertia assertio. Non possumus in hac vita formare, cõceptus de Deo quidditatiuos propriè loquendo. Is autem conceptus dicitur proprie quidditatiuus, quo concipitur aliquid perfectè secundum quod in se est formaliter seu essentialiter. Vt igitur veritas huius assertionis magis eluceſcat, notandum est conceptus quos de Deo 3. *Assertio. Conceptum de Deo triplicem genera. Nullum conceptum Dei quidditatiuum formari posse in hac vita.*

habere possumus, aut esse purè negatiuos, vt immortalis, simplicis, infiniti, independẽtis, aut purè relatiuo, vt creatoris, gubernatoris, Domini: aut purè positiuos & absolutos, vt summi entis, puri actus, sapientis, iusti, &c. iam verò constat conceptus Dei negatiuos non esse quidditatiuos, cùm per illos non tam quid sit Deus quàm quid non sit intelligatur: vt Deum non esse mortalem, non esse cõpositum, circumscriptum, aut dependentem, &c. Manifestum etiam est conceptus relatiuos non esse quidditatiuos: Si enim per illos conceptus concipiuntur relationes quibus Deus refertur ad creaturas, vt sunt relationes creatoris, domini, &c. cùm illæ sint relationes rationis, per illas verissima Dei natura quidditatiue concipi nequit. Si verò intelliguntur relationes quibus diuinę personæ ad se inuicem referuntur, etsi sint reales, non sunt tamen omnibus personis communes: proindéque earum conceptus non est conceptus quidditatiuus naturæ diuinæ. Denique quod etiam nullus conceptus quantumuis positiuus & absolutus de Deo formari possit qui sit propriè quidditatiuus. Probatur, quia, si talis daretur, maximè is esset quo conciperemus omnia prædicata seu attributa positiua & absoluta, quæ formaliter & propriè Deo conueniunt: At naturæ viribus non possumus omnia eiusmodi attributa simul animo perfectè complecti; non enim possunt in hac vita aliter concipi quàm quatenus relucent in creaturis, & ab illis participantur: quare vt perfectè conciperentur, opus esset concipere omnes modos, quibus participari possunt à creaturis, qui sunt infiniti: at virtus intelligendi finita non potest distinctè seu perfectè infinitum concipere: Adde quod vnumquodque illorum attributorum, prout est in Deo, est infinitæ perfectionis simpliciter, seu potius omnia diuina prædicata sunt vna perfectio simpliciter infinita. Finita autem virtus nostri intellectus nõ potest vlla ratione infinitum comprehendere: Ex quo sequitur ne quidem beatos hoc sensu quidditatiuam Dei notitiam habere, id est comprehẽsiuam. Solus enim Deus, qua est infinita virtute, intelligendi essentiali notitia seipsum comprehendit, & quidditariuè concipit.

Cognoscendi Deum via triplex.

Porro triplex est via cognoscendi Deum naturaliter ex D. Dionysio: Prima causalitatis, cùm ab ipsis rebus effectis ad primam causam omnium effectricẽ progredimur.

Secun-

Secunda eminentiæ, cùm quicquid perfectionis est in rebus creatis, Deo qui eminenter omnia continet, attribuimus. Tertia remotionis, cùm quicquid imperfectionis est in creaturis à Deo remouemus.

Vtrum Deum esse demonstrari possit, & quomodo.

QVAESTIO II.

LIcet hæc propositio, Deus est, à parte rei & secundùm se, sit notissima seu per se nota, quia prædicatum idem est cum subiecto. Deus enim est suum esse: quia tamen non scimus de Deo quid est: non est nobis seu quoad nos per se nota: sed indiget demonstrari per ea quæ sunt magis nota quoad nos, id est, per effectus.

Sit igitur prima assertio. Deum esse, à priori demonstrari non potest: quia esse diuinum est ipsamet essentia Dei, & fundamentum omnium attributorum diuinorum, cuius nulla causa aut ratio à priori nostro etiam intelligendi modo afferri potest. *1. Assertio.*

Secunda assertio. Deum esse à posteriori demonstrari posse, ita certum est apud Theologos, vt ipsum negare non solùm temerarium, sed etiam parum tutum in fide sit. Etsi enim per effectus non possimus perfectè cognoscere Deum secundam suam ipsius essentiam, vt præcedenti quæstione probatum est, possumus tamen manifestè cognoscere Deum esse. *2. Assertio.*

Sunt autem quinque potissimum rationes (vt alias minus præcipuas prætermittamus,) quibus Deum esse à posteriori demonstrari posse docet S. Tho. 1. p. q. 2. art. 3. Prima ducitur ex motu. Cum enim quicquid mouetur, ab alio moueatur, quod & ipsum moueri necesse sit, idque ab alio, nec fas sit in infinitum progredi, quia, sic non esset primum mouens, necesse est deuenire ad aliquod primum mouens, quod cætera moueat, immotum: quod Deus est. *Rationes quibus Deum esse demonstratur. 1.*

Secunda sumitur ex ratione causæ efficientis. Ordo quidam est causarum efficientium, itaut primum sit causa medij, & medium vltimi: quo fit vt sublato primo non sit medium nec vltimum: quod cùm sit absurdum, necesse est in genere causarum efficientium dari primum, quod est Deus optimus maximus. *2.*

Tertia ex possibili & necessario. Cum enim ea quæ sunt possibilia non sint necessa- *3.*

riò, & tamẽ esse possint, debet admitti ens aliquod necessarium, per quod ea quæ sunt possibilia, cùm non essent, cœperint esse: quod quidem ens necessarium, sit causa suæ
4. necessitatis, ne detur processus in infinitum. Quarta ex gradibus perfectionum. Cùm enim detur in rebus creatis magis & minùs bonum, verum, nobile, debet esse aliquid optimum, verissimum, nobilissimum, quòd sit mensura bonitatis, veritatis, & nobilitatis cæterorum omnium, ac proinde quod sit summè ac infinitè ens, ideoque cæterorum omnium entium causa, quod est Deus Optimus Maximus. Quinta ex gubernatione rerum. Cum enim res omnes naturales etiã omnis cognitionis expertes propter
5. finem operentur, nec se ad illum dirigere valeant, & tamẽ ab illo minimè aberrent, necesse est vt sit aliquod supremum intelligens, quod illas omnes ad suũ finem dirigat.

Cæterùm, quia prima ratio nititur axiomate, iuxta Aristotelis dogma quidem indubitato, sed tamen absolutè dubio, & fortasse minus probabili; posset loco istius primę rationis quæ affertur à D. Thom. ista supponi: nempe nihil habet esse à se, sed ab alio: quare ne detur progressus in infinitum, dandum aliquid est quod à nullo alio, sed à seipso habeat esse, ac proinde sit natura sua increatum & æternum, quod est Deus.

An in Deo existentia sit ipsa essentia.

QVAESTIO III.

Assertio secunda probatur.

COnstat quidem in rebus creatis existentiam à natura rei & modaliter distingui ab essentia: An verò res ita se habeat in Deo quæritur. Respondemus, non ita se habere. Si enim esse distingueretũr ab essentia, vel illud esse ab ipsa essentia tanquam causa flueret, vel aliunde, scilicet ab extrinseca causa. At neutrum dici potest: non prius, quia repugnat essentiam esse causam suæ ipsius existentiæ: sic enim esset antequam esset: esset quidem ex hypothesi quod existentiam causaret, nec tamen adhuc esset, cum nondum existentiam haberet; non etiam posterius, quia daretur aliquod agens prius Deo, quod ipsi tribueret esse, quod nefas est asserere, cùm Deus, vt sic, sit primum mouens & prima causa.

Vnde

Deinde si esse distingueretur ab essentia in Deo, essentia esset in potentia ad ipsum esse: at in Deo non est aliquid in potentia: quare in Deo nulla est compositio essentię & existentiæ, quia existentia Dei est ipsius essentia, quod satis expresse Deus ipse significat his verbis Exod. 3. *sum qui sum*, inquit; his enim verbis quisnam ipse esset per suam ipsius existentiam indicabat.

Vtrum essentia diuina sit expers omnis compositionis.

QVAESTIO IV.

PHilosophi quidam Nominales dicti, non absurdum duxerunt aliquam in essentia diuina compositionem admittere, ex genere nempe & differentia. Quod tamen aliis paulò obscurius visum est. Neque enim facilè quis inducat animum purissimam ac sincerissimam diuinæ naturæ conditionem, vllam compositionem admittere. Nec verò ipsa diuinæ naturæ infinitas id vllo modo pati potest. Si enim Deus genere differentiáque constaret, cum genus sit extra præcisum conceptum differentiarum, & è contra differentiæ extra præcisam rationem generis: quod in diuina essentia locum generis teneret, non esset infinitæ perfectionis, cùm differentiam (quæ perfectio quædam esset) non contineret, idemque de differentia respectu generis dici posset. Iam verò si genus & differentia, ex quibus constat essentia, sunt aliquid finitum, cum ex finitis non possit fieri infinitum, sequeretur ipsam essentiam diuinam fore finitam. Denique si Deus sub genere substantiæ tanquam species contineretur, vt volunt illi qui veram in Deo generis & differentiæ compositionem admittunt, cum sub eodem genere aliæ species præter Deum contineantur, daretur aliquid commune & synonymum Deo rebúsque creatis; sicque daretur conceptus aliquis æqualis plane perfectionis in creaturis, atque in Deo, quod longè abest ab eiusdem naturæ diuinæ dignitate.

Deum esse compositum repugnat primo ipsius puritati.

2. infinitati.

Digitized by Google

Quomodo se habeat essentia diuina ad subsistentiam.

QVAESTIO V.

Subsistentia tripliciter accipitur.

SVbsistentia tripliciter accipitur: primo quidem latissime prout significat non esse in alio tanquam in subiecto more accidentis, quomodo substātiis etiam incompletis competit: Secundò minus latè, prout significat non esse in alio tanquam partem in toto, vel formam aut quasi formam in Subiecto, quomodo competit solis substantiis completis & particularibus siue suppositatis siue non. Tertiò strictè & maximè propriè prout significat esse incommutabiliter eo modo quo explicauimus suprà, vbi de subsistentia: & in hoc sensu subsistentia idem est ac suppositalitas seu hypostasis in abstracto. His positis sit prima assertio. *1. Assertio.* Subsistentia primo & secundo modo sumpta in Deo est essentialis & absoluta, tertiò verò modo est personalis & relatiua. Illa est vna communis tribus personis sicut & essentia, hæc verò triplex vnicuique personarum propria: quomodo alia dicitur subsistentia seu suppositalitas Patris, alia Filij, alia Spiritus Sancti. Quare verum est asserere in diuinis vnicam esse substantiam, nempe absolutam, & tamen tres esse hypostases seu subsistentias relatiuas realiter inter se distinctas.

2. Assertio. Secunda assertio. Essentia diuina non distinguitur realiter, immò nec propriè formaliter à subsistentia quocunque modo sumpta, sed tantùm virtualiter, vt loquuntur, seu ratione ratiocinata, quæ fundamentum aliquod habet in re ipsa: Quamuis in eo genere distinctionis essentia diuina plus differre videatur à subsistentia personali quàm ab essentiali, quia subsistentia essentialis sicut & ipsa essentia est absoluta, personalis verò relatiua: At id quod absolutum est magis differt à relatiuo quàm ab alio absoluto. Et in hoc incomprehensibile est altissimū Trinitatis mysterium, quod cùm tres diuinæ personæ seu hypostases ac subsistentiæ sint inter se realiter distinctæ, sunt tamen omnimodo idem cum ipsa vnica & simplicissima essentia diuina. Verum ista Theologis accuratius pertractanda relinquimus.

Quomo-

Digitized by Google

Quomodo Deus vbique existat.

QVAESTIO VI.

DEum vbique existere probatur, quia omne agens quod immediate in aliquo operatur, est illi immediatum secundùm locum & præsens passo ex 7. Metaph. cap. 2. Sed *Deus omnia in omnibus operatur*, vt ait Apostolus, & quidem immediate: Quare necesse est vt in omnibus rebus existat. Quod autem Deus omnia immediatè operetur in nobis, ac proinde nequaquam distet à nobis, *spatijs imaginarijs*, haud obscure significat Apostolus Act. 17. *Non longe est, inquit, ab vnoquoq; nostrum, in ipso enim viuimus, mouemur & sumus.* Quoniã igitur nihil sine Deo potest esse aut conseruari, dicere cogimur Deum vbiq; & semper esse. Et quãuis Deus sola voluntate res vt sint efficiat, non tamen potest velle rem aliquam alicubi esse vbi non sit. Est autem Deus ita vbiq;, vt non tantum omnes hujus vniuersi partes permeet, sed etiam immensa illa spatia quæ sunt supra cœlos (qua est naturæ infinitate) penetret: non tamen existimes Deum ibi esse tanquam in loco positiuo repletiuè, sed tantùm per immensitatem essentiæ. Cæterùm dicitur Deum vbique esse per præsentiam, potentiam & essentiam, quia nempe Deus omnia videt, in omnibus operari potest, & omnia sua immensitate permeat & penetrat. Præterea vero dicitur Deum esse in sanctis suis peculiariter per gratiam, quia charitas & gratia inter effectus pro huius vitæ statu concessos, sunt nobilissimi.

Deum vbique esse probatur.

Deus est in omnibus.

An admittenda sint in Deo potentiæ seu facultates.

QVAESTIO VII.

CErtum est non esse admittendas in Deo potentias seu facultates ab ipsius essentia realiter aut formaliter diuersas, alioqui admittenda esset in Deo compositio ex substantia & accidente: sunt enim potentiæ de genere qualitatum; at verò docent Theologi Deum expertem esse omnis compositionis, ita vt natura diuina non tantùm sit expers omnis compositionis, sed etiam ipsa in nullius rei compositionem venire possit. Et certè si daten-

Assertio tenenda.

Probatur.

Digitized by Google

tur potentiæ diuersæ ab essentia diuina, sequeretur diuinam essentiam non includere in sui ratione omnem perfectionem quæ in Deo formaliter reperitur, quod est absurdum : Deinde sequeretur essentiam diuinam non per seipsam sufficienter operari posse, aut superfluas fore eiusmodi potentias, quod diuinæ perfectioni repugnat.

Facultas intelligendi, & volendi quomodo Deo tribuatur.

Non est tamen negandum intellectum & voluntatem, seu vim intelligendi & volendi Deo tribui posse, cùm Deus perfectissimo modo intelligat & velit, ita tamen, vt per vtramque vim seu potentiam nihil diuersum ab ipsa diuina essentia intelligatur : quæ propter suæ perfectionis eminentiam ea omnia per se sola præstare possit, quæ à rationali creatura per suas distinctas facultates præstari solent. Cùm autem Deus omnia solo intellectu ac voluntate ordinet & exequatur, non est quod in Deo vim executiuam ab ipsius intellectu & voluntate diuersam admittamus.

Quænam operationum genera Deo tribuantur.

QVAESTIO VIII.

Diuinarum operationum genera duo.

DVo operationum genera vniuersum Deo tribuuntur à Theologis. Aliæ enim dicuntur operationes ad intra siue immanentes, aliæ verò ad extra siue transeuntes. Illæ sunt in ipso Deo æternæ, istæ verò extra Deum temporariæ. Illæ sunt operationes intellectus aut voluntatis diuinæ vt sic : istæ verò sunt operationes intellectus & voluntatis Dei quatenus habent rationem executiuæ potentiæ. Vnde illæ sunt formaliter intellectiones aut volitiones ; hæ verò quarumuis rerum extra Deum productiones : Exempli gratia, intellectio & dilectio qua Deus seipsum & creaturas nouit ac diligit, item interna diuinæ mentis locutio qua Pater Verbum generat : similiterque spiratio qua Pater & Filius Spiritum Sanctum producunt, dicuntur operationes ad intra & immanentes. At verò creatio quæ facta est initio temporis, redemptio quæ in plenitudine temporũ contingit, item sanctificatio, seu iustificatio, quæ est gratiæ productio quæ fiunt in tempore, sunt operationes ad extra seu transeuntes. Est autem aliquid notandum circa vtrumque genus operationum diuinarum.

Operationes ad intra.

Operationes ad extra.

Quod

Quod spectat ad operationes immanentes, sciendum est earum alias esse essentiales: alias verò personales. Essentiales dicuntur quæ sunt propriæ ipsius essentiæ Diuinæ, quæque sunt cõmunes tribus personis, vt est scientia qua Deus seipsum & omnes creaturas nouit. Item amor quo se ipsum & omnia extra se diligit: ejusmodi sunt præscientia, prouidentia, prædestinatio, reprobatio, &c. Personales verò sunt propriæ personarum, nempe vnius aut duarum, non verò tribus simul communes, vt est productio verbi diuini quæ est propria Patris, item productio Spiritus sancti quæ est propria Patris & Filij tantum: & istæ quidem operationes immanentes per quas aliquid in Deo producitur, dicuntur maximè propriè operationes ad intra. Cæterum tam essentiales quàm personales sunt idem realiter & formaliter cum ipsa essentia diuina, à qua nec potentiæ, nec actus à natura distinguuntur.

Operationes in Deo immanentes prima essentiales.

2. Personales.

Quod spectat ad operationes transeuntes, notandum ejusmodi operationes cùm incipiuntur aut desinunt fieri, nullam in Deo mutationem arguere, sed tantum in rebus effectis quibuscum eædem sunt realiter. Exempli gratia, creatio per quam omnia ex nihilo processerunt in tempore aut potius initio temporis, nullam arguit in Deo mutationem: quasi verò Deus tunc cœperit aliquid velle quod antea noluisset, imò quod Deus ab æterno volebat, cœpit eo tempore fieri quo volebat. Cæterùm cum operationes ejusmodi non sint formaliter in Deo, sed in rebus productis extra Deum, non nisi per extrinsecam denominationem Deo tribuuntur.

Operationes transeuntes nullam in Deo mutationem arguunt.

Quanam sint præcipua Dei attributa.

QVAESTIO IX.

PRoprietates in Deo non distinguuntur proprijs naturis vt in alijs rebus creatis, vt scribit D. Dionysius c. 5. de Diui. nom. sed eleuantur ad immensitatem & indeterminatam naturam esse diuini: vnde sicut attributa illa diuina in vna re simplicissima conueniunt, adeo vt vnum quodque ex illis aliud quoduis in sua ratione à parte rei complectatur. Itaque sicut lumen vnica est simplex qualitas, nullam admittens distinctionem naturæ in genere qualitatis, eminenter tamen continet alias qualitates

Attributa diuina non distinguuntur inter se à parte rei.

Digitized by Google

elementares, vt calorem & siccitatem: ita natura diuina vnicus est simplicissimus & purissimus actus, qui virtute & eminentissimo quodam modo infinitas perfectiones quæ dicuntur ipsius attributa continet. Ex quo intelligere est vnam illam simplicissimam naturam esse per se fundamentum distinctionis omnium illorum attributorum quæ de ipsa dicuntur : quia sola potest verè terminare varios conceptus quos de varijs illius perfectionibus efformamus; quæ in Deo ipso non sunt res diuisæ.

Attributa diuina sunt in duplici differentia.

Sunt autem attributa diuina in duplici differentia: quædam enim gradus veluti essentiales naturæ diuinæ significant, vt ens, substantia, spiritus, &c. alia verò significant veluti proprietates ex ipsa natura profluentes, & hęc attributa vel negatiua sunt, vel positiua : negatiua includunt negationem aliquam perfectionis, vt infinitas, immensitas, &c. Positiua autem sunt adhuc in duplici differentia; alia enim sunt comparatiua, alia absoluta. Comparatiua Deo competunt per respectum ad aliud, vt quod Deus sit creator omnium conseruator, moderator ac Dominus : itemque omnium rerum finis vltimus : similitérque quod rebus omnibus adsit per potentiam, præsentiam, & essentiam. Absoluta verò dicuntur quæ Deo secundùm se spectato conueniunt. Sunt autem ea in quadruplici differentia : alia enim significant modum naturæ diuinæ, alia potentiam, alia actum, alia habitum, non quod in natura diuina reperiantur veri modi, potentiæ, actus aut habitus, sed quia sunt in natura diuina perfectiones quæ aliquam habent cum istis rebus analogiam: aliæ enim sunt veluti modi, aliæ instar potentiarum seu facultatum, aliæ instar actuum seu operationum, aliæ instar habituum. Primi generis sunt vnitas, veritas, bonitas, æternitas. Secundi generis sunt intellectus & voluntas. Tertij generis sunt vniuersa rerum omnium actualis notitia, itémque bonorum omnium amor perpetuò ardens. Quarti generis sunt sapientia, intelligentia, clementia, &c. quæ omnia sunt vna, summa, altissima & glorioßissima diuinitas, cui laus, honor & gloria in secula sæculorum. Amen.

Absolutorum attributorum in Deo genera. 4.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EM.

INDEX

INDEX ALPHABETICUS rerum quæ in hac quarta Summæ Philosophicæ parte de rebus abstractis & spiritualibus continentur.

Vbi numerus paginam indicat.

A.

ACCIDENS à substantia quomodo differat. 63

Accidens quomodo cum forma substantiali conueniat,& ab ipsa differat. 62

Accidens respectu nouem summorum generum est genus analogum. 66

Accidens idem numero,naturaliter non potest esse in pluribus subiectis,potest tamen esse virtute diuina *ibid.*

Accidentia quædam entitatiuè sunt diuisibilia, non verò propriè essentialiter. 24

Accidentia cur dicantur entis entia. 16

Accidentia suam sibi vendicant existentiam. 26

Accidentia virtute diuina à subiecto separata, quemnam modum existendi sortiantur. 41

Accidentia non corrupto eorum esse,possunt virtute diuina à subiecto separari,& separata conseruari. 65

quænam Accidentia plura numero possint esse simul in eodem subiecto. 67

Accidentis essentia non est inhærentia. 32

Accidentis essentia est, esse formam totius compositi actu existentis. 32
Accidentis ratio formalis posita est in aptitudinali inhærentia. 64
Actus triplex acceptio. 58
Actus quid communiter significet. 59
Actus & potentia non sunt semper in eodem genere. 58
Angeli cur sic dicti, itemque cur intelligentiæ vocentur. 68
Angeli sunt incorporei, nec sunt compositi ex materia & forma, aut sibi adiuncta habent naturaliter corpora 69
Angeli assumunt corpora, in quibus tamen opera vitæ propria non possunt exercere. 70
Angeli quomodo inter se distinguantur specie. 73
Angelorum ingens est numerus. 72
Angelorum tres hierarchiæ, & in quaque hierarchia tres ordines. 73
Angelos dari probatur. 68
Appetitus quomodo feratur in non entia, aut impossibilia. 48

B

Bonitas transcendentalis creata est posita in conuenientia rerum cum appetitu diuino, increata verò in conuenientia Dei ad ipsum. 49
Bonum esse proprietatem entis probatur. 47
Bonum ens tùm reale, cum apparens complectens conuertitur cum appetibili, non autem si transcendentaliter sumatur. 49
Bonum significat formaliter relationem rationis & conuenientiæ, ipsum ens connotando. 49
Bonum & perfectum ratione differunt. 50

C

Conceptus formalis & obiectiuus quid 6
Conceptus formalis generis Analogi triplex, distinctus, confusus, & partim confusus, partim distinctus. 7

Digitized by Google

Conceptus formalis duobus modis dici potest, vnus vel multiplex, nempe re & ratione. *ibid.*
Conceptus formalis & obiectiuus potest dici ab alio præcisus duobus modis nempe re & ratione. 8
Conceptus formalis & obiectiuus entis qualis sit. *ibid.*
Conceptus quidditatiuus quid. 76
Conceptus quos de Deo habere possumus sunt aut pure negatiui, aut purè relatiui, aut purè absoluti. *ibid.*
Contingentia quid, & quænam eius causæ. 54
Contingentiam dari probatur. *ibid.*
Creaturæ omnes quoad esse, dici possunt contingentes respectu potentiæ logicæ. 52

D

Dæmonis nomen solis malis spiritibus à sacris scripturis tribuitur. 69
Dæmonum numerus minor est bonorum Angelorum numero 72
Dei operationes aliæ ad intra aliæ ad extra. 82
Dei operationes ad intra, aliæ essentiales, aliæ personales. 83
Dei operationes ad extra Deo tribuuntur per extrinsecam denominationem, & nullam in ipso ponunt mutationem, sed tantùm in effectibus. *ibid.*
Dei existentia est ipsius essentia. 78
in Deo attributa non distinguuntur propriis naturis 83
Deo essentiale est existere. 79
in Deo actus volitionis & nolitionis circa idem obiectum non sunt oppositi. 53
in Deo duplex modus operandi, & secundum quem modum sit causa necessaria *ibid.*
in Deo qua ratione subsistentia sit essentialis & absoluta, itémque personalis & relatiua 80
Deo facultates attributæ non sunt aliud quàm ipsius essentia. 81
Deus solus ens simpliciter necessarium. 51
Deus cognoscit mutabilia immutabiliter, & temporalia æterna cognitione. 53

Accidentis essentia est, esse formam totius compositi actu existentis. 32
Accidentis ratio formalis posita est in aptitudinali inhærentia. 64
Actus triplex acceptio. 58
Actus quid communiter significet. 59
Actus & potentia non sunt semper in eodem genere. 58
Angeli cur sic dicti, itemque cur intelligentiæ vocentur. 68
Angeli sunt incorporei, nec sunt compositi ex materia & forma, aut sibi adiuncta habent naturaliter corpora 69
Angeli assumunt corpora, in quibus tamen opera vitæ propria non possunt exercere. 70
Angeli quomodo inter se distinguantur specie. 71
Angelorum ingens est numerus. 72
Angelorum tres hierarchiæ, & in quaque hierarchia tres ordines. 73
Angelos dari probatur. 68
Appetitus quomodo feratur in non entia, aut impossibilia. 48

B

Bonitas transcendentalis creata est posita in conuenientia rerum cum appetitu diuino, increata verò in conuenientia Dei ad ipsum. 42
Bonum esse proprietatem entis probatur. 47
Bonum ens tùm reale, cum apparens complectens conuertitur cum appetibili, non autem si transcendentaliter sumatur. 49
Bonum significat formaliter relationem rationis & conuenientiæ, ipsum ens connotando. 49
Bonum & perfectum ratione differunt. 50

C

Conceptus formalis & obiectiuus quid 6
Conceptus formalis generis Analogi triplex, distinctus, confusus, & partim confusus, partim distinctus. 7

Digitized by Google

Conceptus formalis duobus modis dici potest, vnus vel multiplex, nempe re & ratione. *ibid.*
Conceptus formalis & obiectiuus potest dici ab alio præcisus duobus modis nempe re & ratione. 8
Conceptus formalis & obiectiuus entis qualis sit. *ibid.*
Conceptus quidditatiuus quid. 76
Conceptus quos de Deo habere possumus sunt aut pure negatiui, aut purè relatiui, aut purè absoluti. *ibid.*
Contingentia quid, & quænam eius causæ. 54
Contingentiam dari probatur. *ibid.*
Creaturæ omnes quoad esse, dici possunt contingentes respectu potentiæ logicæ. 52

D

Dæmonis nomen solis malis spiritibus à sacris scripturis tribuitur. 69
Dæmonum numerus minor est bonorum Angelorum numero 72
Dei operationes aliæ ad intra aliæ ad extra. 82
Dei operationes ad intra, aliæ essentiales, aliæ personales. 83
Dei operationes ad extra Deo tribuuntur per extrinsecam denominationem, & nullam in ipso ponunt mutationem, sed tantùm in effectibus. *ibid.*
Dei existentia est ipsius essentia. 78
in Deo attributa non distinguuntur propriis naturis 83
Deo essentiale est existere. 79
in Deo actus volitionis & nolitionis circa idem obiectum non sunt oppositi. 53
in Deo duplex modus operandi, & secundum quem modum sit causa necessaria *ibid.*
in Deo qua ratione subsistentia sit essentialis & absoluta, itémque personalis & relatiua 80
Deo facultates attributæ non sunt aliud quàm ipsius essentia. 81
Deus solus ens simpliciter n. 51
Deus cogr abili ter, & temporalia æterr 53

Digitized by Google

Accidentis essentia est, esse formam totius compositi actu existentis. 32
Accidentis ratio formalis posita est in aptitudinali inhærentia. 64
Actus triplex acceptio. 58
Actus quid communiter significet. 59
Actus & potentia non sunt semper in eodem genere. 58
Angeli cur sic dicti, itemque cur intelligentiæ vocentur. 68
Angeli sunt incorporei, nec sunt compositi ex materia & forma, aut sibi adiuncta habent naturaliter corpora 69
Angeli assumunt corpora, in quibus tamen opera vitæ propria non possunt exercere. 70
Angeli quomodo inter se distinguantur specie. 73
Angelorum ingens est numerus. 72
Angelorum tres hierarchiæ, & in quaque hierarchia tres ordines. 73
Angelos dari probatur. 68
Appetitus quomodo feratur in non entia, aut impossibilia. 48

B

Bonitas transcendentalis creata est posita in conuenientia rerum cum appetitu diuino, increata verò in conuenientia Dei ad ipsum. 49
Bonum esse proprietatem entis probatur. 47
Bonum ens tùm reale, cum apparens complectens conuertitur cum appetibili, non autem si transcendentaliter sumatur. 49
Bonum significat formaliter relationem rationis & conuenientiæ, ipsum ens connotando. 49
Bonum & perfectum ratione differunt. 50

C

Conceptus formalis & obiectiuus quid 6
Conceptus formalis generis Analogi triplex, distinctus, confusus, & partim confusus, partim distinctus. 7

Digitized by Google

Conceptus formalis duobus modis dici potest, vnus vel multiplex, nempe re & ratione. *ibid.*
Conceptus formalis & obiectiuus potest dici ab alio præcisus duobus modis nempe re & ratione. 8
Conceptus formalis & obiectiuus entis qualis sit. *ibid.*
Conceptus quidditatiuus quid. 76
Conceptus quos de Deo habere possumus sunt aut pure negatiui, aut purè relatiui, aut purè absoluti. *ibid.*
Contingentia quid, & quænam eius causæ. 54
Contingentiam dari probatur. *ibid.*
Creaturæ omnes quoad esse, dici possunt contingentes respectu potentiæ logicæ. 52

D

DÆmonis nomen solis malis spiritibus à sacris scripturis tribuitur. 69
Dæmonum numerus minor est bonorum Angelorum numero 72
Dei operationes aliæ ad intra aliæ ad extra. 82
Dei operationes ad intra, aliæ essentiales, aliæ personales. 83
Dei operationes ad extra Deo tribuuntur per extrinsecam denominationem, & nullam in ipso ponunt mutationem, sed tantùm in effectibus. *ibid.*
Dei existentia est ipsius essentia. 78
in Deo attributa non distinguuntur propriis naturis 83
Deo essentiale est existere. 79
in Deo actus volitionis & nolitionis circa idem obiectum non sunt oppositi. 53
in Deo duplex modus operandi, & secundum quem modum sit causa necessaria *ibid.*
in Deo qua ratione subsistentia sit essentialis & absoluta, itémque personalis & relatiua 80
Deo facultates attributæ non sunt aliud quàm ipsius essentia. 81
Deus solus ens simpliciter [illegible]. 51
Deus cogn[illegible]abili[illegible]ter, & temporalia æterna 53

Digitized by Google

Accidentis essentia est, esse formam totius compositi actu existentis. 32
Accidentis ratio formalis posita est in aptitudinali inhærentia. 64
Actus triplex acceptio. 58
Actus quid communiter significet. 59
Actus & potentia non sunt semper in eodem genere. 58
Angeli cur sic dicti, itemque cur intelligentiæ vocentur. 68
Angeli sunt incorporei, nec sunt compositi ex materia & forma, aut sibi adiuncta habent naturaliter corpora 69
Angeli assumunt corpora, in quibus tamen opera vitæ propria non possunt exercere. 70
Angeli quomodo inter se distinguantur specie. 73
Angelorum ingens est numerus. 72
Angelorum tres hierarchiæ, & in quaque hierarchia tres ordines. 73
Angelos dari probatur. 68
Appetitus quomodo feratur in non entia, aut impossibilia. 48

B

BOnitas transcendentalis creata est posita in conuenientia rerum cum appetitu diuino, increata verò in conuenientia Dei ad ipsum. 49
Bonum esse proprietatem entis probatur. 47
Bonum ens tùm reale, cum apparens complectens conuertitur cum appetibili, non autem si transcendentaliter sumatur. 49
Bonum significat formaliter relationem rationis & conuenientiæ, ipsum ens connotando. 49
Bonum & perfectum ratione differunt. 50

C

COnceptus formalis & obiectiuus quid 6
Conceptus formalis generis Analogi triplex, distinctus, confusus, & partim confusus, partim distinctus. 7

Digitized by Google

Conceptus formalis duobus modis dici potest, vnus vel multiplex, nempe re & ratione. *ibid.*
Conceptus formalis & obiectiuus potest dici ab alio præcisus duobus modis nempe re & ratione. 8
Conceptus formalis & obiectiuus entis qualis sit. *ibid.*
Conceptus quidditatiuus quid. 76
Conceptus quos de Deo habere possumus sunt aut pure negatiui, aut purè relatiui, aut purè absoluti. *ibid.*
Contingentia quid, & quænam eius causæ. 54
Contingentiam dari probatur. *ibid.*
Creaturæ omnes quoad esse, dici possunt contingentes respectu potentiæ logicæ. 52

D

Dæmonis nomen solis malis spiritibus à sacris scripturis tribuitur. 69
Dæmonum numerus minor est bonorum Angelorum numero 72
Dei operationes aliæ ad intra aliæ ad extra. 82
Dei operationes ad intra, aliæ essentiales, aliæ personales. 83
Dei operationes ad extra Deo tribuuntur per extrinsecam denominationem, & nullam in ipso ponunt mutationem, sed tantùm in effectibus. *ibid.*
Dei existentia est ipsius essentia. 78
in Deo attributa non distinguuntur propriis naturis 83
Deo essentiale est existere. 79
in Deo actus volitionis & nolitionis circa idem obiectum non sunt oppositi. 53
in Deo duplex modus operandi, & secundum quem modum sit causa necessaria *ibid.*
in Deo qua ratione subsistentia sit essentialis & absoluta, itémque personalis & relatiua 80
Deo facultates attributæ non sunt aliud quàm ipsius essentia. 81
Deus solus ens simpliciter 51
Deus cogr abili ter, & temporalia æterr 53

Digitized by Google

elementares, vt calorem & siccitatem: ita natura diuina vnicus est simplicissimus & purissimus actus, qui virtute & eminentissimo quodam modo infinitas perfectiones quæ dicuntur ipsius attributa continet. Ex quo intelligere est vnam illam simplicissimam naturam esse per se fundamentum distinctionis omnium illorum attributorum quæ de ipsa dicuntur : quia sola potest verè terminare varios conceptus quos de varijs illius perfectionibus efformamus, quæ in Deo ipso non sunt res diuisæ.

Attributa diuina sunt in duplici differentia.

Sunt autem attributa diuina in duplici differentia: quædam enim gradus veluti essentiales naturæ diuinæ significant, vt ens, substantia, spiritus, &c. alia verò significant veluti proprietates ex ipsa natura profluentes, & hęc attributa vel negatiua sunt, vel positiua : negatiua includunt negationem aliquam perfectionis, vt infinitas, immensitas, &c. Positiua autem sunt adhuc in duplici differentia; alia enim sunt comparatiua, alia absoluta. Comparatiua Deo competunt per respectum ad aliud, vt quod Deus sit creator omnium, conseruator, moderator ac Dominus : itemque omnium rerum finis vltimus : similitérque quod rebus omnibus adsit per potentiam, præsentiam, & essentiam.

Absolutorum attributorum in Deo genera. 4.

Absoluta verò dicuntur quæ Deo secundùm se spectato conueniunt. Sunt autem ea in quadruplici differentia : alia enim significant modum naturæ diuinæ, alia potentiam, alia actum, alia habitum, non quod in natura diuina reperiantur veri modi, potentiæ, actus aut habitus, sed quia sunt in natura diuina perfectiones quæ aliquam habent cum istis rebus analogiam: aliæ enim sunt veluti modi, aliæ instar potentiarum seu facultatum, aliæ instar actuum seu operationum, aliæ instar habituum. Primi generis sunt vnitas, veritas, bonitas, æternitas. Secundi generis sunt intellectus & voluntas. Tertij generis sunt vniuersa rerum omnium actualis notitia, itémque bonorum omnium amor perpetuò ardens. Quarti generis sunt sapientia, intelligentia, clementia, &c. quæ omnia sunt vna, summa, altissima & gloriosissima diuinitas, cui laus, honor & gloria in secula sæculorum. Amen.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

INDEX

INDEX ALPHABETICUS rerum quæ in hac quarta Summæ Philosophicæ parte de rebus abstractis & spiritualibus continentur.

Vbi numerus paginam indicat.

A.

ACCIDENS à substantia quomodo differat. 63
Accidens quomodo cum forma substantiali conueniat,& ab ipsa differat. 62
Accidens respectu nouem summorum generum est genus analogum. 66
Accidens idem numero,naturaliter non potest esse in pluribus subiectis,potest tamen esse virtute diuina *ibid.*
Accidentia quædam entitatiuè sunt diuisibilia, non verò propriè essentialiter. 24
Accidentia cur dicantur entis entia. 16
Accidentia suam sibi vendicant existentiam. 26
Accidentia virtute diuina à subiecto separata, quemnam modum existendi sortiantur. 41
Accidentia non corrupto eorum esse,possunt virtute diuina à subiecto separari,& separata conseruari. 65
quænam Accidentia plura numero possint esse simul in eodem subiecto. 67
Accidentis essentia non est inhærentia. 32

Digitized by Google

Accidentis essentia est, esse formam totius compositi actu existentis. 32
Accidentis ratio formalis posita est in aptitudinali inhærentia. 64
Actus triplex acceptio. 58
Actus quid communiter significet. 59
Actus & potentia non sunt semper in eodem genere. 58
Angeli cur sic dicti, itemque cur intelligentiæ vocentur. 68
Angeli sunt incorporei, nec sunt compositi ex materia & forma, aut sibi adiuncta habent naturaliter corpora 69
Angeli assumunt corpora, in quibus tamen opera vitæ propria non possunt exercere. 70
Angeli quomodo inter se distinguantur specie. 73
Angelorum ingens est numerus. 72
Angelorum tres hierarchiæ, & in quaque hierarchia tres ordines. 73
Angelos dari probatur. 68
Appetitus quomodo feratur in non entia, aut impossibilia. 48

B

Bonitas transcendentalis creata est posita in conuenientia rerum cum appetitu diuino, increata verò in conuenientia Dei ad ipsum. 49
Bonum esse proprietatem entis probatur. 47
Bonum ens tùm reale, cum apparens complectens conuertitur cum appetibili, non autem si transcendentaliter sumatur. 49
Bonum significat formaliter relationem rationis & conuenientiæ, ipsum ens connotando. 49
Bonum & perfectum ratione differunt. 50

C

Conceptus formalis & obiectiuus quid 6
Conceptus formalis generis Analogi triplex, distinctus, confusus, & partim confusus, partim distinctus. 7

Digitized by Google

Conceptus formalis duobus modis dici potest, vnus vel multiplex, nempe re & ratione. *ibid.*
Conceptus formalis & obiectiuus potest dici ab alio praecisus duobus modis nempe re & ratione. 8
Conceptus formalis & obiectiuus entis qualis sit. *ibid.*
Conceptus quidditatiuus quid. 76
Conceptus quos de Deo habere possumus sunt aut pure negatiui, aut purè relatiui, aut purè absoluti. *ibid.*
Contingentia quid, & quænam eius causæ. 54
Contingentiam dari probatur. *ibid.*
Creaturæ omnes quoad esse, dici possunt contingentes respectu potentiæ logicæ. 52

D

Dæmonis nomen solis malis spiritibus à sacris scripturis tribuitur. 69
Dæmonum numerus minor est bonorum Angelorum numero 72
Dei operationes aliæ ad intra aliæ ad extra. 82
Dei operationes ad intra, aliæ essentiales, aliæ personales. 83
Dei operationes ad extra Deo tribuuntur per extrinsecam denominationem, & nullam in ipso ponunt mutationem, sed tantùm in effectibus. *ibid.*
Dei existentia est ipsius essentia. 78
in Deo attributa non distinguuntur propriis naturis 83
Deo essentiale est existere. 79
in Deo actus volitionis & nolitionis circa idem obiectum non sunt oppositi. 53
in Deo duplex modus operandi, & secundum quem modum sit causa necessaria *ibid.*
in Deo qua ratione subsistentia sit essentialis & absoluta, itémque personalis & relatiua 80
Deo facultates attributæ non sunt aliud quàm ipsius essentia. 81
Deus solus ens simpliciter necessarium. 51
Deus cognoscit mutabilia immutabiliter, & temporalia æterna cognitione. 53

Digitized by Google

Deus quomodo in sacris literis dicatur pœnitere, conuerti & mutare sententiam 53
Deus quomodo à nobis possit cognosci 75
Deus est expers omnis compositionis 76
Deus vbique existit per præsentiam, potentiam, & essentiam: in sanctis autem particulariter per gratiam. 81
Deus quomodo spatia imaginaria penetret. *ibid.*
Deum cognoscendi triplex via, scilicet causalitatis, eminentiæ, & remotionis 80
Deum esse non potest à priori demonstrari, sed tantùm à posteriori, idque quinque potissimum rationibus 6
Distinctio triplex in genere, realis, à natura rei, & rationis. 55
Distinctio realis quid, & ad eam constituendam tùm in diuinis cùm in creatis quæ requisita. 55
Distinctio à natura rei quid, éstque triplex, formalis, modalis, & potentialis 56
Distinctio formalis est duplex, formalis essentialis, & formalis pura. 56
Distinctio rationis quid, éstque duplex, rationis ratiocinantis, & rationis ratiocinatæ. 57
Distinctionis realis triplex gradus 56
Diuina potentia tripliciter potest spectari 59
Diuina essentia à subsistentia differt tantum virtualiter 80
Diuinus intellectus theoreticus & practicus 46
Diuinorum attributorum differentiæ assignantur. 84

E

ENs magis philosophicè significat essentiam, quàm existentiam. 5
Ens supponitur pro composito metaphysico. *ibid.*
Ens rationis quid & quotuplex. 11
Ens rationis propriè & per se sumitur pro secundis intentionibus 12
Ens latissimè sumptum non conuenit enti rei & rationis synonymè aut analogicè, sed tantùm homonymè. 13

Digitized by Google

Ens per se,& per accidens quid 13. 14
Ens dicitur homonyme de ente per se & per accidens 14
Ens dicitur de ente actu & potentia synonyme 14
Ens dicitur de Deo & creaturis analogicè, idque secundum vtramque analogiam attributionis scilicet & proportionis 15
Ens reale per se, & finitum respectu substantiæ & accidentis est analogum secundùm attributionem & proportionem 16
Entis nomen sumitur substantiue, & adjectiue 5
Entis definitio ibid.
Entis latissime sumpti multiplex diuisio 10
Entitas quid 32
Entitas nonnunquam sumitur pro essentia 34
Ens nullum est simpliciter necessarium quoad fieri 52
quid sit Ens esse actu vel potentia, Ens esse actum vel potentiam,& Ens esse in actu vel potentia 58
Esse subjectiue,& esse objectiue in intellectu quid 12
Esse triplex rerum creatarum potest concipi, nempe objectiuum,virtuale,& subjectiuum 24
Essentia quas appellationes sortiatur 21
Essentia duplex,simplex & composita ibid.
Essentiæ ratio quomodo posita sit in diuersis rerum generibus 22
Essentiæ rerum quomodo dicantur indiuisibiles,itemque numeri similes 24
Essentiæ rerum & res omnes extiterunt ab æterno in Deo objectiue,& virtute, non verò subjectiue ibid.
Essentiæ rerum antequam producantur possunt vere dici reales 25
Existentia quid ibid.
Existentia quomodo Deo & creaturis, itemque substantiæ & accidenti conueniat 26
Existentia quomodo indiuiduis vniuersalibus, itemque toti & partibus conueniat ibid.
Existentia differt ab essentia ex natura rei modaliter. 26
Existentia substantiæ non est formaliter substantia, neque accidentis. Existentia est formaliter actualis inhærentia 27

Exiſtentia ſimplex & compoſita, itemque realis & formalis quid 27.28
Exiſtentia per ſe quid 29.

F.

FAlſitas quomodo rebus & intellectui poſſit conuenire 46
Falſum quid *ibid.*

H.

Hierarchia quid, & qua ratione tres inter Angelos conſtituantur 73
in Hierarchia qualibet cur tres ordines conſtituantur 73
Hypoſtaſis in concreto & abſtracto quid 29

I.

IDentitas, *vide* Diſtinctio.
Indiuiduationis quodnam ſit formale principium 40
Inhærentia quid 31
Inhærentia actualis differt ab accidentis eſſentia *ibid.*
Intellectus diuinus theoreticus & practicus quid 46
Intelligentiæ, *vide* Angeli.
Intentio ſecunda quid 12
Intentiones ſecundæ quomodo à priuationibus & negationibus differant *ibid.*

M.

MAlum quid 50
Malum nullum abſque bono poteſt reperiri 51
ſummè Malum dari repugnat 51
Materia prima eſt perfecta tranſcendentaliter 48
Mathematica entia quomodo bona 47
Metaphyſica cur ſic dicta, cur vocetur abſolutè Philoſophia, Prima Philoſophia, & Sapientia 1
Metaphyſica eſt ſcientia, i. ſapientia *ibid.*
Metaphyſica non eſt triplex, ſed vnica 3
Metaphyſicæ obiectum, quod eſt ens, habet principia, partes, & proprietates 1

Met a-

Digitized by Google

Metaphysicæ objectum per se & adæquatum quodnam sit ibid.
Metaphysicæ definitio. 3. tria officia 3
Modi entis generatim spectati sunt triplicis generis 11
Multitudo vni opposita qua ratione dicat perfectionem 37

N.

NAtura cui alieno supposito possit terminari, non autem per alienam existentiam existere 29
Natura in alieno supposito subsistens, alium modum existendi dictum inexistentiam sortitur 30
Naturæ inexistentia in alieno supposito subsistentis, distinguitur ab inhærentia accidentium ibid.
Necessarium quid, & quotuplex 51
vt aliquid Necessarium dicatur quoad produci quæ requirantur 52

P.

PErfectum qua ratione reciprocetur cum ente 35
Perfectum transcendentaliter sumptum non differt ab ente, nec est eius proprietas 42
Persona & personalitas quid 29
Potentia quid communiter significet 59
Potentia & actus non sunt semper in eodem genere ibid.
Potentia diuina tripliciter potest spectari 60
Potentia neutra quid, & quomodo à potentia passiua naturali totius compositi distinguatur 60
Potentia objectiua seu logica quid, & an sit admittenda 61
Potentia obedientalis à potentia passiua naturali quomodo differat: itemque à potentia Logica seu non repugnantiæ ibid.
Potentia obedientalis actiua datur, sicut & passiua 61
Potentiæ triplex acceptio 58
Potentiæ actiuæ naturali semper respondet potentia passiua naturalis, non è contra 59
Principia complexa entis quænam sint præcipua 18
Principium complexum entis primum, & firmissimum est istud, Impossibile est aliquid simul esse & nõ esse 19

Digitized by Google

Principium primum est prorsus indemonstrabile tam ostensiue,quam ductu ad incommodum. 20
Principium primum ex animo non potest negari ibid.
à Priuatione ad habitū naturaliter non datur regressus 41
In Propositionibus necessarijs connexio attributi cum subjecto quid,& quomodo existat 25
Proprietates veras entis dari probatur. 33
Proprietates entis sunt veræ & reales 34
Proprietates in suo materiali conceptu subjectū includūt ibid.
Proprietates entis non vere profluunt ab ente ibid.
Proprietates sunt vel simplices,vel complexæ. ibid.
Proprietates entis simplices tres tantum esse, scilicet vnum,verum,bonum,probatur. 34
Proprietates entis complexæ decem assignantur. 36
Proprietates entis simplices quem ordinem inter se teneant. 36
ad Pulchritudinis rationem tria desiderantur. 35
Pulchrum cur non proprietatis entis. ibid.

R.

RElationes personales in diuinis,quâ ratione entis 48
Res eadem numero semel corrupta non potest naturaliter,sed tantum virtute diuina reproduci. 42
Res natura sua transeuntes,eædem numero etiam virtute diuina non possunt reproduci. ibid.

S.

SApientiæ definitio,eiúsque duplex acceptio. 1
Subsistentia quid. 28
Subsistere quinque modis præsertim dicitur. ibid.
Substantia creata indiuidua & completa non potest existere quin subsistat 30
Substantia ab accidente quomodo differat 63
Suppositum & suppositalitas quid 29
Suppositum in diuinis nihil includit à parte rei distinctum à natura ibid.
Suppositum in creatis quid superaddat naturæ. 30

V.

VEritas quid,estque triplex, cognitionis, rei cognitæ, & signi 44
Veritas formaliter reperitur in intellectu, fundamentaliter in rebus cognitis, figuraliter in voce vel scripto 45

Veri-

Digitized by Google

Veritas tranſcendentalis quid. ibid.
Veritas addit enti ſolam relationem rationis. 46
Veritatem tranſcendentalem ſumi in ordine ad intellectum diuinum probatur. ibid.
Verum eſſe proprietatem entis probatur. 44
Verum primo & præcipuè dicitur de ſolo intellectu vero, de aliis autem in ordine ad ipſum intellectum 45
Vnitatis numericæ quodnam ſit formale principium. 39
Vnitatum quinque genera, ſcilicet vnitas tranſcendentalis, categorica, numerica, formalis & vniuerſalis. 38. & 39
Vnum eſſe proprietatem entis probatur. 37. & 38
Vnum quod eſt proprietas entis eſt reale; per ſe & abſolutè ſpectatum ibid.
Vnum nihil addit enti reale & poſitiuum ab ipſo formaliter ſeu eſſentialiter diſtinctum. 37. & 38
Vnum habet conceptum ratione ratiocinata diuerſum à conceptu entis. 38
Vnum addit enti negationem diuiſionis à ſeipſo per modum priuationis. ibid.
Vnum natura prius quauis multitudine. 43
Vnum prius diuiſo. ibid.
Vnum & multa nec opponuntur contradictoriè, nec relatiuè: ſed partim contrariè, partim priuatiuè. ibid.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google